
TERTIVS TOMVS RERVM POLONARVM

ANNORVM 1518 1519 1520







Tercius Tomus legationum. responsionum. literarum. rerumque Polonicarum:

Sub Divo Sigismundo primo. rege Polonie:
per sapientiss. Senatorem Petrum Tomiczki
Episcopum Cracovien. Regni Polonie Vicecan:
cellarium: actarum. consultarum. dictarum.
scriptarum:
Per me Stanislaum Gorski, Cracoviensem
& Plocen. Canonicum: eius in Cancellaria
Scribam recollectarum: et in thomos Tre:
decim digestarum.

Continet annos. 1518
1519
1520.



Anno Domini. M°. D°. xvij°.
3. Decembris. Rex ex Vilna discessit ad Poloniam post Opoczkam oppugnatam.

Anno Domini. M°. D°. xviij°.
1. Januarij. Sigismundus Rex, ex Lithuania Cracouiam venit hora xvj. ad futuras Nup:cias cum Regia Bona.

X

Indictus fuit Conuentus generalis regni pro festo Conuersionis S. Pauli Apostoli
1518

Litere Conuentuales

S. I. Rex P.
Primoribus Consiliariis
Regni Pol.

Eod exemplo omnib. script

Magce sincere nobis dilecte, Jam ex prioribus lris nris intellexit S. tua, quas per hoc tempus preteritum operas adhibuerimus, quantumq laboris et impendij subierimus. vt vel bello, vel eciam tractatibus, hoste nro ad pacem decentem redacto, nos hinc cicius explicare, et Regni necessitatibus incumbere possemus, Licet vero Exercitus noster, quem ad vastandum illius terram miseramus, iam gracia Dei saluus redierit, facto illic eo dano, quod sub angustia et inclemecia temporis fieri potuit, omnino aut non modico, tamen hactenus ignorauis, qualiter ipse hostis sit ad pacem propensus, Nihil em adhuc ex Nunctijs nris, quos illuc misimus, accepimus, Et proinde vtcumq Status huius Dominij, est adhuc in perplexo, nec prorsus intelligimus, in quam partem res verget, quia tamen cum multiplices Regni necessitates, tum vero negocium Matrimonij nri, quod posteritati, Regnoq et Dominijs nris consulentes, nunc, Auspice Deo, inire debemus, id exigit, vt posthabitis rebus omnibus, ad Regnum concedamus, venire isthuc propediem, relictis hic oportunis presidijs circa fines, et rebus vtcumq constitutis decreuimus, ad Conuentum Regni generalem agendum, et ipsius Matrimonij negocium obeundum, Quod vtrumq vt simul maiori commoditate, maioriq nra, et Regni vniuersi dignitate, transigere possemus. Conuentum ipsum generalem Cracouie

2.

pro festo Conuersionis Sancti Pauli, proxime futuro, Statuendum duximus. Statuimusque et indicimus presentibus, Quem eciam Particularem in Srzoda de more precedere volumus, et indicimus, pro feria quinta proxima post festum Sancte Lucie, In Colo vero, non est visum nobis ad preses Conventum fieri, Quare S. tuam hortamur, vt primum adeundo particularem Conuentum, deinde ad generalem Crac veniat, vbi nobiscum vna et necessitatibus Reipublice consulet, et faustissimum Connubium nostrum celebrabit, Factura pro officio suo, et accessione gracie nre non vulgari. Datum Vilne die sancte Elizabeth. Anno Dni M°. D°. xvij°, Regni nri, anno xj.

Comissio ppria Regie Mtis.

Cra

Quem, eciam particularem in Opathow, feria quinta proxima ante festum Sancte Prisce, et Communem terrestrem in Noua Ciuitate Corcin die Sancte Prisce, de more precedere volumus, et indicimus. Quare S. tua hortamur, vt primum ad ipsum particularem, et terrestrem Conuentum, deinde ad generalem Crac veniat. vbi nobiscum vna et necessitatibus Reipublice etc vt supra.

S. 1. Rex . P.

Minoribus consiliarius regni Castellanis.

Generose fidelis dilecte. Ea diuturna à Regno nr̃o absencia, euenerat multe difficultates Reipublice, quibus consulendis necessarium duxius isthuc in Regnum concedere, et hinc, vtcumq rebus huius Dominij in perplexo adhuc constitutis, discedere, vt intra istud coacte quietis tempus, et Conuentum generalem Regni peragere, et Nupcias, quas cum posteri: tati nr̃e, tum Regno et Dominijs nr̃is consulentes, auspice Deo, nũc sumus habituri, conficere possẽus. Vt aũt hoc vtrumq negociũ como: dius et dignius exequi valeamus, Nam eciam ad agendum vnumquodq seorsum, nullo modo tempus ipsum suppeteret, statuendum duximus, statu: imusq et indicimus presentibus, Conuentum ipsum generalem Cracouie, pro festo Conuersionis sancti Pauli, proxime futuro. Quem eciã Par: ticularem in Proschemice, sabbato proximo ante festum sancte Prisce, et Communem terrestrem in Noua ciuitate Corcin, die sancte Prisce, de more precedere volumus. et indiciuš. Quare hortaũr tuam f. vt constituta prius, in ipso Conuentu Particulari, et terrestri, demum Cracouiam pro tempore designato veniat, Consultura vna nobiscum, et cum alijs Con: siliarijs nr̃is, necessitatibus Reipublice, et nupcias celebratura. Factu: ra pro officio suo et gracia nr̃a. Datum Vilne die sancte Cathariñe. An: no Dñi. M°. D°. xvij°. Regni nr̃i, anno xj°.

Sigismund. i Rex Polonie

Nobilitati Polone

Generose fidelis dilecte, Ea diuturna à Regno nro absencia, euenerut multe difficultates Reipublice, Quibus consulendis, necessarium duximus istuc in Regnum concedere, et hinc, vtcumq rebus huius Dominij in perplexo adhuc constitutis, discedere. vt intra istud coacte quietis tempus, et Conuentum generalem Regni peragere, et Nupcias, quas cum posteritati nre, tum Regno et Dominijs nris, consulentes, auspice Deo, nunc sumus habituri, conficere possemus. Vt aut hoc vtrumq negocium, comodius et dignius exequi valeamus, Nam eciam ad agendum vnum quodq seorsum, nullo modo tempus ipsum suppeteret, statuendum duximus, statuimusq et indicimus presentibus, Conuentum ipsum generalem Cracouie, pro festo Conuersionis sancti Pauli, proxime futuro. Quem eciam Particularem in Proschemicze, sabbato proximo, ante festum scte Prisce, et Communem terrestrem in Noua Ciuitate Korczin, die scte Prisce de more precedere volumus, et indicimus. Quare hortamur tuam f. vt ad ipsum Particularem Proschemien, et terrestrem Noue Ciuitatis Corczin, Conuentum proficiscatur, Illicq auditis ex Nuctio nro necessitatibus Reipublice, quo illis in Couentu generali, debito modo consuli et prouideri possit, operam faciat, vt Nunctij ad dictum Conuentum generalem, cum plena potestate deputetur. Factura pro re publica et gracia nra. Datum Vilne die Sancte Catharine M°. D°. XVij°.

· S… Rex · P.

Capitaneis regni Polonie.

Generose fidelis dilecte. Ea diuturna à Regno nr̄o absencia, euenerant multe difficultates Reipublice, Quibus consulendis, necessarium duximus isthuc in Regnum concedere, et hinc, vtcumque rebus huius Dominij in perplexo adhuc constitutis, discedere vt intra istud coacte quietis tempus, et Conuentum generalem Regni peragere, et nupcias, quas cum posteritati nr̄e consulentes, [sum] Regnoque et Dominijs nr̄is, auspice Deo, nunc sumus habituri, conficere possemus. Vt autem hoc vtrumque negocium, commodius et dignius exequi valeamus, Nam eciam ad agendum vnum quodque scorsum, nullo modo tempus suppeteret, statuendum duximus, statuimusque et indicimus presentibus Conuentum ipsum generalem Cracouie, pro festo Conuersionis sancti Pauli proxime futuro, Quem eciam Particulare in Radzikow, sabbato proximo, ante festum sancti Thome Apostoli, de more precedere volumus, et indicimus. Quare mandamus tue f., vt istos Conuentus proclamari et publicari faciat, in omnibus foris, et congregationibus populi Opidorum, et aliorum locorum publicorum Capitaneatus sui, litterasque nr̄as, quas ad Officiales, et nonnullos nobiles scripsimus, ad eosdem mittat, et perferri quamprimum faciat, Pro debito suo et gracia nr̄a. Vilne die sancte Elizabeth. M° D° XVij°.

6

S. I. Rex P.

Nunctiis ad conventus terrarum designatis

Generose fidelis dilecte. Instituimus Conventum generalem Regni pro festo Conversionis sancti Pauli proxime futuro Cracovie, Quem de more Particularis in Racziasch, feria quarta proxima post festum sancte Lucie precedet. Ad quem, cognitam habentes tuam industriam et diligenciam, te Nunctium designavimus. Volumusque vt illo proficiscaris, et Mandata nostra, iuxta Instructionem nostram, quam tibi mittimus, exponas. Adnitarisque omni studio, quo Nunctij cum plenaria potestate, ad Conventum generalem eligantur, ita exigentibus summis difficultatibus Reipublice. Pro gracia nostra, qua, hanc operam tibi rependemus, Datum Vilne die Presentationis beate Marie virginis Anno Domini, Millesimo Quingentesimo Decimo Septimo. Regni vero nostri. Anno Vndecimo.

Legatio a Rege Sigismundo primo Data Nunctiis ad Conuentus particulares

Quum Mtas Regia, per hoc integrum biennium, quo hic in Ducatu Litvanie agit, curauit multifariam, vt hostem suum Ducem Moschouie, reducere ad pacem ineundam potuisset, nihilque Mtas sua, quo id, quam celerius perficeret, et se hinc explicaret, reliquum fecit: misit em dudu Oratores suos, postulante Cæsarea Mte, ad eundem hostem, qui vna cum illius Cæsaree Mtis Oratore, de concordia tractaret. Miserat ecia Exercitum in terram illius, quem magno impendio confecerat, et ipsa vsque ad fines, cum eo profecta est, vt hostis ipse id, quod optaret, in promptu haberet, siue pacem tractare, seu armis decernere. Verum illo pugnam detrectante, et superueniente magna tpis inclemecia, coacti sut nostri illinc discedere. facto quidem multo damno, sed non adeo, vt Mtas sua sperauit, vtque ad perdomandam hostilem temeritatem opus videbatur. Et proinde Mtas sua, licet à suis Nunctys, nihil adhuc acceperit, tamen nullam prorsus de pace spem habet.

Impendit eciam Mtas sua omnem operam, vt Thartaros in foedus conduceret, ne inter istas Mtis sue graues occupationes, ac difficultatem bellicam, et eam hic impedirent, et Regno damna inferrent, Miserat em ad eos Mtas sua dnm Gastoldum cum pecunia, vt et filium Cæsaris, quem dare in Obsidem fuerat polliciti, ab eis reciperet, et foedus Iureiurando firmaret. Qui tametsi de foedere cum illis conuenerit, effeceritque vt terram hostis Mtis sue fuerit hoc anno depopulati; tamē quia Obsidem dare recusarunt, parum sibi Mtas sua, de eiusdem foederis

firmitate, pollicetur. Existimatq; opportere ab eis Regno, et Dominijs Mtis sue, diligenter et omni tempore cauere. prout his diebus rupto foe-dere, et intra tempus insolitum, ad terras Rußie, et Magni Ducatus Lithuanie, validis copijs sunt ingres si, et damnum ingens perpetrarut.

Preterea Mgr Prussie, magnam, in his difficultatibus Mti sue hostili-tatem declarauit, premens varijs modis subditos Mtis sue, et continuis cu hoste Duce Moschouie commercijs, ita vt Mtas sua plane intelligat, cu hoc totum bellum, eius opera, studioq; excitatum eße, et indies magis inualescere, tum omnem illam occasionem et facultatem querere, quo bellum aduersus Mtem suam ordiatur, et se à debito sue Mti prestan-do eximat.

Quibus de rebus Mtas sua, intelligens maius indies, non minus Regno q; huic Dominio suo, periculum imminere, neces sarium putauit intra hoc hybernum tempus, Statui Regni sui consulere, Vtcumq; hic oes res sint in perplexo, et discrimine constitute: tamen relictis in fini-bus oportunis presidijs, concedere ad Regnum, et Conuentum ge-neralem habendum statuit.

Et quia Mtas sua, cosulere volens sue posteritati, et bono Statui Re-gni, et Dominiorum suorum, Coniugem nunc, auspice Deo, ducit, nec ad celebrandas Nupcias, aliud comodius tempus habere potest, q; hoc idem, quo se paulo ad Regnum subducet, et quo ab impetu hostili, minus sit verendum, vt tam ipsum Matrimonium suum, q; generalem Conuentum, sub eodem ipso tempore transigere valeat, cum maiori comoditate et dignitate, tam sua q; Regni sui vniuersi,

indixit Cracouię Conuentum generalem, Nam ad agendum seorsum vtrumq negocium, nullo modo, et tempus ipsum, et Mtas sua suffi-cere poßet.

Quare, hortatur Mtas sua vras D. vt super hisce rebus et alijs Rei-publicę neceßitatibus, id, quod expediret, in medium conferat, et Nunctios cum plena potestate, ad generalem Conuentum, de more eli-gant. Cum quibus, et dnis alijs Consiliarijs, possit Mtas sua im-pendentibus periculis, maturo consilio occurrere. et quod Reipublicę vtile et salutare videbitur, constituere, rem neceßariam et gratam Mti suę facturę, Postulatq Mtas sua, ne grauentur vrę D. Nunctios Craconiam mittere, cum ex prędictis causis illic Conuentum agi sit necesse, vbi illos, quoniam remocius vadent, Mtas sua impensis gra-ciose prouidere dignabitur.

S. I. Rex. P. I.
Consiliariis terraru Prussie.
Pro Conuentu Terrar Prussie

REueren in Chro Pater sincere nobis dilecte, Graui et molesto ani-
mo hactenus iniurias et damna, que subditis nris, ex terra dni Magistri,
inferuntur, audiuimus. quibus adesse oportuno remedio nequiuimus, cu
propter occupationem bellicam, vt Ptas vra non ignorat, tum eciam
quia bellum, aut quicpiam tale aduersus ipsum dnm Mgrum, no li-
cebat, sine comuni deliberatione Cosiliarioru nrorum, tam Regni, q
eciam istius terre Prussie, ordiri, Nunc aut, licet adhuc res nre sint
hic in perplexo, nec vllum finem cum hoste nro habeus, tamen nuc re-
lictis in finibus oportunis presidijs, ad Regnum concedius, vt sub
eo comodiori tempore, simul statui terre Prussie, et Regni, cosulaus
ac Matrimonium nostrum, quod posteritati, et Dominijs nris proui-
dentes, nunc auspice Deo inimus, conficiamus, Et ea causa, statu-
imus Conuentum gnalem Cracouie, pro festo Conuersiois scti Pauli,
In quo, vt omnia melius, que ad Statum istarum terrarum Prussie
attinent, perpendi possint, Indiximus eciam, et indicimus pntibus Con-
uentum earundem terrarum in Marienburgk, pro die sanctoru Triu
Regum proximo, Quare hortaur P. vram, vt constituta prius in eo-
dem Conuentu, et de rebus necessarijs in eo, et his, que per Nunctiu
nrum proponetur, diligenti cosilio habito, demum ad generalem Regni
veniat, Debitum suum, et nobis rem gratam factura, Que bene va-
leat. Vilne. M°. D°. XVij°.

S. I. Rex. Pol.
Nobilitati Terrarum Prussie

Generose fidelis dilecte, Propter multas et arduas Reipublice neces sitates, que publica consultatione indigent, statuimus et indiximus, Conuentum istarum terrarum Prussie, in Ciuitate nra Marienburg, pro die sanctoru Trium Regum proximo, hortamurq te Mandantes, vt ad eundem Conuentum venias, et vna cum Consiliarys nris de hisdem neces sitatibus ac alys, que per Nunctium nostrum proponentur consulas, pro debito suo et gracia nra, Datum Vilne.

S. I. Rex. Polonie
Capitaneis in Prussia.

Generose fidelis dilecte. Propter multas et arduas Reipublice neces sitates, que publica consultatione indigent, statuimus et indiximus Conuentum istarum Terrarum Prussie, in Ciuitate nra Marienburg, pro die Sanctorum Trium Regum proximo, Mandamusq tue f. vt illum proclamari et publicari faciat, in omnibus foris, et congregationibus populi, Opidorum, et aliorum locorum publicorum Capitaneatus sui, Ipsa ecia f. tua, ad eundem Conuentum veniat, et vna cum Consiliarys nris de hisdem necessitatibus, et alys, que per Nunctium nostrum proponentur consulat, pro debito suo et gracia nra. Vilne.

12

Legatio a rege Sigismundo ad Conventum Prussiae

Constat iam satis vris D. quanta damna et iniurie inferuntur Rndo dno Episcopo, et eius Ecclesie Varmiensi, caeterisq subditis Mtis Regie, ex terra dni Mgri, Que, quo diucius à Mte sua tollerantur, eo indies magis pullulare videntur, Datq paciencia Mtis sue, quoddam incentiuum dno Mgro, et premendi audacius subditos eius Mtis, et erga illam omnia aduersa et hostilia moliendi, Compertum em habet Mtas sua, illum queri vbiq de se, et subditis suis, et ea que ipse facit, vel facere permittit, impingere Mti sue, et eius subditis, et cum Rome, tu in Germania vbiq auxilia, sibi contra Mtem suam querere, Quibus de rebus Mtas sua, intelligens noxiam esse tollerationem sibi et subditis suis, quam hactenus habuit, partim vitans cum necessario et Christiano Principe bellum ordiri, partim existens sua Mtas, alterius belli occasione districta, ferendi vlterius tot damna, iniurias et molimina aduersum se non putauit, Et vtcumq res Lithuanice adhuc sunt incomposite, tamen intra hybernum hoc tempus, Mtas sua positis illic in finibus oportunis presidijs, ad Regnum concedere, et tam rebus huius terre, q alijs Regni necessitatibus consulere statuit, Quod vt vna cum Nupcijs suis, quas nunc Mtas sua, posteritatis et Dominiorum suorum causa, Deo auspice est habitura, commodius et honorificencius exequi possit, indixit Cracovie generalem Conventu Regni, pro festo Conversionis sancti Pauli, In quo nolens Mtas

sua quicq inconsultis prius vris D. statuere, presertim quod ad res harum terrarum attinet, hortatur illas, vt hic prius inter se conferant, et consulant, Vtrum Mtas sua prouocata tot iniurys, et contumacia domini Mgri, nouum bellum aduersus illum ordiri debeat, nec ne. Et quibus modis frenare illum, et debitum suum ab eo exigere consulcius videretur, et designatis aliquibus Consiliarys de medio vestrum, per eos suam sentenciam, ad Conuentum generalem significent. Facture vre D, pro bono suo Statu, et comuni necessitate, ac gracia Mtis Regie.

Postea consulto prius secrecius dno Epo Varmiensi, et aliquibus Maioribus, si postulandum putaret, vt Contributio aliqua decerneretur, pro defensione ipsius terre Prussie, tunc publice dicendum erit. Mtem suam postulare vt statuerent pro defensione Reipublice sue Contributionem aliquam: quandoquidem Mtas sua, illam ad nullum alium vsum esset conuersura. prout et illam que data est, Mtas sua intactá adhuc reliquit, Conseruans illam ad id opus, quod videt sibi racione eiusdem terre incumbere. Alioquin faciendum ita erit, dne Palatine. vt dni prius consulent.

Decretum Conuentus de regno defendendo

.S. I. Rex Pol.

Significamus per p̄ntes vniuersis,

CVm in hoc generali Conuētu super omnibus Regni nr̄i actionibus et necessitatibus domesticis et bellicis, cum Consiliarijs nr̄is deliberando et consultando ageremus, Inter coetera ea visa sunt maioris momenti, quę ad defensionem terrarum eiusdem Regni nr̄i attinent, et ad propulsandos hostiles impetus, qui ab aliquot partibus, non sine graui periculo imminere videntur. Atq3 ideo prima deliberatio et constitutio eiusdē futurę defensionis visa est facienda. Cuius seriem subsequenti ordine demandauimus subnectendam.

Imprimis aūt, vt miles mercenarius, ad pręsidia terrarum Russię, currentis anni conscribi et teneri possit, constituimus et decreuimus consulente et assenciente Senatu Regni et Nuncijs à Terris, ex Particularibus Conuentibus, ad hunc generalem missis, vt hoc anno singularū villarum, tocius Regni, Incolę, tam nr̄arum, q3 eciam quorumcunq3 subditorum nr̄orum Sp̄ualium et Secularium ex agris suis, quos laneos vocant, singulos fertones, in manus Exactorum cōtribuant et soluant.

Item Ciuitates et Opida duorum grossorum. et Ceruisię Contribucōes solitas contribuant et soluant.

SEd quia potencia Thartarica adeo inualuit, atq3 aucta est, vt hęc ipsa pręsidia, supradictarum contributionum mercede conscribenda, ad sustinendum hostilem impetum, non satis valida, nec eidem hostili potencię

ad resistendum, paria esse videantur, Itaq ad earundem terrarũ Russie defensionem, aliam ordinationem eo ipso Senatu Regni nri cōsulēte, et assenciente, Nunctijsq terrarum, in eorum Sentenciam euntibus, constituimus et decernimus, vt Regnum Trifariam diuisum, singule partes eiusce diuisionis, hinc ad triennium singulis annis, expeditione per nos indicta, debeant militare, Ad quam expeditionem, vel ipsi ituri sunt, vel loco sui homines idoneos armis, et equis instructos missuri. Et quoad necessitas postulabit, vnacum supradicto Mercenario milite in ipsa expeditione permansuri.

TErre igitur Minoris Polonie, anno nunc currente militabūt, Milicia vero terrarum Russie, que maioribus bellicis periculis, q̄ relique Regni terre sunt exposite, cum eis militabit, Sequenti aūt biennio, terre Maioris Polonie, bifariam diuise, similiter per se, vel per Vicarias personas, supra dicto modo militabunt, Ita vt vno anno Nobilitas Palatinatus Posnanien, Calissiensis, Siradien, et Lancicien, armis et equis instructa, expeditione per nos indicta, in Russiam proficiscatur. Altero vero anno Nobilitas Palatinatus Bresten, Juniwladislavien, Plocen, Rauen, et Dobrinen, idipsum supradicto modo exequetur.

Item hoc ipso sequenti biennio, illa pars Regni, que in expeditione erit ex singulis agricolis singularum villarum, integros laneos agri habētibus, sex grossos contribuet.

Ex Ciuitatibus autem et Opidis, mediam partem solite exactionis, et item Contributionem solitam Ceruisie persoluet, vt et Mercenarijs, sine qbus ista expeditio fieri nō pōt, hinc p mercede satis fiat, et reliqua bellica onera absolui et pfici possint.

Item ville Ecclesiastice, concordantes cum villis nris, et Secularium subditorum nrorum, quia dnis suis nihil in expeditionem contribuent, loco Contributionis sex grossorum, fertones tunc persoluent, quando illa pars Regni, in qua site sunt ibit ad bellum.

SEcularium eciam ville, quando sub hoc sequenti biennio dni earum, vacationem à bello habebunt, similiter ex singulis laneis, singulos fertones, ad obeunda predicta bellica onera persoluent.

S. i. Rex. P.

Stanislao de Chottecz Marssalco regni Capit^o Leopolien̄.

MAgce etc. Jam ante hac scripsius S. tue, nos Auspice Deo, ad Regnum aduētare. Et vt ipsa quoqꝫ S. tua, ad nos Cracouiam veniat, sumus illam hortati. Quod ipsum nunc quoqꝫ repetius, et volumus, vt S. tua, ad nos q̄ primum potest adueniat. Opus erit nobis illius presencia, propter designanda hospicia pro hospitibus, qui ad Nupcias nr̄as sunt venturi. Factura pro gracia nr̄a.

S. i. Rex. P

Prospero Columne.

Illris et Magce dn̄e, sincere nobis dilecte. Quando nos Oratores nr̄i cerciores fecerunt, de aduentu Serme dn̄e Sponse nr̄e ad portū Fluminis, et tuam Illtem curare, vt iter q̄ celerius conficeretur. Veriti, ne quam ipsa Serma dn̄a Sponsa nr̄a, molestiam properando caperet, et celerius opinione nr̄a, ac incongruo tempore huc veniret, Scripseraus eius Serti, simul et tue Illti, nos cupere, vt eius Sertas nō appropeTaret, sed vel Vienne, vel in Olomuncz per festa Pasche subsisteret. Nihil tamen dubitantes illam verisimilius in Olomuncz futurā, Statuimus diem Coronationis, et foelicium Nupciarum nr̄arum, pro secūda Dominica, post festum Pasche. et id omnibus Regibus et Principibus, quos inuitauimus, per lr̄as nr̄as significauius. Quia vero illius Ser^tas si Vienne ad ipsa festa Pasche esse deberet, nullo modo hic ad diem, statutum, propter incomoditatem temporis applicare posset; rogaus tua Illtem, agere velit cum eius Srte, et iter illius ita dirigere, vt esset

pro eiusdem festi Pasche in Olomuncz, vel saltem in Berna, si remotius
sine incomoditate pficisci nō pos sit, Ita ēm ad amussim omnia cessura
videbuntur, Rem nobis valde gratam faciet tua Illtas. Que bene valeat,
et Serme dne Sponse nre, plurimū salutis et amoris nrō noie imparciat.
Datum Crac.

S. Rex . P

Bone Sffortie regine, Sponse

SIgismundus Dei gracia etc. Salutem et omnium bonorū, nriq mutui,
et perpetui amoris incrementum. Serma Princeps, et dna Sponsa nra
charma. Accepimus lrās vestre Sertis multo iucundis simas, qbus cognouimus,
quo studio, et desyderio, iter suū ad nos prosequatur. vt votis et optatis
nris satis faciat, Quo equidem, nihil nobis acceptius prestare potest,
si modo id, citra incomoditatem aliquam, aut las situdinem sua, faciat.
Nam id omnium nobis maioris est cure, ne quid molestie in proficiscē-
do Sertas vra capiat, Et pinde mittimus hunc Nunctium nrum, ad illiq
bonam valetudinem, et succes sus itinerarios inuisendos, Et rogamus plu-
rimum illam, dignetur iam Sacra Pasche in Ciuitate Olomucen pagere,
quo eciam nos Consiliarios nros, ad excipiendum illam misimus. qui
e diuersis et longinquis locis egres si, occurrere Srti vre remotius, vt
erat propositi nri, non poterunt. Mittemus et alia illuc, que pro com-
moditate maiori vre Serti expedire videntur, Interea vero qualiter
valeat, et itinerarios labores ferat, nos cerciores facere dignetur. Et
foelicis sime valeat, nosq amore, et memoria sua complectatur. Datū
Crac. XX Marcij. 1518

S. Rex . P.

Bone Sfortie regine sponse

SErma Princeps, et dna Sponsa nra charma, Intelligentes vram Sertem
foeliciter Regno nro appropinquare, misimus illi obuiam Rndos in Chro
Patres, dnos, Joannem Posnaniensem, et Erasmum Plocensem, Epos.
ac Magcos, Christopherum de Schidlowiecz, Palatinum et Capitaneu
Cracouiensem, Regniqz nostri Cancellarium, ac Lucam de Gorca
Castellanum Posnaniensem, et Capitaneum Maioris Polonie generale.
Consiliarios nros, sincere nobis dilectos Ad excipiendum nro nomie
vram Sertem, et illam faustissimis auspicijs, ad Regnum nostrum
conducendum, Qui eciam nonnulla verbis nris illi referent. Et proin-
de postulamus ab eadem Serte vra, vt illis plenam fidem adhibere, et
suum optatissimum aduentum, in amorem et complexum nostrum mu-
tuum, vna cum illis, maturare dignetur. Valeatqz foelicissime, et nos
amet. Datum.

20

Sigismundus i. Rex Polonie
Prospero Columne

Illris et Magce dne, amice sincere nobis dilecte. Cerciores facti per Oratores nros, de profectione Serme Sponse nre, q, vt erat desyderij nostri, commode eius Sertas ad Olomuncz, pro Sacris Pasche sit ventura, nihil gracius audire potuimus, Rogamusq tuam Illtem, vt tam eius Sertas illic, ipsa Sacra Pasche transigat, et demum ad nos iter suum foelicissimu prosequatur, citra tamen vllam, quantum fieri potest, sua incomoditatem, vel molestiam. Statuimus em, vt prius tue Illti scripsimus, diem Coronationis eius Serts, secunda Dominica post festa Pasche, Eritq tempus illud congruum, spacio itineris, ex Olomuncio, sed à remociori loco, nequaq sufficeret. Foeliciter valeat tua Illtas, et nostri, cum Serma dna Sponsa nra, crebram habeat mencionem.

Cracouie die xxj Marcij. 1518.

S. S. I. Rex P.

Dominis Consiliariis suis: qui obuiam Bone Regine ierant ad excipiendum.

RNdi in Chro Patres, Magci et Venblis sincere nobis dilecti. Jam abunde declarauimus vris S. q vellemus, et volumus, vt Cracouiam, cum Serma Sponsa nra, ingrediantur, feria quinta post Conductum Pasche, Jtaq iter suum sic dirigant, et curent, quo ipsa Serma Sponsa nra, in omnibus, quantum fieri possit, commoditatem habeat. Cuius Serti, nostro nomine, plurimum salutis, et amoris nri referant. Scribantq nobis sepius, de illius Sertis successibus. Et bene valeant.

S. S. I. Rex P.

Chrforo de Schidlovec Palat° et Capit° Crac: Regni polo. Cancell°. Gostinen Sochaczewien: Nouo Corczinen Capita°

MAgce sincere nobis dilecte. Ea omnia, que nobis ex Olomunez scripsit tua S. fuerunt nobis valde grata. Sed hoc nobis multum displicet, q isti Itali, mox in principio, tam immodeste et indiscrite se gerunt, in exigendis sumptibus et impensis, quas nos, neq ex consuetudine extra Regnum nostrum, neq ex debito, illis, impendi isthic fecimus. Erat ita conuentum, q Serma Sponsa nra, debuit nobis sumptu nostris suo vsq ad Regnum conduci. Et proinde non placet nobis, q Petrus Opalemiczki fecit cum eis pactum peccuniarium, Si

enim nõ eßent contenti eo, quod eis daretur secundum Iudicium S. tuç, et aliorum Dominorum, et ipsius Petri ad necesßitatem, facerent vt eis liberet. Volumusq vt deinceps idem Petrus subministret eis necessaria, secundum quod vobis et illi sufficere videbitur, pro eorum necesßitate. Et de pecuniarijs pensionibus, nihil cum eis agatur. Nolumus em̃, vt eorum immodestia, facilitate nr̃a, magis exuberet. Tamen quod ad Coquinam, et necesßaria solius Ser^{me} dñç Reginç attinet, volumus, vt quantum fieri potest, sint omnia, ad eius placitum. Valeat foelici, ter vr̃a S^{tas}.

SIgismundo I Regi Poloniae, Stanislaus Ostrorog C. Callissien, Jo. Conarski Archidiac. Cracovien. oratores.

SErme Princeps, et dne dne clementissime, Post humilem seruitiorum nro-
rum in graciam Sacre Mtis vre commendationem, etc. Inter Opida Ni-
kielsburg et Vstopeeze, peruenit ad nos Gnoienski, Cubicularius Sacre
Mtis vestre, et lras Serme dne Regine reddidit, Quibus sua Sertas,
hactenus respondere distulit, vt hinc, vbi quiescere constituerat, commo-
dius responderet,

SErtas sua, gracia Dei optime valet, et toto hoc itinere, ne semel quidem,
aut capitis dolorem, aut aliud quicq questa est,

Gratissimum fuit Serti sue, quando illi retuli de lecticarum aduentu,
Tractauit suam Sertem Rmus dns Epus Olomuncen liberalissime in
Visskow, et quidem non tanq aduenam, et peregrinam, sed tanq dnam
suam naturalem, Illic cum humanissimo, et doctissimo illo Episcopo,
latine omnia collocuta est sua Sertas, non sine omnium admiratione.

Illrem dnm Prosperum, Milliaria ista Moravica, aliquantulum attriuere,
ita vt heri eum huc lectica, inter duos Mulos deferri oportuerit, Vbi
biduo ex lassitudine quieuerit, salua erunt omnia, licet eciam nunc in-
ambulet, et omnia solita sua officia, solus obeat.

Illmus eciam dns Marchio, vti Nepotem addecet, prestat se sedulum, et
officiosissimu, in seruitio sue Mtis, et propter eximiam, ac singulare hu-
manitatem suam, oibus est charmus, et ab oibus obseruatur et colitur.

Dominu Petrum Opalenski hic reperimus, qui ante nostru huc aduentum

parauerat dnis Italis, omnia necessaria, et aduentantibus exhibuit bona vina, et magnos cados, magnorum piscium.

Lectice et currus nondum aduenere, sed paulatim subsequuntur dnm Opalenski, et veniet satis tempori.

Rmus dns Epus Posn, et Magcus dns Capitaneus, sunt in villa quadam, duobus ab hinc milliarijs, et opperiuntur dnos Collegas suos, qui hodierno vesperi erunt in Lipnik, et crastina die, Deo auspice, omnes vna Olomuncium ingredientur solenniter.

Licet Volski Cubicularius, qui huc hospitiorum gracia precucurrit, nobis retulerit, Magcum dnm Palatinum Crac, non satis commode valere

Supplicamus Sacre Mti vre, vt nobis significare dignetur, ad quam diem velit Sermam dnam Reginam peruenire in Oswanczim, Et vbi nam locorum eam quiescere velit vna die non procul à Cracouia, Et qua die futurus sit, auspicatissimus ingressus Cracouiam. Hec enim scire cupimus, vt pro voluntate Sacre Mtis vre, ad optatum portum perducamus nauim hanc, pro qua sustinuimus pondus diei et estus, et peregrinationem decem Mensium. Laudamus tamen diuinam clemenciam, quod in omnibus satisfecerimus votis Sacre Mtis vre, In nonnullis eciam eius desyderia superauimus.

Commendamus tandem deditissimam seruitutem nram, in gracia Sacre Mtis vre, Quam diuina clemencia, diutissime seruet incolumem et foelicem. Tribuatque illi tales filios, qui non modo Solium Paternum obtineant, sed eciam multis alijs populis, paterna foelicitate, et sapiencia imperitent. Datum in Olomuncz die Martis post Dnicam Palmarum 1518.

Bona Sphortia Sponsa Sigismundo I. Regi Polonie sponso.

SErma Princeps, mi dne colendissime, Dum primis, et gratissimis Mtis vre lris, responsum accommodo, iterq coeptum et foelix psequor; venerunt et secunde, satis iucunditatis, et laboris itinerary solamen af-ferentes, quas Petrus opalenczki, vir quidem facundus, et grauis, Mtis vre nomi-ne Olomuncy mihi retulit, Multa insuper et ore addens, que mihi cordi fuere, eruntq, dum spiritus hos reget artus. Gracias et ingentes sue Sti agerem, ni et referre cuperem, cum tante illi sim cure, vt quecumq profectionem meam foeliciorem facerent, voluerit prouidere.

Sciat aut Mtas vra, me optime valere, valetudinem, ex valitudine foelici Mtis vre per plures Nunctios audita, mutuando, Interim quo ad vram Sertem propero, foeliciss^me. illa valeat, et me, manus Re-gias postremo exosculantem, exhibeo. Data apud Ciuitatem Olomun-censem, die penultimo Mensis Marcy.

Legatio a Sigismundo primo Rege Polonie Seu oratio dicta ad Lodouicum Regem Vngarie inuitando ad nuptias.

SAcra Mtas, Cum placuit Deo immortali, Sermam, foelicis memorie, dnam Reginam Barbaram, Coniugem Sacre Mtis dni mei clemetissi, ex humanis auferre, et ipsum clementissimum dnm meu, absq prole mascula, celibem et viduum relinquere, hortati sunt crebro illius Mtem cum Summus Pontifex, et Caesarea Mtas, tum Consiliarij, et subditi eius Mtis, vt illa, tam pro sua posteritate, q Regni et Dniorum suoru, vtriq Mtis singillatim, et eius Regnorum, bono statu, alteram vxore accipere dignaretur: Mtas sua Serma hactenus, partim terno funebri luctu affecta, partim grauissimo bello accepto, non potuit, ad eam contrariam cogitationem animum suum flectere, Verum cum et subditi illius, et Caesarea Mtas identidem, illam de ea re vrgerent, et conciliaret illi ipsa Caesarea Mtas in Connubium Illmam dnam Bonam, Principem Barij, affinem suam, nolens Mtas illius Serma, vota et consilia subditorum, et beneuolenciam suorum, longius obaudire, et ves tre Mti vnice nunc posteritatis sue spei, et solatio, communibusq Regnis, et Dominijs vrarum Mtum, deesse, constituit, auspice Deo, alterum inire Matrimonium, Et quod foelix, faustum, ac fortunatum sit, prefata Illma dnam BOnam, vxorem ducere. Cum qua iam, medio Oratoru suoru, et per verba de presenti Mtas sua sponsalia contraxit, Et vtcumq res eius Mtis adhuc sint in solito motu, et inquietudine constitute: tame quia negocium longam moram non patitur, decreuit Mtas illius Nupcias suas foelicissimas, ad secundam Dnicam post Sacra Pasche proxima

peragere. Quibus cum omnes neces sarios et charos suos interesse val-
de cupit, et dignum arbitratur, Rogat plurimum vram Mtem, qua in
presens, et propinquiorem sibi, et chariorem habet neminem, vt Cracouia
ad diem Dominicum predictum venire, et sua Regia, et optatissima
illius Mti, presencia, ipsas sanctissimas Nupcias, honestare dignetur.
Rem Mtas vra, coniunctioni, et amori mutuo vrarum Mtum digna,
et tam gratam illius Mti faciet, vt nullam vnqz facere possit graciorem.
+ In eo vero honestissimo, et summe necessario, vrarum Mtum Coniuc-
tu, Mtas illius Serma, vult cum vra Mte, et communibus subditis, et
Consiliarys vrarum Mtum, consilium oportunum capere, et omne stu-
dium, et curam suam impendere, ad pacandas intestinas discordias Re-
gnorum vre Mtis, et eius statum Regium, in debitum et dignita-
tem restituendum, qui illi non minus cordi est, et cure, q suus pro-
prius, nec illi vnqz ope et facultate sua omni deesse vult, et Mti
vre pollicetur.

+
AD DVCES.

Quam illi vicissim oi officio et gratificatione sua semper referre
curabit.

Eodem Exemplo, ad alios Duces,
demptis ijs verbis, sub quibus
sunt Linee duc te.

Leo PP. x.

Vniversis et singulis, p̄ntes lr̄as inspecturis, Salutem et Ap̄licam ben.
Solet Sedes Ap̄lica, pijs Catholicorum Regum, presertim quorum fi-
des et deuotio, in conspectu eiusdem Sedis continue refulget, precibus,
per quas potissimum salus animarum procuratur, fauorem paternū
et graciosum impartiri, Cum itaq3 sicut accepimus, et ad infrascri-
ptam rem, consilium animi nr̄i propensum habuimus, atq3 beniuolecia
cooperationis nr̄e exhibuimus. q̄ videlicet Sacramētum Matrimonij, in-
ter charmum in Chr̄o filium nostrum Sigismundum Polonie Regē Ill.
et Dilectam filiam Bonam, Ducis Jam Mediolanen. et Baren. partibus
ex altera, fuerit conclusum, et confirmatum, Ipsa quoq3 propterea in
Ciuitatem Cracouiensem, propediem, ad ipsum Sponsum suum Regē,
se conferre intendat, vt ibi, iuxta morem Reginarum Polonie hacte-
nus obseruatum, oleo sancto inungatur, ac per eum, cuius interest, co-
ronetur: Nos pro vtriusq3 predictorum Coniugum salute, ac foelici
et incolumi Matrimonio, vnctione et Coronatione hui͂oi, pium eorūdē
desyderium, plurimū cōmendantes, ac sperantes in dn̄o, ipsum Sigis-
mundum Regem, nedum quieti et tranquillitati populorum sibi sub-
ditorum, prudenter, assidue, inuigilaturum, verum ecia nostrū, et s^te^
R. E. pientissimum, et obseruantissimum filium, vniuerse Reipu-
blice Christiane, totis viribus, omniq3 studio profuturum, ac fidei
Catholice exaltationē deuote curaturum, eiusdem Regis in hac parte
supplicationibus inclinati, Cupientes, vt tam solennes Nupcie, donis

spualibus auctorisentur, et decoretur, de Omnipotentis Dei misericordia, et btorum Petri et Pauli Aplorum, eius aucte confisi, omnibus et singulis vtriusq sæxus Christifidelibus, in Regno et Dominijs, ipsius Regis consistentibus: Qui dum Missa maior, in eiusmodi vnctioe et Coronatione, per Inungentem et Coronantem, et eciam in crastino, per nostrum, et Sedis Apostolice Nunctium, Dilectum filium Laurēciu Miedzileski, Prepositum Vilnensem, in deductione dicte Regie Sponse, atq Regine, ad ecclaz, seu quocumq alio die, prima eius Missa, per ipsum celebrabitur, interfuerint, et Orationem Dnicam, ac Salutacoz Angelicam ter, pro bono success.u Coniugij hmoi, ac pro incolumitate, et foelici, ac prospero Statu, ipsorum charmorum Coniugum, ac Dnioru predictorum, pace, et tranquillitate, ac nra foelicitate, deuote recitauerint, plenariam omnium peccatoru suorum, de quibus corde contriti, et ore cofessi fuerint, remissionem et indulgenciam, de specialis dono gracie, in dno, elargimur. Et nihilominus vniuersis, et singulis Patriarchis, Archiepis, et Epis, per hec scripta, sub interdicti ingress(?) Ecclarum suarum poena, committimus, et mandamus. qts eiusmodi duas Missas, quociens pro parte eiusdem Regis, requisiti fuerint, denunctient, et admittant celebrādas, presentibus, post easdem duas missas, minime valituris. Volumus aut, vt si opus fuerit, transumptis presencium, manu alicuius Notarij publici subscriptis, et Sigillo alicuius Prelati Eccli, appensione munitis, fides adhibeatur vbiq indubia, et eisdem stetur firmiter, prout presentibus staretur, si forent exhibite, vel ostense. Datum Rome apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xvj Decēbris. M°. D°. xvij°. Pontus nri, anno quinto.

Bembus.

S. I. Rex P.

Dominis Vngaris

REuerenᵈ in Chr̃o P̃r, et dñe amice, sincere nobis dilecte, Ab eo tempore, quo sublata fuit ab humanis, claræ memoriæ, Serma Coniux nr̃a, dña Regina Barbara, hortati sunt nos crebro, cum Summus Pontifex, et Cæsarea Mt̃as, tum Consiliarij et subditi nr̃i, vt ratione posteritatis nr̃æ, et pro Sermi dñi Regis Ludouici, communiumq Regnorum et Dñiorum nr̃orum, bono Statu, et incremento, alteram vxorem acciperemus. Verum nos tunc partim terno funebri luctu affecti, partim eciam graui bello districti, non potuimus hactenus, ad eam contrariam cogitatione mentem nr̃am flectere, Nunc aūt subditis nr̃is identidem nos vrgentibus, conciliantegq nobis Cæsarea Mt̃e Illmam dñam Bonam, filiam Illmi dñi Joannis Galeacij, Ducis Mediolaneñ, affinem suam, statuims, auspice Deo, alterum inire Matrimoniū, et eandem Illmam dñam Bonā Vxorem ducere: Et vtcumq res adhuc nr̃æ sint insolito motu, et inquietudine constitutæ, Nupcias circiter inicium Februarij, Negociū eñi longiorem moram non patitur, Quibusquidem Nupcijs, cum omnes necessarios, et beniuolentes nr̃os interesse valde cupimus, & æquum arbitramur, Rogamus vr̃am P̃tem, quam semper nobis fidelē et integrum amicum nouimus, velit Crac, ad eum Nupciarum diem, quē illi postea lr̃is alijs declarabimus, venire, et sua presencia, easdem faustissimas Nupciās nr̃ās, honestare, Faciet rem, nr̃a de se fiduciā, dignam et nobis multo gratissimam. Quæ valeat foeliciter, et nos diligat.

Ludovicus Rex Vngarie et Bohemie
Sigismundo primo Regi Polonie
Patruo.

SErme Rex, Patrue nr charme, Nuper Mtas vra, per Oratore suu nobis significauit, alterum se Matrimonium, vbi prior Coniux, Deo volente fatis concessit, maximis causis inductam, inire costituisse, Inuitauitq nos, ad suas faustissimas Nupcias, ad diem tunc quidem incertu, sed quem Mtas vra lris suis esset declaratura, Quibus iam nuc allatis, patefecit de Serme Sponse sue aduetu, cerciore se facta, Nupcias ipsas post Paschalia festa, ad Dnicam, que Misericordia dni dicitur, Cracouie celebrare decreuisse. Rogans nos, veluti antea Nunctio, ita nuc lris, vt illis nra presencia codecoradis interesse velius,

Quod ad Matrimoniu hoc ptinet, sicuti Mtas vra prudentissie omnia facit, ita nihil potuit ab ea, nec cogitari geq, nec fieri cosultius, q vt defectu prioris Coiugij, quo ad masculam plem, noue Nupte coiunctione resarciedum, reintegrandumq curaret. Per hoc em Mtas vra, tam sibi q Regnis suis, q rectissime pspexit. Non dubiu, qn Mtas vra, Deo annuente, ex hoc ipso Conubio, liberos optatos ac iucundos, desyderati soexus suscipiat, Per quos, et posteritas sua ppagetur, et omnia foelicia faustaq ac fortunata Regnis suis accedant,

Coeterum, agimus Mti vre cumulatissimas gracias, q nos ad ta foelices Nupcias suas inuitare dignata est, Agnoscius plane id, no nisi ex sincero prne pietatis affectu esse pfectum. Ad quas qdem Nupcias, si res, si tempora pateretur, no ireus solu, sed aduolareus. Nihil em posset esse nobis, nec gracius, nec optatius, q hisce Nupcijs interesse, tum vt illaru celebritati, p honore Mtis vre, nra presencia, aliqd adderetur, tum vt presentes, dulci ac pio Mtis vre conspectu, colloquioq

perfrueremur. Verum, postq id fieri tēporis iniquitas ꝓhibet, quod in-
tegrum est, q libētissime faciems, Oratores nros ad Mtem vrã mittens,
qui nos repręsentantes, Nupcijs eiusdem intererūt, Facturi quęcunq
ad Pompam Nupcialem, ad decus et honorem Curię Mtis vrę perti-
nere, quęcunq eidem grata fore cognouerint. Ac deniq qcqd illis Mtas
vrã mandauerit faciendum. Quam Deus ops maximus, q foelicissie
cōseruare, et in oībus rebus suis fortunare dignetur. Budę XX. Marcij.
Anno Dni M°. D°. XViij°. Regnorū nrorū Hūgarię et Bohēię ꝛc. anno ij°.

Lodovicus Rex Vngarie Sigismundo regi Polonie

SErme Princeps, Patrue nr honorandme. Cum nobis ad faustiss. ias nupcias Mtis vestre inuitatis, eundi potestatem omni ex parte ademptam vidissemus, ex Optimatum nrorum cetu delegeramus fidelem nrum Rndu in Chro patrem dnm Georgium Epum Quinqz ecclesien, Patrinu et Consiliarium nrum, qui vices nras in ipsis celeberrimis Mtis vre Nupcijs ageret, et eidem ad omne obsequium presto adesset. Sed cum dies ipsarum Nupciaru, in idem fere tempus incidit, quo nos quoqz Conuentum in hoc Regno nro generalem indiximus, consilium mutare, et aliu loco prefati dni Epi Oratorem ad Mtem vram destinare nos oportuit. Fecimus aut id certe no libenter, sed inuiti, et ineuitabili quadam necessitate copulsi. Nam vbi nobis isthuc ire no licuit, neminem pfecto ex omnium numero libencius, qz ipsum dnm Epum misissemus. Quippe quem scimus et Mti vre ex corde obsequi desyderare, et qui nobis qz ad hanc obeundam puincia, aptissimus videbatur. atqz adeo ppensus, vt non sine animi sui molestia, iam paratus et accinctus, retineri à nobis potuerit. In causa aut hoc est. Nouit bene Mtas vra, quales motus in hoc Regno nro sint concitati, quo turbine res nre agitetur. que certe hoc tenore quo sunt, nec pgredi prospere, nec durare diutius poterut. Ad huc itaqz finem, pro festo beati Georgij Martyris proxime futuro, Conuentus, qui nec differri vlterius, ob Regni pericula, nec anteuerti, ob causas plurimas potuit, celebrandum instituimus, vt illis ia propemodum labatibus, oportune subueniatur, et ne funditus ruat prospiciatur. Cum itaqz ad hec omnia transigeda, coponedaqz Cosiliarijs

nris, hoc ipso tempore plurimu nobis opus sit, prefatam dnm Epum, qui
inter primos honoratissimu locum obtinet, in cuius fide, prudencia, et ani-
mi dexteritate, multum fiducie, multumq spei, ad res nrás componendas,
collocauimus, eo consilio retinuimus, vt eius opera, cōsilioq, res nre in
predicto Conuetu adiuuetur. Quare Mtem vrám plurimum rogamus.
velit et nos, et ipsum dnm Epum, excusatos habere, et hanc mutacōm
bonam in partem accipe, neq illi, q, nrá volūtate retentus non ierit,
q́ḿq imputare. Potuisset quidem is esse vsui Mti vre eciam in Nupcijs
eiusdem plus forte, q́ quiuis ex nris alius: sed longe plus poterit impē-
dere seruicij, et Mti vre, et nobis, in componēdis rebus nris, in ipso Cō-
ventu nro sua presencia, q́ si isthuc se cōtulisset. pro quo mittemus
alium, quemcumq poterimus Oratorem, ad Mtem vrām, qui vices no-
stras agat, et qui mandata Mtis vre in omnibus promptissime sit su-
biturus.

Coeterum, Mtem vrám rogaus, Nunctiu suum, qui hasce lrás reddidit.
si forte plus iusto moratus apud nos sit, ne velit tarditatis arguere,
neq illi ob morā irasci, Non em̄ illam, quantacumq sit, sua culpa,
sed nrá voluntate commisit. Deus optimus Maximus. Mtem vram
sanam, et incolumem q́ foelicissime, et q́ diutissime conseruare digne-
tur. Bude Sabbato pximo, post festum Annunctiacōis btissime Ma-
rie virginis. M°. D°. XViij°. Regnorū nrorū Hugrie et Bohēie etc
Anno secundo.

Ludouicus Vngarie & Boemie REX Sigismundo primo Regi Poloniæ patruo chariss.

SErmo Principi etc. Ex l[itte]ris M[aies]t[at]is v[est]re datis Cracouie die decimo septimo Marcij, intelleximus Oratorem M[aies]t[at]is v[est]re, qui proxime apud nos fuit, ad eam rediysse, motusq[ue] huius Regni n[ost]ri eidem declarasse. req[ue] intellecta consuluisse M[aies]tatem v[est]ram ad Conuentum nostrum futurum, Oratores suos mittere, qui h[uius]moi motibus sedandis, rebusq[ue] n[ost]ris componedis præsentes op[er]am impendant, neq[ue] Cracouia discedere, donec Statum nostrum restitutum cognoscat, et non Oratores solum mittere, sed semetipsam eciam huc conferre, si res ita postularent. Verum cum dies Nupciaru[m] foelicissimarum M[aies]t[at]is v[est]re, in idem fere tempus inciderit, quo Conuentus noster futurus, optare M[aies]tatem v[est]ram, vt eiuscemodi Conuentus n[ost]ri celebratio, in aliud tempus paulo vlterius reyceretur quo post Nupcias ipsas, M[aies]tas v[est]ra suos Oratores comodius mittere ad Conuentum posset. Q[uo]d itaq[ue] M[aies]tas v[est]ra pro suo in nos amore, proq[ue] fraterna pietate, de nobis tantam curam gerit, tamq[ue] de rebus n[ost]ris est solicita, vt q[uod] nos optauerimus, ipsa vltro multo plus nobis offerat, Nam vbi Oratores petimus, M[aies]tas v[est]ra seipsa[m] exhibet, et vt rebus n[ost]ris consulere possit, suas posthabere non dubitat, Agimus M[aies]t[at]i v[est]re gracias ingentes, et vbi per ætatem licebit, eciam cumulatissime referemus, Tam benignam e[ni]m M[aies]t[at]is v[est]re oblationem, et tantam susceptam pro nobis solicitudinem, nulla vnq[uam] ætas, memoria n[ost]ra excuciet, nullaq[ue] delebit obliuio.

De ratione aut[em] dilatio[n]is Conuentus n[ost]ri, multa cum his d[omi]nis, quos particulariter ad D[omi]nicam Judica p[ro]xime p[re]terita[m], ob Confiniorum n[ost]rorum pericula

vocari ad nos feceraus, tractauius, nondu em a nobis discesserat, cu pre-
dicte lre Mtis vre, nobis redderetur. Qua in re Mtis vre desyderio, si res
pateretur, libentissime satis facereus; Esset em hoc no minus e re nra. Na
sicut Mtas vra per hanc dilatione, suos Oratores ad Conuetum nrw, ita
nos q3 nros comodius ad Nupcias eiusdem, mittere posseus, Verum et no-
bis et Cosiliarijs nris visum est, nulla ratione fieri posse, vt Conuetus ipse
a Statuto die, qui est festw bti Georgij Martyris pxime veturw, vlterius
differatur, cum quia publice iam indictus est, lris per totu Regnu missis,
que reuocari non possut, tam quia dilacoem ipsam, necessitas Confinio-
rum pati neutiq3 potest, Et pfecto vereur, ne ecia interea aliqd grade
periculum eueniat, Longe em peius habent ipsa Cofinia, q3 vt vel expli-
cari vel credi possit. Quamobrem Mtem vram, ex illa fiducia, qua in
ipsa singulare habeus, ac p Jure necessitudinis nre, et frne charitatis, plu-
rimu rogaus, no grauetur, ecia cu aliq incomodo suo ad predictw festw
Georgij, Oratores suos huc mittere, Nam queadmodw Comicijs dissolu-
tis frustra venirent, ita si tempestiue veniat, et ad motus sedandos, et
ad res nras coponendas, statumq3 nostrum restituendum, eorum psencia
multum vtilis est futura. Quicqd sequetur, ex eisdem Mtas vestra
ad vnguem intelligere, et quid tandem de reliquo faciundum sit, ex reb9
ipsis consilium capere, poterit. Deus optimus Mtem vram, vna cu Illma
sponsa sua, charmisq3 liberis, q3 foelicissime coseruet. Bude in Dnica
Ramispalmarw, M° D° xviij°. Regnoru nrorw Hugarie et Bohemie etc
Anno tercio.

S. I. Rex. P.
Georgio Duci Legnicen et Brigen

Ill. etc. Non est incognita vre Illti controuersia, inter dnos Duces Theschnen et Rathiborien, nata super cussione false monete, Cuius Judicium, cum sub eo tempore, quo et celebritas Nupciarum nrarum, statutum est. ad quas eciam dnm Theschnen Duce inuitauius, vram Illtem, tanq Tutore Sermi Nepotis nri, dni Hungarie et Bohemie Regis, hortaur, vt eiusdem cause, et cotrouersie, Judicium dicendu, ad magis consentaneum tempus reiciat, et proferat, Rem dignam, nobisq magnopere gratam factura, Que bene valeat.

S. I. Rex. P.
Maximiliano Cesari

SErme Princeps, et dne etc, Non est incognita Mti vre controuersia inter Illres Slesie Duces. Theßnen et Rathiborien, racione cußiois false monete exorta. Cuiqdem controuersie indicande, cora reliqs Slesie Ducibus et Proceribus, terminus ad tercia Dnicam post festa Pasche que Jubilate dicitur, est statutus. Quo nos quoq tempore Nupcias nras faustißias celebrare decreuius, Ad quas, quia eorum alteru Theßnen scilicet, vt pote affinem nostrum inuitauius. Rogaus Sacra Mtem vra, dignetur lris suis Duci Legnicen illius terre Capitaneo, tanq Tutor Sermi Nepotis nri dni Hungarie et Bohemie Regis, iniugere, Nam et ipsum q ad easde Nupcias inuitauius, vt supradicte cause, et cotrouersie Judicium, in aliud Juridicedo magis cosentaneu tempus, reiciat, et pferat. Nos ecia eu lris nris hac ipsa de re, vt eiusce Prouincie pueru Regis

tuendi, vre Mtis Collega admonuius, Cui nos ex animo comendamus
vt foelix et incolumis diu valeat, summoq optamus. Datu.

S. Rex. P

Ducibus vicinis inuitatis ad nuptias.

Illris Princeps, et dne Affinis nr charme, Quemadmodum iam prius Srti
vre, per Nunctiu nostrum significauimus, nos, auspice deo alteru Matri-
monium, et rogari illam fecimus, vt Nupcijs nris faustissimis inter-
esset ad diem illaru, propter ambiguum Serme sponse nre aduentu.
designauimus postea lris declaradu, intelligetes comodu Sertem sua ad-
ventare, et ad secundam Dnicam, post festa Pasche, que Misericordia
dicitur Cracouia applicatura, statuius, quod foelix, faustumq sit, eade
Dnica Misericordia, Nupcias nras clarissias celebrare, et Mrioniu feli-
citer auspicari. Pro qua die, vt Illtas vra Cracouia huc veniat, et sua
pncia ipsas Nupcias nras faustissias cohonestet, iteru illa plurimu
et ex aio rogaus, Quod ei vicissim, omni gratificacoe et beneuolencia
nra Regia semp referens. Que valeat foelicissime.

S. I. Rex. Pol.
Georgio Marchioni Brandeburgen
Nepoti.

Illme Princeps etc. Quod nobis scripsit Illtas vestra, se apud nos delatam esse, et venire velle ad nos, et se nobis purgare, Nō opus est vt id faciat, vel de hac re vllam habeat solicitudinem. Scimus enim, qualiter nos gerere erga eos, qui nobis sanguine coniuncti sunt, et quę de illis credere debeamus. Et pręsertim de vestra Illte, cuius virtutem et animi integritatem erga nos abunde perspeximus. tamen si venire huc pro decore Nupciarum voluerit, vti eam rogamimus, nos eam libentissime videbimus. Et bene valeat vra Illtas. Datum.

Anno Domini M.D.xviij.

8. Aprilis. Bona Itala, Ducis Ia Barensis. Sponsa Regi Sigismundo Cracouiam adducta.

Dominico die xi Aprilis Coronata

Responsum a Sygismundo rege Polo^e datum Oratoribus, Cesaris Maximiliani. Georgio Marchioni Brandeburgen Bretislao de Swihaw, Joanni Mrakxi. Lauren^o Zaurer vicedomino Austrie. Cuspiniano prefecto Viennensi.

LEgatione vrarum D. qua Sacre Mti Regie declaraverunt Cæsaream Celsitudinem, simul et Sūmum Pontificem, aliosq Reges ac Principes Chrianos, expeditionem gnalem, contra Thurcos parare, et invalescēti periculo Rei Chriane consulere velle, modis et processibus à vris D Latins expositis, Mtas sua Sacra abunde intellexit.

Ac inprimis laudat summopere, et probat Mtas sua Serma, hoc tam sanctum, et maxime necessarium studium et institutum Cæsaree Mtis, dnoq Deo gracias agit, qui hanc illius Mti mentem inspirare dignatus est, pro vindicanda salute, et bono Statu Rei Christiane, adeo nunc, vt nunq alias magis in discrimine constitute. Mtas em sua Serma, vt ea que assidue humeris suis, hanc molem Infidelium sustiet, nihil vnq magis desyderavit, q hoc aliquando faustissimum tempus futurum, vt omnes Principes Christiani vnanimi consensu, et coactis viribus, tandem ad redimendam periclitantem Christiane Reipublice incolumitatem, consurgerent.

VErum, quod illius Cæsarea Mtas postulat, vt Mtas sua Sacra in Moraviam cōcederet, et illic, cum de rebus Sermi dni Regis Ludovici, tum de ipsa expeditione generali, cum dnis Regni Hungarie et Bohemie Conventum ageret, consiliumq oportunum de illa proseguenda caperet, Mtas sua Serma edocta, per Exploratores suos. q Thartari

his temporibus Regnum, et Dux Moschonie, Ducatum Lithuaie, invadere statuerunt, alijq Vicini hostes aduersus Mtem suam varia moliantur. nequaquam est Mti sue integrum, quoque ex Regno et Dominijs suis discedere, et hostibus hanc occasionem, suos nepharios aduersum se conatus perficiendi prestare. Nolletque Mtas sua, Regnum et Dominia sua, in tanta hostilitate constituta, sua absencia, in discrimen aliquod adducere, que, presencia et cura sua solita est hactenus, fortiter tueri, et in posterum, iuuante dno Deo, tuebitur.

Sed cum Mtas sua Serma, se ex difficultatibus istis domesticis, explicare, et res suas cum Thartaris, Moschis, et alijs hostibus, qui Regno et Dominijs suis vndique imminent, pacare poterit, Cumque intelliget, ad firmitatem aliquam, et bonum ordinem, ipsam generalem expeditionem tendere, et Contributiones ad illam designatas, ad effectum aliquem procedere, alacri animo munus suum, cum alijs Principibus Christianis ita obibit, vt nulli posterioris fieret, nec pro se quoque opere, studij, et impendij hac in re pretermitti, dummodo saluti Christiane cum effectu aliquo consulatur, pro qua et vires et sanguinem parata est semper effundere,

Quod autem Caesarea Mtas suadet, vt ad societatem huius sancte generalis expeditionis Thartari peccunia conducatur, Mtas sua Regia, nequaquam faciendum censet, cum propter eorum fidem, quam nulli seruare solent. tum communem religionem cum Thurcis et obseruanciam, qua illorum Caesarem prosequuntur. Vbi igitur hoc ceptum illis aperietur, et insuper

peccunia iuuaretur. haud dubie hanc optimam occasionem gratificandi Thur-
carum Imperatori arriperent, et perturbationem maximam, in Dominijs
Christianis facere possent, cum Mtem suam Sacram imprimis, demū re-
liquos Christianos Principes circa bellum cum Thurcis occupatos co-
gnoscerent.

Postremo. Sacra Mtas Regia, agit et habet sūmas ac immortales grās
Cæsareę Celsitudini, q̄ presencia vtrarum D. dignata est hoc eius fau-
stissimū Connubium honestare; seq Auspicem et Authorem, eiusdem
Sacri Connubij prestare, Quam beneuolenciam, studium, et operā illius
Celsitudinis, vult et pollicetur Mtas sua Regia vicissim illius Cæ-
sareę Mti, omni beneuolencia, officijs, facultatibus, viribus, et sāgui-
ne deniq proprio semper referre.

S Rex P. S.

Georgio Epo Quinqueecclien(si)

Rnde in Chro Pater, amice sincere nobis dilecte. Tenebamur magno de-
syderio, vt vra P. huc ad nos hoc tempore venisset, Nam et no parum or-
namenti et solacij ex illa, Nupcijs nris faustissimis, accessisset, et nos,
quod magnopere cupimus, et expedire arbitramur, coram cum illa abunde
colloqui potuissemus, Verum postquam negocia Sermi dni Regis Ludo-
vici, et Regni istius Hungarie illam retinuerunt, consuluimus boni,
excusationem eius: Graciasque illi habemus, quod per Nunctium suum,
easdem Nupcias nras foelicissimas honestare voluerit, et referre illi
hoc officium, omni fauore et beniuolencia nra Regia pollicemur,

Ea vero, que nobis Rndus Hieronymus Balbus, nomine vre P. retu-
lit abunde intelleximus, et gratissimo animo affectum, et studium optimum,
eiusdem P. vre, suscepimus. Cui per ipsum Balbum ea, que nobis visa
sunt, renunctianda commisimus. Ex eo lacius omnia intelliget. Cuius
personam, et meritis ipsius, et comendatione vre P. habuimus et habe-
bimus semper gratam, et acceptam. Foeliciter valeat vestra Ptas.

S. i. Rex P. R. S.

Stefano de Bator palatino regni Vngarie.

Spectabilis et Magce, amice sincere nobis dilecte. Licet nobis gratissimu fuisset, vram Magciam, participem habuisse festoru et gaudioz nrorum Nupcialium, tamen cum venire huc propter negocia publica Sermi dni Regis Ludouici, Nepotis nri amantissimi, et eius istius Regni Hungarie, non potuit, suscepimus gratissimo animo excusatione vre Magcie, Et q ipsas Nupcias nras foelicissimas, suo Nunctio, et muneribus, honestare voluerit, gracias illi habemus, et referre vicissim omni fauore et beniuolencia nra Regia pollicemur.

Ad ea vero, que nobis ipse Nunctius Rndus Hieronymus Balbus, nomine vre Magcie retulit, respondimus illi coram, et referre eidem Magcie vre commisimus. Ex quo omnia, et q hic, cura, et officium illius sit nobis gratum, lacius cognoscet. Personam aut ipsius Balbi, propter eius merita, et vre Magcie comendationem, habuimus, et habebimus semper acceptam. Bene valeat Magcia vra.

S. R. P.
Isabelle Duci Barensi
Socrui

Illma Princeps, et dna Mater nra charma. Venit ad nos, gracia Dei, salua et incolumis Serma Princeps dna Bona, filia Illtis vre. et Coniux nra amantissima, Cuius aduentus, q letus et iucundus nobis fuerit, nullis verbis explicari potest.

Aderat et Illris dns Prosperus de Columna, nobis hospes multo gratissimus, qui commissa vre Illtis, nobis abunde exposuit, et de omnibus iuxta pacta, et articulos, satis fecit.

Cum aut, ad eandem Illtem vram rursus iam redeat, clarius singula que hic acta sunt, et constituta, ipse coram referet, q scribi possit.

Commendamus nos materno amori vre Illtis. Quam sanam, sospite, et foelicem esse cupimus. Crac. die vltima Aprilis.

Epithalamium diui Sigismundi primi regis et inclyte Bone regine Polonie

Endecasyllabi, qui latenter Authoris nomen continent

Andreas Krziczki cecinit
Akademik Krakowski w Responsie na dyskurs ... Demianowa 1760 Litera U. na ... Akademiey.

Author qui fuerit requiris iste
Nuptis qui canit hymenea tantis
Vndum velle negat Poeta dici
Rebus nec fieri studet iocosis
Et Musa celebris procatiori
Ætas apta licet sit atque tempus.
Satiris deditus esse qui fatetur.
Cum falsi nimium vigent Catones
Regnant qui simulant, et hii Poetas
Incessunt miseros, quod arte pulchra
Confingunt ea ficta que videntur.
Id ceu plus noceat quod est apertum.
Vult hic ergo suum latere nomen.
Sed sciri ingenio potest abunde.

Epithalamion

Finibus extremis qua frigida voluitur Arctos
Et rigidus Boreas laxatis perflat habenis
Rex vbi Sismundus visu mirabile, turmas
Struxit, et est sevi renovata Tragedia Martis.
Elapsus, veniens per tuos finitor ad amnes
Vistula Sarmatie, faustam qua parte parentum.
Principis inuicti spumosis alluis vndis
Perlustro letus rippas camposque nitentes,

Multa simul mecum meditans mea fata reuoluens.
Nunc repeto duri innumerosa incommoda belli
Tartareasq; vias exantlatosq; labores
Me miserum, que nulla potest exprimere lingua.
Nunc subit explorata michi pulcerrima Martis
Gloria, cum structas licuit spectare cohortes
Magnanimosq; viros per Scyllas atq; Charibdes
In Moscas penetrare plagas et cedere gentem
Fœdifragam, et rapidis dare rura atq; opida flammis
Concipio numeros, ac e Parnessidos antris
Calliopen Phoebumq; voco, iam perritus œstro
Hac feror, et plectrum moueo feruentibus orsis
Interea florum suaui perfundor odore.
Et Sephiro qualis spirat per gramina tempe
Et nemus Aonium perq; alta cacumina Pindi
Obstupui subito, mutatoq; ordine rerum
Ver puto cum bifrons pandit vaga cornua Janus.
Mox subeunt blandiq; soni, iucundaq; vocis
Murmura, ceu soleat modulari Acheloia proles
Quando precipites agit insidiosa Carinas.
Aut cum fata vocant, olor, aut Titanius ales
Iamq; magis vario crebrescunt carmine voces
Hinc Peana Chelis: hinc letus personat Euan
Hiis tamen auditur misceri plurimus Hymen
Impleturq; nouis totus concentibus æther aer
Carpo viam, vocemq; sequor, sunt littora tergo
Sunt campi, contra pratum, syluęq; propinquant.
Hic primum Musarum Nympharumq; cohortem
Aspicio, festas in gyrum agitare choreas
Et plausu dulciq; Polum pertingere cantu
Aspicio Bromiumq; Patrem, Phoebumq; comatum
Ille parat Mulsum, satagitq; reuoluere testas
Hic neruos calamos sonis concordibus aptat
Hinc Deus Archadiæ redimitus tempora Pinu

Et Fauni Satyrique ruunt: hinc casta Diana
Agglomerat, pulchrasque manu Nereides urget.
At Venus in mediam, comitata Cupidine, turbam
Sese infert, ambitque choros, carpitque morantes.
Leta faces arcusque iubens intendere natum.
Ipsa autem cunctas inter spectanda puellas
Liberius posito Tritonia virgo pudore
Alterno insultat gressu succinctaque Suras
Exertat niueas et restim ducere gaudet
Accedo nouamque Deam, cui pectore multus
Esse Lepos, suauisque sonus procedere visus
Apprendo, et solam stupido sic alloquor ore.
Dic Erato, quid tanta sibi exultatio poscit?
Que sors? que ratio vos nostris appulit oris?
Illa manens, O cultor ait charissime nostri
Nunc Cytharam meliore sono, nunc carmina profer.
Atque tibi patrie que nouo gratare decori.
En dulci Ausonia, dulcique Helicone relicto
Certatim hanc omnes vram migrauimus ad Arcton
Sat Graiis Italisque datum, Nunc fata vicissim
Muneribus Regna hec nostris ornanda putarunt.
Sed tibi iam causas, seriemque ex ordine rerum
Si vacat, et Diuum decreta archana resoluam.
Cum stent ante Iouis summum duo vasa Tribunal:
Ex quibus humane propinat pocula vite.
Perque vices varias mortales dirigit actus.
Dulcia nunc acris, nunc letis tristia miscens.
Imo dulce nichil prebet, quin addat amarum.
Et parte ex omni nullum sinit esse beatum.
Sic etiam Parce fatalia pensa trahentes
Vellera nigra modo collui, modo candida nectunt.
Ille videns vestri felicia tempora Regis
Et Garamantheos famam transcendere fines

Partim multiplici suscepto ex hoste Triumpho,
Foedere magnanimo partim cum Cesare iuncto,
Leticiaque noua factis hinc inde sacratis
Connubiis, placide demum inclinare quieti.
Firmarique bona vitam sub pace beatam
Vertitur ad diri vas exitiale liquoris
Alternatque Pio feralia pocula Regi.
Vnde prius chare īmatura morte marite
Tangitur: hanc sequitur charus fraterque sororque.
Nec satis esse putans tot tristia funera seuus
Iupiter, ast alium pregrandem Martis iniqui
Suffundit Cyathum, pariter subit ille remotas
Difficilesque vias, subit Herculeosque labores.
Nullaque sternendo requies prestatur in hoste
Iam bino Phebus cursu circumegerat annum
Quo Regem Inferiae tristes cureque tenebant:
Conueniunt vna Diue, quas Troicus olim
Ante suum vidit nudas consistere Pastor
Iudicium, patrias demum quo perdidit Arces,
Accedunt que Iouem, seque imis protinus omnes
Aduoluunt pedibus, certatimque oscula Libant.
Ille Deas hilari complectitur ore, Leuatque,
Et secum ~~hinc~~ Solio iubet hinc cōsidere et illinc.
Tunc Regina Deum, complexo blanda marito
Incipit, huic reliquae, partes tribuere loquendi.
Iupiter Omnipotens qui fulmine concutis orbem
Quique rotas stabili radiantia Sydera Lege:
Quid tibi Sigismundum, inuicti cui Sceptra Poloni
Concessi regnum specimen, sūmum decus orbis
Collibitum, viduoque thoro, bellique tumultu
Tam versare diu: curas superaddere curis?
Num tibi promissumque tuum, tuaque illa voluntas
Excidit? a puero nobis hunc quando fouendum

Tradideras? dotemque suam dare quamque iubebas?
Ut specie, ingenio, ditique excelleret archo?
Te, post bella illi: post iusta exacta suorum
Iuncturum uxorem tandem de gente Latina.
Quę vitam illius iucundo expleret amore?
Inferretque decus Latium, prolemque cupitam?
Ecce suos moerore gravi pene extulit omnes.
Et gessit tantos felici Marte triumphos.
Devincens multa Moscorum cęde Tirannum.
Indomitosque Getas, et vafro corde Valachos.
Ut laudi illius maius nil superaddere possis.
Hei michi, quot curas quot pertulit ille labores?
Quid magis exposcis? tua cur promissa morantur?
Nonne vides, sensim viridis quam labitur ętas?
Quod ferat exitium rebus mora longa paratis?
Nec datur hęc homini quę nobis firma iuventus.
Sed veniet tandem, Veneri non apta, senectus.
Et rugę, et blando minime coma congrua ludo
Quam miserę accelerant curę? vitamque coartant?
Quare age dum vires, facies dum grata puellis
Ista viget. Turbas remove, promissaque serves.
En illi dudum per nos delecta sub alma
Parthenope virgo plenis iam nubilis annis
Expectat tanto non dignior ulla marito
Sphortiadum sublime decus, regumque potentum
Hesperię. quam nobis ęquiparare vix ausim.
Cuius ad hanc propriam finxit tua Cypria formam
Finxit amor charites sua munera cuncta dederunt
Fulget in augusta maiestas fronte, genęque
Virginea probitate rubent, sunt colla decora,
Membraque, sunt oculi pulchro nigrore micantes
Ęmula labra rosis, fulva coma concolor auro

Sunt artes etiam ingenue, numenque repostum
Palladis: est lotum Pymplea pectus ab unda.
Quam docuit Phoebus, docuit simul Entea Clio
Totaque Musarum decimam sibi turba recepit
Et secum numerare Bonam Dea quelibet ambit
Quod superest a me data dos partusque dabuntur
Quales tot populi totque a te Regna precantur
Tu modo consensumque tuum nutumque tenere
Desine, procedunt hominum quo cepta Deumque
Hec dicens paulum rorantes tersit ocellos.
Sic Venus allachrimans, patrem sic docta Minerua
Orabant genua amplexe quę dixerat illa.
At Rex Stelliferi subridens Jupiter orbis
Demulsit natas dextra, socięque iugali
Fixit basiolum, placide sic deinde locutus.
Non michi pensa, Deę, fas est nec soluere leges,
Quas semel immoto scribunt Adamante Sorores.
Quę quodcunque notant, per me est explere necessum
Illis cunctorum racio stat certa latetque
Nullaque noscendi arcendi ve est Fata potestas.
Hoc rerum series, hoc et mea Sceptra requirunt
Promisi fateor quę tu mea Juno reduxsti
Sed prius usus erat Parcarum insistere fuso
Et Decreta sequi, causas et nectere causis.
Nunc autem cum Fata sinunt, cum tempora possunt
Conuersas prebere vices, secernere nymbos
Immitis belli, et perfunctos soluere luctus
Compleri promissa volo, nec vota morari
Vestra Deę, quibus ipse fauens vos omnibus artis
Presidio. Tu Juno para thalamosque facesque
Consilium Pallas, stimulum Venus indet amorem.
Ut coeant firmo citius sponsalia nexu
Quę cupitis, vobis sit fortunare facultas
Nunc mea tota licet genus hoc ut surgat ad Astra
Dixit: et hęc iuncta firmauit singula dextra.

Vix ea finierat, vix dextras dextra reliquit
Iam Dea queque suo curru contendit eburno
Leta serenatas diversa ad regna per auras
Rectoremque rotis volucrem preponit amorem
It cita in Hesperiam Cypris, cita Iuno sub Arcton
Cesaris ante omnes Pallas tum urget ad aulam.
Officiumque suum satagit prior ipsa subire.
Que dum iussa Iouis dum munus perficiat omne
Pingitur interea facies diuina puelle
Sphorcines, dextram Raphia ducente magistri
Et miscente Charin multumque Cupidinis arti
Iamque et consiliis et rebus vtrimque paratis
Mittitur ad terras Elices celer aureus ore
Nunctius, et vatum Syrenis gloria regni
Qui meruit tanti sponsor qui pronubus esse
Coniugii, fido fretus fultusque patrono
Presule Nanigero vestri huius laude Senatus.
Ille vbi peruenit, qua tristi Vilia fonte
Lapsa sue liquidis Vilne coniungitur vndis
Et simul exicium miseri testantur amoris
Egregie commissa refert, simulachraque pandit
E quibus absconsus per lumina nigra Cupido
Prouolat extemplo, et cordis penetralia prendit
Miratur princeps formam pre que omnibus effert
Sepe que nunc recipit sola nunc parte recondit.
Quo que magis spectat tacitum magis haurit amorem.
Sic ignara Dei Dido cum tractat Iulum
Et vulnus venis, et cecum carpserat ignem
Denique cum sublime genus teque inclyte Cesar
Tum raram meditans sua magna incendia formam
Dat victas Rex iste manus quas tota tremiscit
Sarmatie fera gens vicina que cuncta potestas.
Nec mora Parthenopen mittit, rem conficit omnem
In medio belli strepitu Mars adiuuat orsa
Cypridis afflicto cumulans noua festa Tiranno
Sed dum celsa sua Procerum comitante corona

Sponsa venit, faustas que parat Saturnia tędas
Nos etiam nobis numeros fides que paramus
Reginę servire Bonę stat firma voluntas
Que nobis nostro que choro tantum addit honoris
Sic ait, et tenues saltu miscetur in auras
Nunc ego leticie causam, nostri que decoris
Quid faciam ędoctus? quo dignum numine carmen
Expromam? testerque meo mea gaudia plectro?
Tu Bona Diva michi venias nova gloria sacri
Fontis Castalii, melius michi nullus Apollo
Nulla ve Musa potest vires prestare canendi
Tu que thori socialis ades Dux sedulus Hymen
O Hymen Hymen ades, o Hymen Hymenee
Nunc veri concedat hiems, concedat Orion
Immitis que Aquilo Riphea ~~concedat~~ recurrat ad antra
Nec tua perturbet quin prestes dona Favoni
Vos silvę frondete magis, magis arva virete
Prataque plus solito vestrum pandatis honorem
Horrida ne hospitibus pariat fastidia tellus
Ecce novum Mundi decus et nova cura Deorum
Sphortia commigrat nostrum Regina sub Axem
Et secum claram Divumque hominumque cohortem
Ducit ab Oenotria ducit genus omne decoris
Nunc socias inter Musas Nymphas que licebit
Bellorophonteos toto potare liquores
Et meditari altum curva testudine carmen
Mirari que Bonam et nostri solatia Regni
O Hymen Hymen ades o Hymen Hymenee
Vos pueri immoderata cohors clamore Hymeneum
Cogite, si cessat: si non sua munera sentit
Emundate domos, et scopis verrite terram
Addantur foribus frondes patulis que fenestris
Circumdent que altas ędere buxusque columnas
a Sint mense extructe, sint aurea stragula lectis.
c ~~Et niteant fiale~~ Sint mappę, phrigionis opus mantilia munda
d Munda Cęres iaceant paribus Coclearia cultris

b Et niteant phiale cyati, trulleque capaces

Depromatur Onyx Costi accendantur odores
Quotquot diues Arabs profert et Seres et Indus
Portetur cellis mustum q; vetus q; Seremum
Quod superet Chium Lucitatorem q; Phalernum
Et quod Creta ferax generat vel Massica vitis
Omnia cum struitis, cum voluitis omnia, tedas
Sumite lucentes, et faustas edite voces
O Hymen Hymen ades o Hymen Hymenee
Sarmaticę festiuę viuidulę q; puellę
Ad choreas aptate pedem et sinuantia crura
Comite plus solito crinem et precingite vitta
Quam ruber irradiet suspensus fronte Pyropus.
Indomitus q; Adamas circum, castus q; Smaragdus.
Addantur niueo gemmata Monilia collo.
Armillę q; manus obeant et brachia Spinther.
Vestiat atq; teres corpus quem Dedala Memphis
Pinxit acu, byssus, Segmenta q; texuit auro
Denique quidquid habet mundi arculo, quicquid odorum
Ornati q; boni, vestros nunc cedat in vsus.
Et parte ex omni sit maxima cura placendi
Ecce puellarum specimen Bona Sphortia formæ
Cuius iussa Venus sequitur Charites q; sequuntur
Et nimis in iuuenes tendens sua tela Cupido
Hic vobis multos dites q; parabit amantes
Verba quibus dabitis solito, et iurare potestis.
Sed ne vos etiam feriat puer ille cauete.
Nam venit ex parili nunc hoc nunc illud amore.
O Hymen Hymen ades o Hymen Hymenee
Vos autem iuuenes quibus o tot prælia gesta
Tot cæsi populi, mala tanta peracta viarum
Carpite letitiam, et vestro miscete labori
Gaudia. Non possunt semper iuga ferre iuuenci
Et sine iocunda requie subsistere vires.
Sumite purpureas vestes molles q; Sobellos
Quos premat a culto dependens vertice Torques

Aureus, et rubri fulgentia germina Ponti
Atque agitate choros, et florea serta posite
Pro quibus in ventum suspiria ducite, et hastis
Sternite vos, cassis que logis replete puellas
O Hymen Hymen ades o Hymen Hymenee
Nec vos Pontifices sacri Proceres que Duces que
Preterearant adeo sublimis festa Hymenei
Luceat omne forum vicique et compita flamis
Tinnula et in celsis crebrescant Turribus æra
Icta que terribiles det bellica Machina Bombos
Nunc superi sua dona ferant spumantibus aris
Et sua Sacricola qui fausta hec cepta precentur
Ducitur ad vestros populos vestrumque Senatum
Numen Palladium viua sub imagine postum
Auspicio cuius nobis rebus que futuris
Aurea falciferi spondemus secula patris
O Hymen Hymen ades. o Hymen Hymenee
At tu Maxime Rex magis hec quem gaudia tangunt
Pande fores Arcis, cui cedit Regia Solis
Cedit magnifici priscus Labor Amphitreatri
Pande superba tui Regum quibus omnia vincis
Ornamenta Abaci, aurumque omni pariete fulgens
Ditia quae Attalicos superant Aulea Tapetas
Pone graues curas, luctus que actos que labores,
Et belli strepitus, famam tibi perennem fata
Unde parant. tranquilla iacet sine laude voluptas
En tibi portatur diuino munere coniux
Delicium vite, fesse solatia mentis
Que tua curarum grato depellet amore
Nubila, et optata faciet te prole parentem
Imperium cuius Tanais Nilusque capessent
Perpetuumque tuam stirpem producet in euum
Quare age pande fores, hilari tua gaudia fronte
Dimidium que anime felici suscipe dextra
Hac sperare potes socia et presente Minerua
Seu Mars ingruerit. plures ex hoste Triumphos

Seu Pax obtinget, vite bona plura togate
Munere nam fungi solet hoc utroq; Minerua
O Hymen Hymen ades o Hymen Hymenee
Nunc nimis expectata tuo Bona Diua marito
Expectata tuis populis: ne differ amantis
Ire sub amplexum et tanti ad fastigia Regni.
Accipe Sydereo regalem fronte Coronam
Sceptraq; Numinibus cunctis Astrisq; secundis
Signeturq; dies niueo tibi queq; lapillo
Duceris ad Regnum nascendis nobile cunctis
Frugibus, et fosse que pandunt viscera terre
Muneribus, clarumq; viris, nulliq; secundum
Duceris ad talem tua dona superna maritum
Cui natura parem nostro non protulit euo
Virtute, ingenio, specie, partisq; Tropheis.
Aspicies illum multis in millibus unum
Inter Pontificum densas Procerumq; cateruas
Non secus ac inter celsam Pomaria Pinum
Aut stantem multa volucrem Iouis alite cinctum
Hiis altis potiere bonis, potiere superbi
Imperio regni, reges paritura futuros.
O Hymen Hymen ades, o Hymen Hymenee.
Vos Superi vestris totum qui Legibus orbem
Dirigitis, quorum surgunt hec gaudia ductu
Et surget veniente BONA spes magna bonorum
Annuite optatis Populi, nec nostra morentur
Vota morata diu, tumeatq; tener ordine venter
Tempore exacto nascatur Sydere dextro
Clara BONE soboles magnumq; patris incrementum
Tu Lucina tuum munus seruare memento
Ne qua sui capiat formosa puerpera partus
Damna, nec minuat speciem nisi sera senectus.

Hymeneus

Hymenea nunc pueri letis celebrate choreis
Et date Lascino carmina grata Deo
Fausta quod dicantur tam claris omnia tedis
Altius in terris nil quibus esse potest.
Absit Vesta procul vite praefecta pudicae
Casta quod virgineo septa Diana choro.
Sed Venus incumbat thalamis, mensisque Lieus.
Pronuba sit coniux et soror alma Jovis.
Ipse autem veniens Musis comitatus Apollo
Mulceat aurata pectora leta Cheli
At tu conubii Dux o venerabilis Hymen
O Hymen Hymen O Hymenee veni
En te turba petit te totus convenit orbis
Te sylve, pecudes, flumina, saxa, vocant.
Vngatur pingui Limen postes quod Lupino.
Et tu te dignas sparge marite nuces
Solve pudicitie princeps pulcerrime Zonam
Et demas Sponse florea serta tue
Et te formosa facias cito prole parentem.
Qua rapiant populi spem quod decus quod tui
Que tibi longevi perages dum Nestoris annos
Succedat patrie gloria tanta sue
Quam timeant hostes. cui totus serviat orbis
Vincenti priscos Marte Togaque viros.
Annuat ista Deus que dictat Apollo canenti
Annuit o Hymen, o Hymenee veni.
At tu virgo tuo non adversare marito
Cum quo te stabili foedere iunxit amor.

Desere, Vestalis consortia pura caterue.
 Iam tibi Lucina est iamque colenda Venus.
Non est cur lachrimes, Regum Regina potentis
 Diceris, et stirpis gloria magna tue.
Diceris et coniux eius dignissima Regis
 Cui laude equari nullus in orbe potest
Elige preterea de tot nunc millibus unum
 Cuius forma tuo par sit habenda viro
Quemque magis deceant cum regia sceptra decusque
 Tum coniuncta uno bella puella thoro.
Quare age tempus adest thalamo procumbe iugali.
 Et subeas Sponsi brachia grata tui.
Ludite, sat dictum est vobis, nec turpe putate
 Natura quod fit, lege hominumque bono.
At vos o pueri vocali dicite cantu
 O Hymen Hymen O Hymenee veni.

Boni ominis indicia.

Est auspex Cesar, Dux Prosperus, et Bona sponsa
 Connubii tempus Cypridis atque Locus.
O superi quam pulchra datis praesagia nobis.
 Ad decus & votum nil magis esse potest.

Cantilena in coronatione Reginæ Bonæ Sphortiæ

Reginam Proceres BONAM Poloni
Quàm fausto Dominam tulistis Astro
Nam quidquid Latii fuit decoris
Translatum est gelidam Bona sub Arcton
Felices populi, beata Regna
Quàm gentes dominis præitis omnes
Felices thalami, thori beati
Que mundi geminum iubar fovetis

Alia Cantilena

Alma Sigismundi noua nupta regis
Bona coelesti decorata vultu
Dotibus raris animi refulgens
Numinis instar.
Cui dedit pulchrum Venus alma voltum
Et caput Pallas: probitas pudorem
Et dedit tanti Diadema regni
Prouida Juno.
Quàm nimis cunctas superas puellas
Laude quas summa celebrant Latini
Quasque nugaces Danai solebant
ferre sub astra.
Euge tam celso copulata Regi
Et thoro gaudens parili viroque
Cuius insignis penetrauit atros
fama sub Indos.
Viue felices decus orbis annos
Vota nec nostri populi morentur
Vt bona nobis bonus inde crescat
arbore foetus.

hic Aquila pingi debet inferius.

SVm Regina Auium, peto Sydera, tuta trisulco
Fulmine, et Arctoi, fida ministra Iouis.

Epithalamium Laurentii Corvini Secretarij Wratislawien
In nuptiis Sigismundi Regis Poloniae, et Bonae Reginae

Epithalamium

Edite Cæsarea, Rex magne, propagine, et ingens
Stemmate de veteri, nobilitatis honos
Cuius ad excelsi solij sapiencia dextram,
Robur et ad leuam, cum bonitate sedent.
Erigone ante oculos, niueo stat fortis amictu,
Olim te superis impositura plagis.
Ingenio quis hebeti sum, frigore durus
Slesiaco, et sensus obriguere mei.
Nostra Ariadneę nam Slesia adacta Coronę,
Sub septem gemino mersa trione iacet,
Nec mihi in Ausonijs unquam studuisse palestris
Non Helicona sacrum scandere sorte datū est.
Te licet augusta deceat grauitate verendum
Aurea meonia Barbitos acta manu.
Me tamen alma tuo radians in pectore virtus
Impulit, exiguę tendere Plectra Lyrę,
Quam mihi Palladia pius ista Phoebus in Urbe
Compactam fidibus prebuit imparibus.
Cum tibi cliuosi stabilis Moderator Olympi
Sarmaticę gentis contulit Imperium.
Gentis Martigenę, quę quondam fida Quirino
Strenuaque Euandri tempora Regis erat.
Gentis, quę fato profugi de sanguine claro
Principum, traxit presidis Ausonij.

Cum modo nulla tibi sit succes sura virilis
Proles, virtutem et Sceptrum habitura tuum.
VEnit Japigię, leta telluris ab ora
Prestanti in Thalamos Virgo pudore tuos.
VEnit et ipsa tuę longeua ab origine Gentis,
Augeat vt priscę nobilitatis opus.
Et velut Euandri nomen venerabile Regis,
Denotat insignem cum bonitate virum;
Sic Regina BONA est, preclarū nomē adepta,
Congrua cumq; suis nomina rebus habet.
Omnibus Arctois longę prelata puellis
Ingenio, eloquio, moribus, atq; fide.
Splendidior tanto faciem, quanto aurea Phoebe
Ignibus effulget clarior æthereis.
Lucifer Eois et quanto lotus in vndis
Coetera candidior ꝙ nitet astra poli.
Cui Venus egregios oculorum inflauit honores
Fulgidus atq; animum Juppiter ingenium.
Et licet ante tuam Tritonia Pallas in Vrbem.
Venit, ab Acteis Marte fugata plagis.
Et pulchram sapiens in ea sibi condidit arcem,
Cirrеum temnens, Phoebus Apollo iugum.
Quasq; prius Rhodope, sinuosus et audyt Hebrus
Nunc audit Musas Istula dulcisonas.

Pegasides tamen hęc, quas possidet Itala tellus
Infert Gymnasio sponsa venusta tuo,
Sic, quas quondam habuit tellus Memphitica, et omnis
Græcia, nunc retinet Sarmata dives, opes.
Quę longe exuperant aurum omne, quod Arcades vrsę,
Axis et oppositus, Vesper et Ortus habent,
Prima eciam doctę signant fundamina Crocę
Hęc loca Pierio grata fuis se choro,
Arce sub hac celsa, rupes caua pandit hiatum
Immensum, laterum brachia bina rigent.
Intus acuta silex, raroque simillima topho,
In testudineum cedit abessa specum.
Cæcus et in latebris sedet error, tecta putares
Vnde per insuetum Dedalus ibat iter.
Hic se condiderat Draco sæuus, acerba colono
Pestis, et admoto maximus hostis agro.
Hęc vbi Militibus Gracci est ad inhospita ventum,
Occupat hirsutus culmina summa frutex,
Quę pulchrę Driades, Satiri et coluere petulci,
Istula quasque suo Naiades amne fouet.
Hic vbi Cracouia est, stabat densissima dumis
Sylua, bisontinis dulce cubile feris.
Sorte aderat medica grandeuus in arte colonus
Cui dederat doctum curua senecta caput.

Is pecudum spolia, ignifero cum sulphure miscens,
Illa venenose prebet edenda fere.
Ignescunt fibre, nimius calor intima siccat
Viscera, fluminee saepe bibuntur ague.
Quoque magis potant, siciunt magis ora liquores,
Dum tumor in bibulam pergis aquose cutem.
Impaciens gelidi laticis moribunda dehiscit
Hidra, et cum tumido vita fluore fugit.
Hinc sibi montano Princeps in culmine sedem
Adque pedem rupis, moenia prima locat.
À Duce munifico capit vrbs hec Regia nomen
Viueret vt multos Graccus in Orbe dies,
Conuolat ingenti Phoebeius ales aceruo
Ad putridas magna garrulitate dapes.
Cuius ab assiduo fertur clamore, futurum
Cracouia, auspicium Sedis Apollinee.
Cui tua Romuleam non abs ratione Mineruam
Nunc tulit à Lacio sponsa profecta solo.
Sic non fortuito, nec casu contigit vllo
Sed tibi Cōnubium hoc fata dedere Deûm.
Quod stabile efficiat pater optimus aetheris alti
Qui geminos vno firmat in axe polos.
Et te mellifluo coeli cum rore vigoret
Foecundetque thori claustra pudica tui.

Vt sis magnifici et generosi sanguinis auctor,
Inqꝫ tua viuat posteritate genus.
Splendida te faciat Coniux cum prole parentem
Auctura populi Regna superba tui.
Strenua fulmineo, quę sit cum Marte, prophanas
Euersura tuas perfide Mosce domos.
Illustresqꝫ tua veniant de prole Nepotes
Qui Scythię gentes, Mas Jagetasqꝫ regant.
Et ditione sua Meotica Cymmeriorum
Regna pręmant, tenebris obsita perpetuis.
Sic tua progenies Regum fortissime, et altum
Nomen, perdurent tempus in omne tuum.
Nec ruat in pręceps tua magni gloria Regni,
Istula Danubias donec inundat aquas.

Laurentius Coruinus ad famam ut Ser^mi Sigismundi regis Polonie celeberrimas nuptias ubiq; Terrarum diuulget, in splendidissimi nominis eius maiorem amplitudinem.

FAma peregrinis, que velox nuper ob oris
Venisti, in docte Ciclopea moenia Croce.
Sarmatici Regis faustos visura himeneos
Quos in sublimi celsis cum moenibus arce
Splendidus Ausonia iam cum Consorte peregit,
Conscia nunc veri pernicibus indue pennis
Remigium alarum, celeriq; hinc mota volatu
Primum finitimas perfer tibi visa per urbes,
Deniceps nubiferum pennis elata sub austrum,
Pannonie genti, que fuluum ex montibus aurum
Atq; racemiferis tollit de collibus uuas.
Hec refer, Austriacas mox te vehat Hister ad oras,
Hister ab Alpino delapsus vertice, donec
Spumeus Euxinas quino fluit ore sub undas
Solis ad occasum clare pete celsa Vienne
Moenia, Slesiacis hinc te contermina terris
Audiat umbrosis circum munita latebris
Hircinei nemoris Nemaeo et chara Leoni

Bœmia, magnanimeq parens Praga fulgide gentis,
Ignotum tibi iter germanas pandet in oras
Prepetibus volita hinc pennis, vbi pistifer Albis
Gurgite preclaras sinuoso preterit Vrbes,
Votiferosq inter curuans sua flumina colles
Radit, ab Ausonio decurrens culmine Rhenus.
Rhenus et Arctoum te las Jam ducat in æquor
Ad septem gemino demersos axe Britannos.
Hic tibi continuo fueris si fessa meatu
Riphæo gelidus Boreas demissus ab antro,
Spirabit viuas placidi recreaminis auras.
Si qua fatigatis aderit tibi penna lacertis,
Ipse pruinosas eciam dabit obuius alas,
Deinceps terna redi spumantis ad hostia Rheni
Hinc quoq trans Rhodanum te Gallicus audiat axis
Et postq auriferos clamore impleris Hiberos
Audax Hesperium conscende in nauibus equor,
Preter et Herculeam Calpen, post torrida Cancri
Brachia retrogradi, atq expertem frigoris orbem,
Nauiga, ad insignem stellis radiantibus aram.
Donec ad oppositi nobis concesseris astrum
Segne poli, hinc Indum te cerula ducat in equor
Nauis, ad extremas bromij patris vsq columnas.

Sed non ante redi, quam te diffuderis, omnes
Per maris et terre tractus, et splendida Regis
Facta Sigismundi, et Regali himeneon honore,
Magna quoque edideris, large Conuiuia Mense
Extulerisque BONAM, Lacia de sede profecta,
Laudibus egregiis, nulli in bonitate secundam
Reginam, et magno passim memoraueris ore.
Quo redimita modo? et quanto Regina triumpho?
Quo splendore potens Cracouinam ingressa sit Vrbe,
Rudolfi Agricole disces de Carmine Vatis.

Nuptiarum Sigismundi primi Regis: et Bone regine Polonie descriptio

Per Jodocum Decium Secretarium Germanum.

Joannes Dantiscus Secretarius Candido Lectorj.

Qui cupis historiam Regalis noscere pompę,
Tempore Connubij quę celebrata fuit.
Hęc lege, quę Decius, res est vt gesta notauit,
Singula conspicies ordine facta suo.
Si te delectant figmēta antiqua, iuuabunt,
Dum bene perpendes, hęc noua vera, magis.
Scripta stilo facili, placeant ex tempore, Mustum
Sæpe solet veteri gratius esse mero.



Andreas Cricius
Lectori

SIsmundi Thalamos, memorandaq[ue] gaudia Regis
De quibus it, varijs garrula fama modis.
Hoc Decius paruo depinxit cuncta libello.
Cui ratio rerum cognita tota fuit
Si quid in his lector, doctas offenderit aures,
Da veniam, angusto tempore scripta putes.
Nec visum est, nonum res vt premeretur in annum,
Cui nouitate sua gracia tota venit,
Esse autem cum vis, dites ad fercula lances
Ne pete, fictilibus non minus esca sapit.

Rudolffus Agricola iunior.

COnnubij sacra Regalis, magnumq[ue] paratum
Et causam, ingressum, principiumq[ue] leges,
Qualis erat splendor, que magnificencia Regis
SIsmundi, et populi q[ue] numerosa cohors.
Vsq[ue] eciam ad malum Decius bene scripsit ab ouo,
In re cui tali est indubitata fides.
Huic sunt perq[ue] annos perspecta negocia multos,
Regia non vllus plenius acta refert.

Barbara si ponit quandoq vocabula, lingue
Dissona Romane, res quoq talis erat.
Interdum licet eloquio rem scribere, doctis
Displiceat quis nec subdolet, rudi
Simplicitas veri eloquium nō suaue requirit,
Hec etenim nuda est, nec phalerata placet,

Ludouicus Decius Jodocus Vissemburgen. Rmo in Chrō patri Dn̄o Petro Tomicio Epō Premislien. Regni Polonie Vicecancell.o

LAborem certe supra ingeniolum meum te hortante volens suscepi, Pedestri oratione, stilo facili, admodumq ieiuno, rebus quidem et occupationibus meis sic postulantibus, planam sum veritatem secutus, ipse profecto mihi conscius, in re tanta referta celebritate, minime satis facere posse, Nec deesse qui frustra me hoc onus subijsse contendent, q in re literaria tot illustres nouerim viros, qui his rebus vsq insudauere, quiq Regium hunc splendorem excellenti carmine dabunt posteritati. Nam quis Andrea Cricio Nepote tuo concentu moduloq auditus vnq dulcior? quis Hieronymo Balbo doctior? Laurentio Coruino quis venustior? Vrsino Gasparo quis facundior? Dantisco Joanne, quis eleganti vbertate

copiosior? Agricolaq quis gravior esse poterit? qui omnes Epithalamijs, aut cæteris lucubrationibus suis, perpetuæ memoriæ hec memoranda condonabunt, quibus homuntio ego minime sum comparandus, Verum vel eciam hoc me, quominus pergam non absterret, quandoquidem diversis, dis similia placere videntur. Scripsi itaq Diarium, et seriem rerum Matrimonij sanctissimi, et ea que memoratu digna, in splendidissimis potentissimi Principis Sigismundi Sarmatie Poloieq Regis Invictissimi Nupcijs gesta, tuo dignissimo dedignatum nomini, (sub cuius amplitudinis presidio tutiss. munitum exibit) in lucem dedi. Tunc enim satis factum omnibus putabo, quum tibi Presuli optimo. (Cui ego me meaq omnia devovi) minime displicere cognovero, satis superq assecutum me arbitror, si tuam mihi clementem graciam vendicare potero, ita enim vt claris virtutibus (Dij immortales testes, quia facessit omnis adulatio) cunctorum ferme antesignanus es; Sic cæteris ego, te protegente, sum foelicior. Hunc itaq meum suscipere pio dignare vultu laborem, et gracia, qua iam pridem coepisti (tua iubente pietate) prosequere. Sed iam ne longior quam oportet sim, et occupatissimum te nimium molestarem (me tue amplitudini addicto) æternum foelix vale Gracovie. Anno à partu Virginis Millesimo Quingentesimo Decimo octavo. Mensis Maij decima die.

Descriptio Diarii in nuptiis Ser^me Bone Regine Polonie. per Jodocum Decium.

ANno abhinc tercio, qui fuit quintus decimus, supra Sesquimillesimu Partus Virginei, quum decima nona Augusti Inuictissimus Clarissimusque Sigismundus Rex Polonie, ex Austria foeliciter à Potentissimo atque excellentissimo Romanorum Imperatore Maximiliano Augusto (facta hinc inde affinitate, filijs, nepotibusque ac sibi ipsis reconciliatis, in perpetuum Rei P. Christiane comodum.) ad suos rediisset. Iamque statuerat, paccatis rebus Polonicis, atque optimo in ordine positis, vltro ad Lithuanos Mtem transferre, acturus cum Moscho bellum, quandoquidem per Legatos ille ad Cæsarem nihil dederat, quo vel pax, vel inducie speraretur. Dum vero parum Mtas sua Graccouie consedisset, charissime Sermeque Coniugis Comitatum prestolans, que paulo ante ad secundum Julij Mensis diem, ANnam Reginulam, natu secundam est enixa, necdum integre conualuisset. Cvm vero iam in itineris procinctu esset, illa subito immatura morte, secundo Octobris die ex humanis est sublata, totumque Regnum post se lugens reliquit, Et non immerito, Nam preter id, quod pulcherrima forma, virtutibus optimis decorata, et Principi charma esset, nunque superbire, nec alicui molesta esse didicit: sed sicut omnium Regina, ita in omnes clemens et benigna fuit; Tum Rex

parat in Lithuaniam iter, ad sextam Nouembris diem à Grac-
couia soluens, desponsata prius Illᵐᵃ Elizabeth Sorore Frederico
Legnitio Duci, que et ipsa, ædito prius partu, paulo post, princeps
plena virtutibus et sanctitate, ad superos concessit, Tandē Mtās
Regia Sandomirie parum subsistens, vt quedam cōponeret Re-
gni negocia, relictis ibidem Heduigi Annaque filiabus, Lithuania
intrauit. Interim Cæsar ipse Maximilianus memor reconciliatē
gracie, cernens eciam Regem, Regnumque Polonie hērede filio or-
bum, Regem ad alterum Matrimonium, cum per lrās, tum per Nū-
ctios suos, cepit adhortari. Quo tandem persuaso, post multa inter
Regem, et Basilium Moschorum Ducem, hincinde acta, missis Le-
gatis et Oratoribus varijs, anno septimo decimo, post Millesimum
Quingentesimum, circa primos January dies, Cæsar Romaūs, Si-
gismundum de Erberstein, ad Regem Oratorem misit, Qui
Graccouiam (mortuo Petro Mrakschi Collega) venit, paucos di-
es expectauit, vocatus à Rege in Lithuaniam, discessit, 12. febr.
die Graccouia exiens, Vilnam ad Regem peruenit. Hunc comita-
tus est Ducis Moschorum Nunctius, qui tunc apud Cæsareā Mtem
gessit Oratorem, qui, vt Cæsari gratificaretur, per Polonie Re-
gnum et Ducatum Lithuanie, cum eo in Moschouiam dimissus est.
Alter eum quoque Comitatus celebrior et multo optatior Chrisosto-
mus Colonna, vir in sortem dn̄i electus, doctus atque grandeuus,
Illᵐᵉ Isabelle, Regis Arragonie nate, Ducis Bari, et Principis

Rossani, nuper ad Cæsarem missus Orator in facto faustissimi huius Matrimonij. Hij cum Vilnam venissent, ea, qua Cæsaris decebat Oratores, reuerẽcia excepti. Coeterum, Sigismūdus Legatione dicta, postq̃ Cæsareo nomine Regi hoc sanctum persuasit Matrimonium, vltra in Moschouiã est dimissus. Verũ Rex qui recenti dolore saucius, atq̃ imminẽtibus bellorum, Reiq̃ publicę curis inuolutus, aliquandiu rem suspensam tenuit, putãs forte nihilominus conuenire, q̃ eodem tempore pro fide pugnare atq̃ Nupcias facere. Tandem (quod Deus optimus maxĩus secũdet) Julio Mense, inter eius Mtem̃ et Chrisostomum, harum rerum fidum et diligentem solicitatorem, qui et speciosissimę virginis, futurę Sponsę Regię, secum imaginem attulerat, Petro Thomitio Premisliensi Prę́sule agente, atq̃ disponente negocia, rebus istis datus est modus, articuliq̃ scripti, Oratores delecti, et ad Cæsarem Romanum sunt dimissi. Chrysostomus ex suis vnum Anthonetum nomine, Barium prę́misit, qui gestam à se rem, auspicatissimumq̃ principium nunctiaret. Hic mira celeritate prouinciã suam peragit 23 die quo Vilnę soluerat Barium (vt aiũt) peruenit, quę loca inter se 376 miliaribus germanicis distant. Oratores vero tardius, ob itineris longinquitatem, ire sunt coacti, in Augusto Graccouiam veniunt, Magcus Stanislaus Ostrorog Castellanus Calissiensis, et Rndus Joannes Konarski, Prothonotarius Aplicus, et Archidiacõus Grac, quibus hec prouincia est credita. Suntq̃ expediti ea dignitate, vt in bellorum medio tumultu fieri poterat.

Fueruntq; ij, diebus circiter quatuordecim Craccouię, quibus sine cunctatione, celeriter, quantum in tanta festinatione fieri poterat, pro Regio se parauere honore. Tandem circa vltimos Augusti dies, ad hoc se iter (quod versus Augustam faciendum erat) accingunt, quo in loco Romanus tunc Cæsar agere credebatur. Verum Jodocus L. Oratores prēuenit, 7. die Septembris Vienna veniens, vbi et Cæsar postridie appulit, A quo clementer (vt illi, in quoscumq; eciam infime sortis homines, mos est) auditus. atq; mox in Italiam expeditus est. Regijs aūt Oratoribus re-lictis in Olomuntio lr̄is, iter Viennam deflexit, illuc ad quartū decimum Septemb. venere, Cæsar interim in Nouam Ciuitatē mouerat, vbi Oratores auditi, Joannes Conarcius Orationem his rebus accomodatam, et verba fecit, At quia, rebus sic postulātibus, extensa satis fuerat, omissis cæteris, seriem paucis infra annotatam verbis, quę summa rerum fuit, Quando ita visum esset Cæsa-reę Celsitudini, vt Rex Polonię ad secūdas iam Nupcias animum dirigeret, idq; ex clarissima Sforciadum et Arragonię Regum familia, tandem Mtās sua, capto cōsilio hos ad suam Cæsaream mi-serit Celsitudinem, Quia iampridem secum statuisset, ne transuersū quidem digitum ab animo et voluntate eius Cæsareę Cels. decedere. in eiusq; arbitrio et cōsilio tota acquiescere, Intelligens hoc illius esse desyderiū et sentencia, vt Ill. virginē BOnam in Matrimoniū duceret, quis illam nemo subditorum Mtis suę viderit, soli tamen com-mendationi eius Cæsareę Celsitudinis inniten, consilium acceptaret.

et quod foelix, faustum ac fortunatum sit, eandem Illmam dnam Bo-
nam sibi Coniugem delegisset, sperans eius Cels. id illi minime co-
suluisse, censuisseque faciendum, nisi intelligeret hac affinitate no
vulgarem accessionem, cum ad Reipublicę Christianę augmentu,
coniunctionemque mutuam vtriusque Mtis, tum eciam rationes, et decore
tam illius Mtis, quam Regni et Dominiorum suorum futura, In hac
ferme sentenciam Legatione dicta, cunctatum est aliquandiu, donec
Mandatum ex Bario (quod tam celeriter, quia Cæsar Augustę cre-
debatur, Viennam venire no potuit) est portatum. Tandem 22 Se-
ptembris, per Cæsaream Celsitudme, et Regios Oratores, de Matri-
monio est conclusum. Oratoresque dimissi, 8 Octobris die Venetias
veniunt, parumque apud Teruisium equis refectis, et necessarijs qui-
busdam coëmptis, iuncto illis ibidem Cæsareo Oratore Sebastiao
Sperantio, Decano Brixinensi, viro humano doctissimoque, alter scili-
cet ex duobus, quos Cæsar in huius Matrimonij decorem cum illis
summiserat Oratores, missis per mare rebus suis, terra ipsi per
Marchiam iter facere, Veneta Vrbe 14 Octobris relicta, 5 Noueb.
Bariu venerut, Vbi maximis honoribus excepti sunt. Verum quia
Ill. Isabella Dux, simul cum Sponsa Regia Neapolim ex Bario
digressa, missis hincinde Nuncijs, Oratores 12 Noueb. ex Bario
soluerunt, Ad quos Nolę Augustinus Cemensuis, alter Cæsareus
Orator accurrit, simulque sic Marillianum ingressi, suo duntaxat
nomine, Regiam salutauere sponsam, Vigesima aut prima eius Men-
sis die, et Regia Sponsa, et Oratores Cæsarei Regijque Neapolitana

Vrbem sunt ingressi, singulari pompa, et splendoris decore, De quo superuacaneum hic esset inserere, facile enim quisque apud se ipsum hęc intelliget, ex cœteris, quę in huius Matrimonij celebritate gesta sunt. Tandem 23 Nouembris, Cęsaris Oratores auditi, quorum alter Sebastianus Sperantius, longam, disertamque, et facundam de laudibus Regis Polonię, et huius Matrimonij comendatione, habuit orationem. Sed illi tanque externo, magis licuit altius, certissima veritate, tanti Principis virtutem repetere. Nostris autem, ne quid adulationis notę contraheretur, parcius agendum fuit, quam vel negocium, vel Principis dignitas postularet. Deest illa Oratio, quę tot laudibus referta esse perhibetur, vt et Principum Mtas, et Orator ipse, non paruam gloriam ab Auditoribus consecuti fuerint. Sed et nobis quid fortunę perijt, quod illam hoc in loco habere non potuimus. Triduo post Regij Oratores auditi. Stanislaus Ostrorog, Orationem ~~habuit~~ ≠ grauissima tunc febre Conartio decubente. ≠ quam hiis inserere placuit

Postea quam Legationis munus expleuerunt, atque hinc inde omnia pro voto peracta sunt. Tandem (quod Deus optimus maximusque secundet.) per annulum Regium, quem per me Oratoribus Regia miserat Celsitudo, Adamas scilicet accutus, quem auro ligare, atque hęc verba intrinsecus desculpta ponere feceram. Benedicat te Deus, et crescere faciat in gentem magnam. Eo itaque annulo, Regi, clarissima virgo, per verba de pręsenti, subarrata ac desponsata est. Et vt fama perhibetur, hic actus, tanta fuit Mte, atque excellencia decoratus, vt non viduę vnius, sed maximi Orbis terrarum Regis splendorem, atque

fastum supperaret. Cui ecciá summus Romanus Pontifex Leo x.
hac humanissima Epistola (quá Breue appellát) cogratulatus est

LEO PP. X. Isabelle Duci Barensi.

Dilecta in Chro filia, etc. Gauisi plurimum sumus cerciores nos
lris tuis factos, filiam tuam vnicam, charmo in Chro filio nro
Sigismundo Polonie Regi Ill. desponsatam fuisse, que cum faciat,
formosa (cum ipse formosus est) ac Regia prole Parentem. Ti-
biq tanto magis gratulaur, quanto cognosciius, iuxta desyderiu, opam
et auctoritatem nrám, rem bene cessisse: Qui alias apud Primari-
os dicti Regis Prelatos lris nris, aliquas sibi, quas tali Rege
dignas fore censebaus, proponi feciius, Inter quas filiá tua, inter
precipuas fuit nominata, Existimantes nra, et huius Sedis sancte,
non parum interesse, Regnum illud legittimo non carere debere suc-
cessore, presertim autem talis Regis, qui pro Christi fide, proq re-
ligione Christiana tuenda et amplianda, bella semper, contra eiusdé
fidei hostes gessit, et dextera dni sibi propicia assistente, trium-
phum et gloriam, ad Dei laudem, et perpetuam sui commendationem,
victricibus armis reportauit, Et eo quippe Rege ex filiá tua eius
Sponsa, á te, cui semper peculiaris cura fuit, Thurcarum Tyrani ma-
chinationes et progressus diligeter perquirere, et prudenter inuestiga-
re, Querens quantum in te fuit, illis prophanis cogitationibus séper
obuiare, nutrita et educata, Tales filios proculdubio prouenturos
Speramus, qui vestigia clarissimi patris imitari sciant, velint, et
valeát Regni illius fines, longe lateq propagare, ac Thartaros
Moschouitas, et alios finitimos populos Christi nois inicos debellare.

et foeliciter superare, Sicq ex toto corde, et ex tota mente nra, De-
um redemptorem nostru, vt hec temporibus nris nobis concedere dig-
netur, studiose rogamus, Ac insuper auctoritate nobis à Deo cocessa,
Regem, et Regina ipsam filiam tua, vt in conspectu ipsius Regis,
vera gracia, et gloriam inueniat, benedictione sancta nra in dno be-
nedicimus. Sicut Deus, Abraham, et semen eius benedixit, vt benedi-
ctione eiusmodi nra, omnia eis prospere succedant, sintq illoru filij
sicut nouelle oliuarum in circuitu mense sue, per merita ipsius, cu-
ius vices in terris gerimus, Cui sit honor et gloria in secula Seculo-
rum, Amen. Datum etc.

Hoc itaq ordine, peractis rebus, Cæsarianis Oratoribus gracie habite,
atq dimissis illis, Regij quoq Oratores, solicitis mentibus, et Ma-
trem et filiam hortari coeperunt, vt iter hoc suum ad desyderatis-
simum maturaret sponsum: verum Materna pietas, partim filie
amore (quam forte vix vnq visuram se sperabat) capta, partim
eciam, q hyberno tempore, periculosum maritimum iter, nec ecia per
terram omnino satis placeret, profectionem ipsam pduxit, Varijs ha-
bitis deliberationibus, eo ventum est, vt hec Regia Sponsa, dubijs
maris fluctibus crederetur, Quo habito atq concluso cosilio, Ora-
tores Regij, 22, Decebris Neapolitanam vrbem egressi, celeri cur-
su itinere quo venerat, per Venetam vrbem rediere Villacu, Ca-
rinthie Opidum, vbi eciam Regiam decreuerant expectare sponsa,
Quum vero hyems plus solito esset asperior, atq illi foeminei se-
xus teneritatem non ignorarent, ante Veris initium ventura no rati,

mutata sentencia Viennam vsq venere. Quod cum Rex cognouisset, lris iter intercoepit, atq denuo Reginę Sponsę suę obuios ire iussit, Refectis itaq familia equisq, post dies fermè sex, ad sponsam Regiam redeunt, De cuius aduentu inter equitandum apud pontem Stirię Opidum, habuerũt Nuncium. Nam abeuntibus Oratoribus, ex Regno Neapolitano, Sponsa Regia, simul cum Matre, Jllustriq Prospero Columna, Manfredoniam Ciuitatem Maritimã profecti, vt habito secundo aëre, vela ventis darent. Tandemq. 3. February 1518. inde soluẽtes, salui omnes foeliciterq 14 eius mensis ad sanctũ Vitum in Flumine, Cæsareum Opidum, ad litus Jstrię situm, peruenere.

Comitatum vero, quem eius Jll habuit, infra in ingressu Graccouiam, describere volui,

Coeterum, Cæsariani Regiam Sponsam honoribus maximis exceperunt. Indeq per Labacum Carinthię Opidum ducta, Regios Oratores interea apud Cili Opidum habuit obuios. Postea à Stirianis quoq in Gratz perducta, quo in loco à nobilitate, plebeisq comuni omnium plausu, est mira veneratione excepta. Recto deinde itinere Viennam cõtendit. Sed et in Austrię finibus per Magnificos Cæsareę Cels. à Regimento Senatores, summis quoq honoribus, duodecim millibus passuum, extra Viennensem Vrbem salutata, Viẽnã deducta, vbi eciam Senatus decreto à Viennẽn instructu peditum ordine 1200 numero, ornatissime, germanico more, vestitis, singulari Ciuium gratulatione, extra Vrbem, & q diligẽtissi

studio, nuper ad huius ingressus decorem, à niuibus mūdare præce:
perant.) suscepta, in Arcem Cæsaris locata est. Quo vero splen:
dore, quoue omnium cogratulationis gestu, cum à Nobilitate, tum
à Plebis, per Germaniæ oram, illa Regia sponsa sit venerata, id
manus mea scribere deficeret, haud secus em̄ omni in re obseruata,
ac si Romani Imperij socia, heraq illorum eßet futura, Excepta
est, et ab excellentißimo Viennensi doctissimo Collegio, Oratiōe do:
cta atq extensa, Quę (quia extat alias formulis excussa.) hic nō
inserta est. Pridie ante Mtis eius ingressum Viennam, Illris Ca:
simirus Marchio Brandeburgen, illuc quoq venerat, quem Cæsar
ad hoc dignißimum munus summiserat, vt Regiam hanc virginem
Celsitudinis suę nomine (quum hoc in Matrimonio parentis gereret
officium.) Regijs thalamis adduceret,

Coeterum Bretislaus de Swihaw, Joannes Moraxius, Laurencius
Saurer Austrię Vicedominus, et Joannes Cuspinianus, Vrbis Vien:
nensis Prefectus, Marchioni pro Collegis dati, Qui simul Regiā
hanc Sponsam, ad desyderatissimi Coniugis complexus festinantem,
ad Ramis palmarum diem in Olomuntz perduxere. Ea in Ci:
vitate, quę humanißimo populo est referta, decenti veneracōe di:
gnata, Paschaliaq sacra rite obseruata. Interim vero supra repetere
operepreciūm est, quid domi gestum, quoue ordine ēpulę tantis ho:
spitibus digne paratę. Relicta parum Regia Sponsa, in hac pul:
chra Olomuncen Ciuitate, loco cum pulcherrimo, tum tutissimo,
ad Regem redeundum est, Cuius Celsitudo, acceptis lr̄is, quibus

de aduentu Sponse sue cercior factus, vicinos mox Principes, ac omnis dignitatis primores, Oratoribus ac Nuncijs missis, ad has foelicissimas vocauit Nupcias, Eorum tamen qui inuitati fuerunt, frustra hoc in loco nomina citarentur, quum infra plerisque in locis qui interfuerunt, notaui, Medio dum hec ordinata, Copia rerum victualium disposita, incredibile est quam cito, et temporum condicione faciliter, beneque singulis est prouisum, Post hec Regie habitaciones, veluto, burcato auro, miro sumptu, splendide adornate, Preterea Regia Celsitudo, Incolis Regni primoribus, proceribus, et Aule sue militaribus viris, Secretarijs eciam, et Aulicis suis, vestes auro contextas, velutum, athlassium, Adamascum, liberaliter donauit. Cubicularijs vero pueris, tubicinibus, cocis, alteriusque sortis, pro personarum conditione, hominibus, prouisum.

Interim ex Regni primis, quatuor noui, ad Regiam sponsam Oratores delecti, qui eam eius Mtis exciperent nomine, Qui mox ad hanc se digne parauere prouinciam, Rndi Joannes de Lubrantz, Posnan Epus. et Magci Lucas de Gorca, Castellanus Posnan, qui per Wratislauiam ex Posnania venerunt: Craccouie vero Rndus dns Erasmus Vitellius Plocen Epus, et Magcus Christoforus de Schidlowiecz, Palatinus Craccouien, et Regni Polonie Cancellarius, exiuerunt recto omnes itinere, in Sponse Regie occursum profecti, Medio milliari extra Olomuntz vrbem conueniunt simul vrbem ingressi, quo splendore, quaue Magcia, hoc in loco consulte subticeo, ne cuipiam viderer, aliorum adempta laude,

nostros maxime extollere, hominum namque iudicium, fauorem sequi consueuit, Verum qui viderunt, parcitate, non vicio, boni iudices me scriptorem arguent. Hij Regiam Salutandi gratia accesserunt Sponsam, Et Posnanien Presul verba fecit, hac infra inserta, breui, iucunda Oratione, Reginam nouam salutans appellauit.

SI vel etatis, vel Ordinis mei munus esset Illma virgo, eloquentie viribus niti, vellem nunc in labris meis, Demostenis medulla sessitaret, vt et ea, qua par est, verborum et sentenciarum dignitate, tuam Illmam D. cum his Magcis, et Ornatissimis Collegis meis, salutare possim, atque id imprimis affatim declarare, quod gestientibus animis, huc venerimus, future leticie Sacre Mtis dni nri Nunctij. Cuius Mtas, etsi multos et graues bellicos labores, cum ad suorum Regnorum vtilitatem, tum vero ad comune Reipublice Christiane defensionem, contra Infideles, et alios Sacrosancte Romane Ecclesie, acerrimos hostes suscepit: ad rem tamen vxoriam animum appulit, tuamque Ill. D. delegit, futuram sibi sancti Matrimonij Coniugem et sociam perque iucundam et gratam. Ad quam salutandam et excipiendam, sua Mtas nos misit. Cum autem nec etati, nec professioni mee, satis consentaneum videtur, magno apparatu Orationis vti, in re tali et tanta transigenda; que quidem si ab Oratore agenda esset, cuius est proprium res magnas, summis laudum preconijs celebrare, amplissimam comendationis suppeditaret materiam, nisi ea hec faciens, que non sunt professionis mee, tuam Ill. D. concordi ore, et gratissimis animis,

qua maiore possumus veneracõe salutamus, alacriq animo et hilari vultu Sponsam dñi nri excipimus, presentiq tibi maturos largimur honores, Et vt ad Sermum dnm nostrum, Sponsum tuum, nobiscum vna, te iam recipere digneris, Psalmographi Prophete Magcõ illo, et humano generi, admodum salutari carmine inuitans, Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam, quia concupiuit Rex speciem tuam, Tu ergo specie tua, et pulchritudine tua, intende prospere, procede, et regna,

Datis deinde à Rege muneribus, duas videlicet torques, multis et preciosis lapidibus, margaritisq decoratas. Presentatoq plaustro, quod Regia Celsitudo, Scarlato optimo, viridi subducto adamasco, desuper tectum, sue miserat charme Sponse, quo vt leuius tuciusq veheretur, et Solis ardorem, et Coeli intemperanciã facilius effugere posset,

Rite tandem fidei sacris peractis, post Pasche diem, iter in Poloniam maturant, Dieq 13. Aprilis salui in Morawicza, pagũ, duo millia passuum à Cracouiensi vrbe venere, Vbi Regia Sponsa, eo, sequentiq die, consedit. Eo die Regia Celsitudo Reuerẽn dnm Petrum Thomiczki, Epũm Premisliẽn, et Illem Constantinum, Ducem Ostrouiensem, ac Joannem Zaremba Palatinum Calissiensem, Sponsam suam salutatũ misit. Qui q̃ lepide Officium expleuerint, illius dignissimi Presulis festiua Oratio, quam ex verbis annotaui declarat.

SAcra Mtas Regia, Serma Princeps, licet hoc toto tempore, quo te ad Regnum suum aduentare intellexit, abunde tibi declarauit, cu crebris lris, tum Dominis Consiliarijs suis, quos tibi non pridē obuiam misit, quanto affectu, desiderio, et leticia sua te expectet. Iamq non procul abest, quo eius Mtas, idem ipsa sit abundius tibi coram declaratura, et prēsenti mutuoq amore tuo perfruitura, Cognito tamen, tam propinquo tuo accessu, nimium gestiens animo, idq eciam reliquum temporis, quo foeliciter ad se peruenias, longum reputans, mittere nos dignata est, ad excipiendū et salutandum, nomine suo, tuam Cels. eiusq faustissimo aduētui gratulandum, De quo, quantum et ipsa illius Mtas, et omnes hominum ordines, gaudij, voluptatis, et consolationis, capiant, clarius tute Excellentissima virgo postridie, bene iuuāte Deo cognosces, q explicare, vel vlla Oratio nra possit, vel locus hic requirere videatur. Qvare, quod foelix, faustum, ac fortunatum sit, ingredere candidissimis auspicijs ad Regiam, ad thalamos, ad complexum deniq et amorem perpetuum Sponsi tui foelicissimi, Cum quo ætate Hecubam, foecunditate Niobem, foelicitate Lampidonem, exuperes.

SAncti vero olimpiadis die 15 Aprilis, Summus parens omniū Deus hilari fronte mundum arridere, visus subito opacum, nubilumq Coelum detegit, letoq vestiuit colore, splendidum lucere iussit Solem, qui micantibus radijs, virencia queq in huius

actus contemplationem erexit, Proculdubio auspicatissimum presagium hoc sanctum Matrimonium, non modo hominibus gratum, sed superis quoque esse cure,

Eo die Rex processit, vt ipse, iamdiu desyderatam Sponsam exciperet, Cum omnibus Regni Polonie Archiepiscopis Episcopisque Palatinis, Castellanis, coeterisque proceribus, Aulicis, atque hospitibus, qui iam ex diuersis locis rogati conuenerant Gracouiam, circa 16. diei horam, ad locum his rebus accomodatum, Vbi tentoria propter Solis ardorem posita fuere, terraque ob actus istius dignitatem, panno rubeo strata. Egressus huius, ordo specialis non erat, tum quia hominum numerus intra Ciuitatem propter angustiam contineri non potuit (Masouie eciam iam Duces Regem egredientem preuenerant, tum eciam quod Rex in ipso Suburbij hostio parum sistebat, donec septuaginta tormenta bellica, seu machine succense, globique eiecti essent, ita aliquantulum ordine conturbato, in locum Stationis ventum. Hic aliquandiu Regia Sponsa expectata: Forte, quia inter Reuerendissimum dominum Cardinalem Esten, qui eo mane ex Hungaria venerat, comitatus 367. equis, et Cæsarianos, pro loci dignitate, leuiuscula quedam interuenere, quo vt tardius contra opinionem venirent, effecere, Rxmus Carlis, relicta Sponsa Regia, venit in eum locum vbi Regia Celsitudo, in tentorijs expectabat, Cui primo Rxmus dominus Joannes de Lasko, Gnesnensis Archiepiscopus, comitatus Rxmis Stanislao Olomuncensi, Joanne Wratislauiensi Epis, hospitibus.

& Bernardino Archiepo Leopoliensi, Mathia de Drzewicza, Wladislauiensi, et Petro Thomiczki Premisliensi, ac Joanne de Konopat, Culmensi, domesticis Episcopis, venit obuius. Datis de more hinc inde dextris, humanissime est exceptus, et ad Regem deductus. Paucis salutato Rege verbis, hilari vultu à Rege, gratus hospes excipitur. Tandem quum sol in occasum flecteret, Regia venit Sponsa, præcedentibus imprimis Regiorum Oratorum Equitibus, qui eius Mtem vt supra memini in Olomuncz exceperat. Pone hos Italicus et dni Prosperi equitatus, Deinde Cæsareanorum familia, Postremo ipsa Regia virgo, equo pulcherrimo vecta, Comitata per Marchionem, et Prosperum Colonna, cæteris Oratoribus præcedentibus, Quum vero in eum locum ventum est, quem panno rubeo stratum memini, in terram prosiliunt, Nam et Rex ipse Pedester venit à tentorijs, in pauxillum obuius clarissimæ atque charmæ Sponsæ suæ, quæ supra memoratis Ducibus comitata venit. Apud Regem fuere Rmus Cardialis Aestensis, et hij, quorum supra feci mentionem. Hoc itaque modo, vtrinque conueniunt, Ab orientali plaga, flectens magis ad meridiem, Regia incessit Celsitudo, suis, quos infra dicturus sum comitata, Ab occidentali vero parte, vertens in Septentrionem Regia Nympha venit, sociata à dextris Kazimiro Marchione, et Prospero Colonna à sinistris Ducibus optimis. Ad vtrumque vero latus Cæsarei Oratores, et Italica nobilis Comitiua occuparunt. Stantibus igitur sic ex aduerso, multisque millibus intuentibus, speciosissima Bona, ad Regē Sponsum

deducitur, quam Rex data dextra hilaris excipit. Illa vicissim profundius flectens, Regem est amplexata. Tum R^mus dns Joannes de Lasko, Archiepus Gnesnen, orationem loco et conditioni accomodatam habuit, quam inserere opere precium videtur, hisq verbis exorsus est.

REerum fabricator Deus, et potentissimus humani generis Conditor, hominem cæteris animantibus preponens, ipsi quoq homini preposuit Imperatores, Reges, et Principes, eosdemq maiori prerogatiua nobilitatis clarere voluit, vt ipsi veluti quedam mundi lumina, et rerum omnium moderatores in terris, genus humanu sua prudencia, ingenio, auctoritate, armis, legibus, et iusticia, regerent, et conseruarent. Quod cum ita sit, decet, superq dignu, et necessarium est, vt id genus homines, tanta dignitatis excellencia pollentes, excellentium quoq geniorum connubijs pocientur, et gaudeant, quo magis ipsorum domus, atq familie amplitudo, magnis connexa clientelis, et affinitatibus, elucescat. et Maiestatis exornatur fulgore. Hac contemplatione Ill Princeps, Rex noster Serenus, Sponsus M. tue, magna nimirum nobilitate clarus, vt qui et Rex est, et Regis filius, Regum Nepos, Regum Patruus, multosq fratres continua serie habuerit, adeo vt nemo fuerit, ex hac sacratissima, vetustissimaq familia, a qua ipse ducit originem, qui non Regis nomine appelletur, Indeq iam protritum prouerbium sit, hanc familia ad

hoc tantum nasci, vt regnet, et Regnorũ diadema gestet, Sed est
superuacaneum, hoc verbis extollere, quod per se notum est, Ad
rem redeo. Dum iampridem M^tas sua, Reginam suam charmã,
immatura morte preuentam, ammitteret, pertesus et affectus, q̃
tamdiu Coniugis careret solatio, ad tuam M. appulit animum.
Quam nõ ignorabat, dignam se Coniugem esse, et magnitudine No-
bilitatis, et amplitudine Domus atq; familię, vt pote, à magno
Stemmate Regum Aragonię ortam, Ill^miq; et amplissimi Du-
cis Mediolani filiam, et vnicam heredem esse, ac deniq; nominis
claritudine, excellencia formę, morumq; honestate admodum pol-
lere, nil sibi foelicius accidere posse reputans, q̃ te in Coniuge
et Consortem Regni habere. Nec multo post, sollicitante M^te
sua, teq; consenciente rem peragi (quod faustum, foelixq; sit)
obtinuit, Idq; extemplo, rupta mora, foedere Matrimoniali, per
suos Oratores de more firmari, et huc te conduci cõmisit, et
ordinauit. Cuius M^tas, quum te iam (Deo bene volente) iti-
neri accinctam esse intellexit. Mox et ipse impiger et alacer,
ab vltimis Sarmatię, et sui Magni Ducatus Lithuanię finibus,
per longissimum terrarum tractum, huic loco accurrit, vt te q;
primum videret, salutaret, et exciperet, faceretq; quicquid ad tuum
honorem, dignitatemq; pertineret. Sed tu Sacra M^tas, hoc vno in-
foelicior esse videberis, q̃ in hoc primo aduectu tuo acciderit, te,
laudũ et magnitudinũ tuarũ, me preconem habere, qui linguę La-
cialis omnino inops sũ, et in dicẽdi genere impitus, maxime in
presẽcia Sacratissimi Sponsi tui, et huius Cardinei luminis,

Rmi dni Aestensis, Cognati tui, hocq cetu Pontificu, Principu, Baronu, et Procerū, doctissimorumq ac peritissimorum virorum, ac tanta populi freqūēcia, qui ad videndam te, et digno honore celebrādam, officiosissime et cupide confluxerūt, et stimulat me studiosis indicijs, vt eos Mti tue, ex affectu cōmēdarem, vt eos, secundum quod, tui nominis studiosos cognoueris, gracia et fauore psequi nō dedigneris, qui et nūc obseruāt, ac intuētur, quo vultu et aīo eos intuearis, Nam tanta est laudū, et virtutū tuarū excellencia, ac morū compositio, pulchritudisq et venustatis decor, superq ingenij, et doctrine (quod raro in virginibus accidere solet) perspicacitas, et acrimonia, vt difficile fuerit, nedum à me qdem indiserto, et elingui, verum et à doctissimo quoq disertissimoq viro, ad amussim disserere, Nam nihil tam docte, tamq diserte dictum foret, quod non maius, auctius, prestaciusq esset, adeo vt si, et oēs, qui hic sumus, vno ore loquerēur, totoq conamine niterēur, vix minimam partem laudū tuarū possēus cōprehendere. Neq ego hoc munus excipiēdi Mtem tuā suscepissem, sciēdo me ad hoc viribus imparem esse, nisi me impelleret dignitatis, et primatis conditio, et in ea Republica, auctoritatis maioritas. Cōfido tamē de Mtē tua, q si qd minus dixerim, egerimue, q tua dignitas et excellēcia meretur et exposcit, indulgebis mihi, veniaq dabis, plus volenti q potēti. Neq etem locus et tēpus patitur, orationis vela extēdere, qn nec ego volo in hoc certamine pstare diutius, Sed iā pocius canā receptui. Venit igr tua Sacratiss. M. ad eū Sposū, quē iam presente intueri possis, cuius dextre iā tua iūxisti, Accipe hūc iucūde et placide, cū quo Regnū amplissimum, magnaq Dnia sis acceptura.

Nihil sibi deest, nisi filius successor. Nūc in te oīs spes nr̄a sita est. Nō aliud à te magis Respublica nr̄a expostulat, quam ut nobis talē producas, qui Parētem exprimere et representare possit. Nos vero oēs subditi sui, tāto studiosiores, et obseqūētiores tibi erimus, quāto magis reuereri oportebit, et parentē qui regnat, et filiū, qui in Regno Successor erit. Tu vero enitere oībus his, quibus preesse debebis, eorū honori et comodis prodesse velle. Et sicut noīe Bona es, sic te semper nobis, bonā, graciosam, clemētemque prebeas, oīque benignitate prosequere. Aderit tibi Deus, Mariaque Dei, et hominū mater, dij penates, tutela Regni diui Adalbertus, Stanislaus, Venceslaus, et Florianus, ac diuus Nicolaus de Bario, Patronus tuus gloriosus, et hūc aduētum tuū auspicabitur, augeriique te et viuere facient, multos in annos.

Interim ad Machinarū Mgros, nunciatum est, qui terribili sonitu hūc cōgressum ad astra usque nunciauerūt. Dicta Oratiōe Ludouicus Secretarius, vir facūdus et doctus, Reginę verbis rn̄dit, admodum breuiter, quę tūc, nec audire, neque habere potui, hilarissimis deinde vultibus reliqui Cæsareani Oratores, Italieque Procęres sūt excepti, Regiaque osculata manu, ad salutationem Regię Sponsę nr̄i pro dignitate accesserūt, Nostros dico, quos supra cum Rege fuiße, eciam ex hospitibus memini. Anna deinde Illustris Dux Mosouię vidua, cū filia virgīe accesßere, quā alię foeminei sexus sūt secutę. Salutacōe itaque de more facta, ordīes ex eo loco progrediēdi in Vrbē per Marschalcos disponitur, quę, volēs hoc in loco subticeo. Verū quia Ordo hic postulare videtur, oīumque qui interfuere noīa, annotabo, signatis aliquibus, qui tūc apud ingressum, nō fuere, vel ecia post Coronacōem venere.

CAESAREANORVM NOMENCLAtura

Illris Kasimirus, Marchio Brandeburgensis, Regius Nepos.

Insigniores qui cum dno Marchione venerunt,

Bertholdus, Comes de Hennenberg.

N. dns Lechtenstein iunior.

Grunning Marscalcus.

Joannes Druchses.

Osswaldus Schex.

Bartholomæus Vexensteinner.

Christophorus Volfmershauser.

Mauritius Shirdinger.

Conradus Betzinger.

Stephaus Birkenfelder Seckendorff.

Aliqz Joannes Germanie Nobiles, qui omnes eorum more armati erat.

omniumqz Equitu numerus, 140.

Collegæ dni Marchionis.

Brzetislaus de Schwihaw Boheus, Equites	38.
Joannes Moraxius, Equites	30.
Laurencius Saurer, Vicedns Austrie, Equites	16.
Joannes Cuspinianus Præfectus Viennen. Egtes	8.

Illris Prosper Colonen Romanus.

Insigniores Curie sue.

Joannes Vincecius Cosa, Prefectus Curie Ill. d. Prosperi.

Julianus, de Crepanica, Romanus.

Hieronymus, de Lapenna.

Camillus, de Metallica.

D. Valenza, Hispanus.

Nicolaus Vardo Cremonen.

Ludouicus Victorinus.

Joannes Jacobus Varisinus.

Camillus Carratus Neapolitanus.

Stephanus Emilia.

Bartholomeus de Reda Secretarius.

Joannes Dominicus Mediolanensis.

Joannes Roka.

Numerus Equitum dni Prosperi, 58.

Insigniores Curie Rxlis Mtis.

D. Spinetus.

D Cola, de Carmaniano.

Alphonsus Gwalandini de Pisis.

Alphonsus de Ericho Neapolitanus.

Joanes Vincecius Marra, Maior domus.

Thesaurarius.

D. Baro de sancta Barbada.

D. Marrianus,

Paulus Cancellarius,

Ludouicus Secretarius.

Et reliqui Proceres et Officiales. Omniu Eqtu numerus 92.
Sed personarum numerus, 287.

INVITATI HOSPITES.

Rxmus dns Hippolitus, sancte Romane Ecclesie, tituli
sancte Lucie in Silice Diacons Cardlis Aesten, habuit eqtes 367.

Ill. Kazimirus, Dux Teschnen, cu Wladislao filio, Eqtes 154.

Ambrosius Scharkani, Equites 119.

Hij duo Regis Hungarie erant.

Rennel quoqz post Coronationem Nuncius à Rege Hungarie
venit. Equites habuit 10.

Stanislaus Epus Olomuncensis. Equites 88.

Joannes Episcopus Wratislauien. Equites 136.

Ill Fridericus, Dux Legnicesis. Equites 180.

Ill Georgius, Dux Bregensis. Equites 140.

Ill Karolus. Dux Munsterbergen. Equites 125.

Hij tres in ingreßu no fuerut.

Illres Stanislaus, et Joannes. Masouie Duces, Cum Matre
et Sorore, habuerunt Equites 243.

Reuerendiß. dñi Cardlis Strigonien. Orator. Equites 24.
Joannes de Schonberg, Orator Ducis Mißnie, Equites 7.
Rxmi dñi Archiepi Colacen Orator. post Coronationem ve-
nit, Equites habuit 24.
Alexius Thuszo, Epi Quinque Ecclesiensis Orator, nõ fuit
in ingressu. Equites 47.
Scharkani Janusch. Epi Vacien Orator. Equites 24.
Dñs Leo Capitanius Bohemie cũ filio habuit Egtes 106.
Venit post Coronationem.
Ladislaus de Sternberg. Cancellarius Bohemie, Egtes 129.
Orator Palatini Valachie, Equites. 9.
Vdalricus Comes de Glatz, et Hardeck, ad Ducem Karolũ
numeratus.
Hieronymus Balbus, Orator Palatini Regni Hungarie, ha-
buit Equites 26.
Dñi, Laurẽcinꝰ de Tranczin, Kozan, et N. Doctor, Oratores
dñi Ducis de Trantzin, habuerũt Equites 50.
N. Orator dñi Moysi. Baronis Hungarie Egtes 13.
Hieronimus Hornik Capitaneus.
Achacius Hanolth Consul.
Henricus Philocalos Sindicus.
Oratores Wratislauien Egtes 47.
Bothian. Egregius Hungarie Miles, habuit Egtes 39.

INSIGNIores Regni Poloniæ.

Rmus dnus Joannes de Lasko. Archiepus Gnesnensis. Legatus natus, Regni Poloniæ Primas.

Bernhardinus. Archiepus Leopoliensis

Joannes Konarski, Epus Graccouiensis, in Ciuitate propter debilitatem remanserat.

Mathias Drzewiczki. Epus Wladislauien.

Joannes Lubranski, Epus Posnaniensis.

Erasmus Cziolek. Episcopus Plocensis.

Petrus Thomiczki Epus Premislien. Regni Poloniæ vicecancellarius.

Joannes Conopaczki, Epus Culmen.

Joannes Lathalski. Gnezn, Grac, Lancicien, Preptus

Joannes Konarski, Archidiaconus Graccouiensis.

Joannes de Karnkow Scarbimirien Prepositus.

Andreas Cricius Canonicus Cracouiensis.

Stanislaus Tharlo, Archidiacons Lublinen.

Stanislaus Oleschnitzki. Cancus Gnesnesis.

EX SECVLAri dignitate.

COnstantinus. Dux Ostrogen, et Magni Ducatus Lithuaniæ Exercituum Capitaneus Supremus.

Spithko de Jaroslaw. Castellanus Graccouiensis, dignitate primus.

Christoforus de Schidlowiecz, Palatinus et Capitaneus Graccoviensis. Regni Polonię Cancellarius.

Nicolaus de Lubrantz, Palatinus Posnaniensis,

Joannes Zaremba, Palatinus Calissiensis.

Andreas de Thanczin. Palatinus Lublinensis.

Nicolaus Piletzki. Palatinus Belsensis.

Lucas de Gorca. Castellanus Posnaniensis, Maioris Polonię Capitaneus, cum filio Andrea.

Nicolaus de Schidlowiecz. Castellanus Sandomiriensis, Thesaurarius Regni Polonię

Stanislaus Osthrorog. Castellanus Calissien.

Nicolaus Jordan. Castel. Voniceñ. Scepusieñ Capitus.

Stanislaus Haliczki. Regni Polonię Marscalcus.

Petrus Kmitha, Curię Regię Marscalcus.

Joannes. Dominus de Tharnow.

Nicolaus Volski. Castellaũs Sochaczomieñ.

Stanislaus Pileczki. Capitaneus Sanoceñ.

Multi preterea Proceres, Militarisq conditionis Nobiles presentes fuere. Palatini tamẽ Castellaniq, et ea quę in Russia. Podoliaq est Nobilitas, his non interfuere Nupcijs, ea potissimũ ratione q tunc non sine suspitione, de Thartarorum incursione, fama erat. Vt eorum igitur comprimeretur licencia, domi consederunt, ne media in leticia Respublica turbaretur.

Ordine itaq; instructo Vrbem versus, omnium primi Regij Au-
lici progressi. Deinde Magnificorum Baronum, Procerumq; Regni
Polonię Equitatus. Pone hos Episcoporum, Item Regni Bohe-
mię familia. Isti vero omnes, an bene, pulchreq; fuerint instructi,
(: ne quid negocij mihi contraham :) eorum, qui viderunt inditio,
subijcio. Monet tamen veritas, ne splendorem huc, omnino si-
lentio abditum, transeam. Nam si vnq; Procerum, Militumq; co-
pia, gemmis, margaritisq; redimita visa est, vestibusq; auro
burcato, et alio, istius generis, miro sumptu contextis, decorata
est conspecta: Hęc certe Sarmatię Nobilitas, nulli vnq; nationi
tunc inferior haberi potuit, Cum, vt scripsi, decorato vestiu sple-
dore, aurearumq; Cathenarum copia, tum eciam personarum pro-
ceritate, et equorū pulcherrimorum multitudine. Quamuis et-
enim numerum certum habere non potui, faciente locorū angustia:
facile tamē id seorsum, vnius cuiusq; familiam computan, collegi,
equorum omnium Regnicolarum Polonię circiter sex Millia in
hac fuisse Coronatione. Hos Rmi dni, Cardinalis Ferrarien,
familia sequuta est. Deinde Muli Rlis Mtis, onusti quinq; et
viginti deauratis Cistis, quibus Rlis suppellectilis, et mundus
muliebris ferebatur. De quo infra scribendum veniet. Alij prę-
terea portauerunt, lecticam, lectumq;, aliasq;, ad Thesauru ptinen,
necessitates. Hos iterum Cęsareanorum familia sequebatur.
Marchionis, rubeis, dni de Schwihaw, rubeo et viridi mixtis,
reliqui nigris vestibus induti, subtus, Germanico more armati

fuere, Pone Italici Equites aliqui. Inde Insigniores ex hospitibus, eo quidem ordine seruato, quem in Regio scripturus sum Conuiuio, cincti hinc inde Palatinis et Castellanis Poloniae. Omnium vltimi id est, Regi proximiores, Caesareani equitauerunt, hunc ordinem volens obmisi, cum quia aliter extra Vrbem, aliter in Vrbe seruatus est, tum eciam, quod infra in Conuiuio Regio clarius positurus sum. Tandem Regia Celsitudo, et clarissima Nympha illa, propediem Regina Poloniae futura, dexteram occupans pulcherrimo vecta equo, simul cum Marchione Kazimiro, inter Sponsam Regiam, et Rmum Cardinalem, intermedij equitabat. Ita quod Regia Celsitudo, et Cardinalis extremi, Sponsa Regia et Marchio à dextris medij fuere, vndique Peditibus comitati, quorum longus ordo erat, vestitu candido tectis, et Cathenis aureis, lanceis, Germanico more instructis. Postremo Anna Dux Masouiae cum filia, plaustro, nigro desuper tecto veluto, equis octo nigerrimis vehebatur, Rhedae eciam, et equorum reliqua ornamenta, veluto nigro, argento deaurato sumptuose decorata. Virgines & Ministerij sui puellae, duobus plaustris alijs vectae sunt. Caeterum quasi Exercitus finem cingebant, mixti quidem, multi Praelati, Secretarij, et Nobiles. Hocque ordine processit Rex vsque in eum locum vbi tormenta bellica fuerunt locata. Verum antequam illuc ventum est, Venerabile Graccouiensis Gymnasij Collegium, et Literarum alumni, Nouam Reginam Stanislao Biel sacrarum literarum professore, et florentissimi Studij Grac. Rectore, hac inserta Oratione perorante, venerabundi exceperunt.

Nemo est omnium Illma virgo, et Princeps admiranda, qui verbis enarrare, vel animo complecti possit, quanta exuberanti hilaritate, luce hodierna, summus, optimusque Deus, hunc Orbem Regni Polonie respexerit extulerit, et in apicem eminentissime celsitudinis statuerit, cum te Invictissimo Principi, et dno D. Regi Sigismundo, in Coniugem, omnibusque Incolis, Principibus, Baronibus, et vniversi populi Ngratibus in Reginam et dominam delegerit, et mirifico providencie sue dono, veluti alteram Hester, Regi Assuero ordinaverit, Te inque clarissima Regum et Ducum exortam progenie, te divinis preditam virtutibus, teque adornatam elegantissimis moribus, ac flore omnis decencie refulgentem, quo cum vbique terrarum fueris celebrata illustrissima. Ad decorandum et amplificandum tandem Regnum Polonie à seculis inclytum, divinitus es presignata, et inter millia Illmarum viraginum predestinata. In tua ea propter admiratione, omnis Sermi dni nri Regis Sigismundi Nobilitas, et plebs vniversa, exultat, gestit, iucundatur, et iubilat, ardentius tamen et observantius is cœtus, et hec studiosa caterua Gymnasij nri lrarij, que cernua, et devota se se coram statuit, ad excipiendum ac venerandum tuam Mtem. Que et tanto maiori gratulatur, et exultat gaudio, quanto sibi maiora presagit, polliceturque futura commoda, ex tue Mtis gracia, favore, et clemencia, que simul comendata tue Mti, et per te semper comendari cupiens, Sermo et Invictissimo dno nostro Regi, orabit, et vsque ac indefesse deprecabitur immortalem

Deum, vt in primis hęc foelicissima efficiat Conubia, quibus hoc Regnum, hęc dulcis patria, clarissimos videri possit, et habere heredes, qui paternas et tuas eximias imitati virtutes, ipsam amplificare, gubernare, et regimine faustissimo, in pace et tranquillitate, ac gloria multa conseruare queant, ad laudem et honorem nominis diuini, omnis posteritatis immortalitatem, sempiternamque ac interminabilem foelicitatem.

FActa Oratione, ad tormenta ventum est, quę tunc adhibito igne succensa atque emissa sunt. Lento dehinc gradu incedentes ad suburbij hostium, egregij milites duo, claris nati familijs. Thenrzinezki, alter Jaroslawski, hastiludio instructi, ad quos cum ventum est, mox illi vibratis hastis, alius alium, concitato equorum cursu, impetiere, recteque alter alterius feriens scutum, in terram pręcipites corruere vterque. Quo eciam facto, ex eo tandem loco, per Suburbium, perque Vrbem ipsam, recta via ad Arcem, inter pedites armatos (qui Senatus iussu, numero tria millia, à portis ad Arcem ordinati fuerant) peruectum. Verum splendidissimus hic ingressus, nonnihil mihi perdere visus est, eo quod Sol, radios suos iam, antequam ad Arcem ventum est, retraxerat, Vtrinque enim visu dignum non deerat, cum externi, vel à preciosissimo habitu, vel pro more equitatus admirandi, Vrbis eciam Incolę, qui nullas prętermiserant ędes, quas non tapetis extensis, pulcherrimis atque honestissimis virginibus, et mulieribus, decoriter

vestitis desuper innitentibus, decorauerant contemplandi. Ausim em̄ hoc loco propriū sequēs Judiciū asserere, Graccouien Venerē, nullē vnq̄ nationi, forma atq̄ moribus, ē sedibus cedere. Per longum itaq̄ Vrbis spaciū, quo tamen nequaq̄ hēc multitudo cōtineri potuit, ad Arcem Regiā, medijs equitibus, peditibusq̄ ad dextram, sinistramq̄ locatis ventum est. Templumq̄ ingressi, Deo immortali, diuisq̄ Stanislao et Floriano Penatibus dixerunt Orationes. Eo in loco Rmus Joannes Conarski Grac Presul, quem debilitate cōfectum, supra memini, Pastoris agens officium, hoc in templo suo, Regiam Sponsam excepit, Rmus dn̄s Petrus Thomiczki, Premisliensis Presul illi assistens, oratioēz habuit iucundam, quam hiscē quoq̄ adscriptam esse volui.

Non abs re, viri sapientes vsurpare consueuerunt, Serma et Excellentissima virgo, idem esse Reges, Principesq̄, Regnis, et Dominijs suis, quod Solem mundo, et rebus vniuersis. Quippe inter alia commoda, et incōmoda, vtrinq̄ simili ratione prueniētia, quemadmodum Serenato Sole, cuncta videre, florere, et letari solet: obscurato vero, vel defectione aliqua subtracto, squallent vicissim et horrent omnia, Sic ad vultum, et successus Principum, Regna, Principatus et populi vniuersi, leticia vel moerore affici cōsueuerūt. Atq̄ hēc cum longo vsu, et manifestis exemplis satis constant et apparet, tum nos hoc toto tempore, liquidō et abunde cognouimus, didicimusq̄ nihil adeō publicis votis optandum, nihil ēquē gratulatiōe dignū, q̄ optimi Principis successus.

Nam cū Deo immortali, qui humanas res multifaria versare, et vitam nostram nunc lętis mulcere, nūc tristibus affligere solet, placuit Inuictissimo Principi nr̄o, inter tot insignes et memorabiles triumphos, gaudiaq̧ et dona multiplicia, nonnihil eciam aduersi, et tristicię admiscere, Ac primum illum Coniuge concordissima, deinde inclyto fratre, et Sorore charma orbare, et ingenti luctu afficere visum fuit, incredibile dictu est, q̄ exemplo Principis sui, tota hęc Regni, et Dominiorum eius facies fuerit immutata, quantus vbiq̧ squallor, et tristicies inualuerat, adeò vt nihil communi omnium desyderio magis expetitum, et precatum fuerit, q̄ vt diuina illius clemēcia, has rursum nubes discutere, et quod precipue ad comunem vtilitatem pertinebat, iacturam amissę Reginę rependere dignaretur. Ac audiuit tandem, pientissimus Pater, preces et vota populi sui, affulsitq̧ nobis hodiè, constitutis hactenus in tenebris, et in vmbra luctus, tanq̄ lucidissimus Sol oriens ex alto, queq̧ eius est benignitas, magnum quoddā foenus gaudij, et bonorum omnium, nobis adiecisse videtur, cum te talem Regi nr̄o clementissimo Coniugem, nobis autem Herā, et Patronam dedit, qua nulla, ad decus, ad splendorem, ad votum, non inueniri solum, sed ne optari quidem, et concipi in anio possit dignior, et luculentior. Siue eīm formę tuę dignitatem cōtemplamur, ea equidem Nymphę alicui pocius, q̄ mortali similis videtur, Seu dotes animi, hę quoq̧ omniū illarum heroinarū decantatas laudes, facile exuperant, quas vt fama prius accepimus, ita in presenciarum, ex tam egregio animi simulachro, et ipso

eciam nomine tuo, eo se metimur, et suspicius. Merito itaque te hoc auspicatissimo die, vrbem hanc Regiam intrantem, Sermus imprimis dns noster Rex, obuijs manibus, et gestienti animo, demu Principes, Pontifices, Proceres, omniumque hominum ordo, ac postremo (vt mos est) Rmus iste Presul Crac, cum Prelatis et Clero suo vniuerso, omni qua possunt leticia, et honore salutant, excipiunt et venerátur, Nemoque est á summis ad infimos, qui dudú expectato, et desyderatissimo aduentu tuo, non magnopere gaudeat, et exultet, qui cum Principi, et Reipublice sue, tum isti meritissie, ad culmen Regium, prouectioni tue, vel restitutioni pocius, toto animo gratuletur. Sed tantum tuum decus, splendorem, festiuitaté, amplitudinem, nostrum item omnium gaudium, lætitiam, foelicitatem, et spem amplissimam, neque vlla oratio complecti potest, nec angustia temporis loqui prolixius permittit. Et proinde quod reliquum est, rogamus te inclyta et clarma Princeps, vt cum te Deus optimus, maximus, nobis heram et Patronam statuit, digneris, more priorum Reginarum, ecclesiam hác, sanctorú reliquijs, suppellectili et cultu diuino, nulli secundam, domumque Regum et Reginarú perpetuam, ac ipsum eius Rmum Antistitem, nosque omnes, gratia, Patrocinio, et beneficiencia tua complecti, qui pro foelicissimo tuo aduentu, continuas ad Deum préces fudimus, et deinceps pro fausto, ac diutissimo tuo, cum Sermi Coniugis tui Regno, proque ea prole, qua tot Regna, tot populi, summo desyderio expectant, précari nunque desistemus.

Dicta Oratione, hymnoq; immortali Deo lætissimis vocibus cātato, et sanctorum ossibus deosculatis, templo relicto, in Arcem et Aulā summo studio, noue paratam Reginę venerūt. Sponsa Regia ab omnibus in eum locum comitata est. Dimissi tandem Princi: pes, Oratoresq; hospicijs suis sunt recepti. Quem aūt Arce egredientes seruauere ordinem, videre non potui, Nam indicium, noctis crepusculum interceperat. Acceptis itaq; hospitibus in singula hospitia, singulis dati sunt dispensatores, qui cunctas administra: rent, ex Regijs prouisionibus necessitates. Cuius vnicus et ge: neralis Gubernator erat Joannes Boner, Burgrabius Crac et Salinarum Pręfectus, De cuius industria, ac in rebus agē: dis dexteritate, incredibiliq; labore hoc in loco non immerito ali: quid mihi recensendum fore arbitrarem, nisi me honeste (quod illi decennio famulatu fuerim addictus) continerem. Illius tamē in me tanq; pientissimi parentis gracia monet, alibi eius cum veritate extollere laudem, huic preterea in omni offitio laborū vnus adfui solicitator, hic Regio iussu omnibus omnia distri: buit. Suntq; Coquinarię officinę pro hospitibus factę in triginta vno locis, dateq; sunt dispensatoribus peccunię in rerū minuta: rum necessitates. Species vero aromaticę, omnis generis, et re: liquum id genus. Vina preterea, et equorum pabulum, Salinarū Pręfectus ordinatis ex officinis copiose administrauit, optimoq; ordine distribuit. Coquinarum vero necessitates, carnes, oua, lacticinia, panes, ligna. Dn̄s Raphaël Cotheczki Regius

Dispensator administrauit, hoc ordine seruato, omnibus cum copi-
ose, tum ordinate est prouisum,

Deinde 17. Aprilis Illu. Duces, Fredericus Legnicen, Georgius Bre-
gensis, Carolus Monsterbergensis. sociatis Oratoribus Wratisla-
uiensibus, venerut. Eoq die Cæsarei Oratores, auditi sunt,
Joanne Cuspiano perorante, qui maximum Cæsaree Celsitudinis,
in Regem, animu, singulari sermonis cultu indicauit. Eam ergo
Orationem, ex nullo, nisi proprie negligencie defectu, non obtinui.
Quia tamen, illum virum doctissimum, atq solicitum scio, minus
dolendum venit, dabit em et eandem, reliquaq forte in luce, Cu
em ipse, istorum Principum reconciliationis primus fuerat au-
ctor, non immerito se ipsum, hecq egregia facta, posterum me-
morie commedabit. Eo propterea die, Venble Grac Gymna-
sium, Rmum Cardinalem Estensem, hac quoq infra scripta
Oratione, per Eximium Doctorem Byel excepit.

Cum primum rumor, tandemq fama certior amplissime Pre-
sul, Princeps et dne, increbuit, de tuo foelici et expectato accessu, in hac
Vrbem Regiam, et Gymnasio lrario florentissimam, flagranti
animo, coepi ipse mecum repetere, quibusnam verbis, quave dicedi
serie, te tantum Principem, et dnm, pro nra veteri consuetudine,
excipere, venerari, foelicitatiq et tue Celsitudinis glorie, officio-
sius congratulari possem. non quidem ausu impudenti, nec quouis
arrogancie supercilio, verum officij mihi iniuncti, per eos quoru
auctoritas non vulgaris est, onere impulsus, vbi, et me beatum

fore existimabam, dum tuo conspectu et vultu benigno perfruerer, quem nūc gaudio magno, et leticia ingenti conspitio, laudaturus tot dotes nature, tot gloriosos titulos, et carismatum dona, quibus tuā amplissimam P̄tem, pater luminum coelestium adornauit, et do-tauit adeò, vt simul Romanē Sedis, et inclyti Regni Pannonie, sydus sis fulgentissimum. quo et nos irradiati, et animati, in hoc Orbe dulcis patrie, te iucundiores excipimus, salutamus, et veneramur, congratulamurq̄ sospitati, et optime valitudini glorie, et tate tue M̄ti, quam repre͡sentas, ac simul imagine conspicua exhibes Ap̄licam, et Pastoralem eminētem celsitudinem, qua veluti lucerna candens super candelabrum ecclesie fidelium positus, illuminas cunctos, qui Petrum Christi successorem, et Romanum Summum Pontificem, locum eius tenentem, caput, Magistrum et Ducem vniuersalis Ecclesie recognoscunt, qui norūt et confitentur militantem ecclesiam, ad triumphantis exemplar, vni subditam terrestri Principi, Gubernatori, et Rectori, et vt in illa, ipse vnus Creator omniū Deus sceptrum tenet, et summi Imperij fastigium, ita et in hac, vni sūmo Romano Pontifici, totius Orbis Imperium, delegatum esse, quem cō-stituit super gentes, et Regna, vt euellat, dissipet, et plantet, et Sedens super Solio Dauid, cōfirmet, et corroboret in iuditio vsq̄ in sempiternum, Ipse quidem plenitudine potestatis, Cæteri vero in partem solicitudinis, et cure Pastoralis vocati, potestate delegata, gregi dn̄ico pre͡sideant, sueq̄ et aliorū saluti (vineam dn̄i Dei Sabaoth plantantes.) intendant. Prout intendere

pie creditur tua ampliss. Ptas, nomen Pastoris cum re tenens,
vbi multorum saluti, et toti Christiane Reipublice consulit et pro-
videt, corda fidelium doctrine et vite exemplo purificans, fideq
Catholicam per vniuersum orbem stabiliens, et se se in multis
operibus, pietatis et clementie, largitatis et beneficentie exercens.
Releuans precipue hos, in quibus aliquod probitatis, ac virtutis
indicium perspectum clarescit, et qui indefesso studio lrıs indulget.
Quales sunt ij, clarissimi viri Gymnasij nri lrarij, merito tue
amplissime Pti commendandi, vt tandem Sermo dno Regi
nro comendentur per tuam Ptem. qui indubie audiet et exaudi-
et tuam Ptem Rmam. Gymnasijq nri immunitates et liber-
tates ampliabit, et Priuilegia concessa manutenebit, et conseruabit
in laudem, decus, et ornametum Regni huius inclyti, sedisq Apo-
stolice non mediocre fulcimetum, honorem diuinum, et nostram
vnicam, ac desyderanter expectatam consolationem.

Excepto hac Oratione Rmo dno Cardinali, Gymnasij clarmi
Rector, simul et Lrarum Milites, ad Illm dum Prosperu Co-
lonen accesserunt, atq Ill. suam hac Oratione, quam eque pre-
termittere nolui, Excellentiss. Stanislaus Byel, diuinaru Scri-
pturarum Doctor, excepit.

Illustris ac Magnanime Princeps, et dne dne Viceregio titulo
Regni Neapolie insignissime. Mos fuit vetustus, et per Antisti-
tes Gymnasij nri lrarij semper obseruatus, vt singulos ecia viros,
splendore virtutis et honoris sublimitate prestantes, suis in psonis

reuerenter exciperent, salutarent, ac venerarentur, congratulatione debi-
tam impendentes, quo et nos instructi coram positi, et in hoc numero
collecti, simile venerationis munus afferre, et officium sincerissime
congratulationis tue Celsitudini impendere decreuimus, deuote fla-
gitantes, velit id non aspernari, verum animo beneuolenti acce-
ptare, exiguum Orationis genus fauentibus auris admittere.
Quo iam, iamque congratulamur tue Celsitudini et prestancie,
te hospitem nouum, cupide et flagranter expectatum salutantes,
omniumque cum alacritate, ac multa iucunditate excipientes ac
venerantes, laudes simul Deo immortali summo et optimo red-
dentes, qui tam illustris viri animum inflexit, et Cor vere Regium,
in nostre Reipublice fauorem et amiciciam conuertit, qui sue Pa-
trie litus amoenum relinquens, in has oras vltromontanas, graui
et arduo itinere se se defatigare minime renuit? qui ~~fil~~ mam dominam,
et iam Reginam preelectam, fideli et obsequioso Comitatu In-
victissimo Principi, et domino Regi nostro Sigismundo magno cum ho-
nore in foedus Coniugij sociare dignatus est, virtutis et magna-
nimitatis opus laudatissimum obeundo, sibique et toti posteritati
sue nomen immortalis glorie vendicando. Quod etsi tua Cel-
situdo, splendore alti generis et prosapie assecuta fuerit, et na-
tiua origine obtinuerit, Nunc tamen illud ampliatum, et nitore nouo
irradiatum, ambigit nemo, cum per tot terrarum et maris tractus,
tot fortitudinis, et admirande seremitatis preclarissimos actus, in
nostre Reipublice laudem, decus, et ornamentum prosecutus sis, quos
ne ingrata voluntate silencio transire videatur, tue Celsitudini

et amplissime glorie milies repetitas agit et reddit gratias, tibi se se totam tradendo, commendando, et deuouendo, tanq benevolẽtissio fautori et dño. Quam oramus, suis in vniuersis ordinibus, faueti pectore, vti coepit, complecti velit, Eciam et nostrum Gymnasium lrarium, quod nomen tuum perhennare studebit, ob tam singulare officium, quo huic Patrie sydus nouum intulisti, Viue igitur, re et nomine Prosper, foelix, gloriosus in toto orbe terrarum nominatus, et refulgidus. rependatq tue Celsitudini, condignam graciã, qui te prospero itinere, ad nos perduxit, et reducat in litus patrium incolumem. Et tandem post longiorem huius vite incolatum, perducat in sue visionis gloriam, et prosperitatem æternã.

Crastino vero 18 eius Mensis, cum Sol pulcherrimo Mundum illuxisset oculo, missis Regni Proceribus, honorifice Principes Oratoresq vocati ad Regem in Arcem venerunt, Regia ordinata processio, que non omnino debito ordine propter loci angustiã seruata est. Incipiendo tamen à schalis seu gradibus Arcis noue, adusq templi hostium, terra rubeo panno constrata fuit, quo precedentes sequentesq Regem incedebant. Verum quia recedente Rege omnibus arripiendi daretur licencia, vulgi tumultus inualuit, quem nec eciam Thartari ferro vincti, his rebus adhibiti, reprimere potuerunt, Cum eñ Principis Ætas preteriisset, atq illi inconsulte verbera distribuere, lapidibus vicissim à pueris in illos animaduorsum est, hac causa factum, vt in templi exitu pannus non sit in terram stratus. In templo vero

maxima ventum est angustia. Medio aut chori, ante Altaris faci:
em, selle (in loco ad id paulo terra alciori parato) posite, stratus
erat hic locus veluto rubeo auro contexto. Scabellum vero, quo
Regi Reginaeq flectentes innitebant, erat eius generis veluto au:
reo virido coopertum, sedes preterea à tergo posite, veluto rubeo,
argentoq deaurato, et sumptuose, et artificio singulari adornate,
In quorum globulis hec verba sculpta habentur, Diuo Sigismundo
Sarmatie Regi, Magno Duci Lithuanie honor, virtus. gloria, paxq
sperata fortuna. Cæterum puluinaria auro purcato ritzo desu:
per, similiter in planum iniecta erant. Sponsa Regia, Marchi:
one et Prospero Ducibus, post Regem Corona sua incedentem,
ducta est. Veste ex raso turcini coloris auro bracteato desup
fixo, miro artificio et sumptu laborata, amicta, de qua infra
dicendum veniet, Regiam Celsitudinem Palatinus Gracco:
viensis Sceptrum, et Palatinus Posnanien pomum, ferentes
precedebant. Ascensis itaq Rege, Sponsaq in hunc locu, Prin:
cipes et Oratores, pro dignitate quoq sunt locati. À dextris,
omnium prior Cæsareum Marchio occupauit locum, College
quatuor deinde, pone tres Silesie Duces, alij post hos pro co:
ditione. À sinistris vero Cazimirus Dux Theschnensis, Am:
brosius Sharkani, Ludouici Regis Hungarie Oratores,
pone Prosper Colonensis, Anna vidua Dux Masouie, cu fi:
lia, Olomuncen, et Wratislauien Episcopi, post hos alij iteru
pro dignitate Sedilia chori occupauerunt. Ad Sacra aut
Rmi Archiepi et Episcopi Regni Polonie se accinxerat

habitu Pontificali, indusiati venerunt. Consecrationis munus Archiepus Gnesnen, Graccouien, et Posnan Epi, de more executi. Ceremoniarū vero Mgratum, Petrus Thomicius Premisliensis Presul gessit. Reliquis ordinibus instituendis, Magci Joannes de Zaremba, Palatinus Calisiensis, Lucas de Gorca, Castellanus Posnan, et Regni Curieque Regie Marscalci prefuerūt. Sicque singulis ordinatis, Archiepus Gneznensis, sacrum incepit officium, quo de more, post Epistolam (vt vocant) vsque peracto, Regia Celsitudo, et Regina mox futura, ad benedictionem vocati, venerunt. In facie Ecclesie de contractus consensu rogati, voluntatibus presentibus pactis in absencia rebus annuerunt, legittime factis dictisque, de more omnibus benedictis, et datis annulis, eterno vinculo ligati, ecclesie verbis Matrimonij foedus iurarunt. Quo facto Regia Cels. in locum reuersa, Tandem Sponsa Regia flectens, à Consecratoribus memoratis cōmuni lectione consecrata, vnctionem virtutis, Regniique Coronam accepit, dato Sceptro et pomo, Polonie Regina salutata est, inque locum suum, Marchione et Prospero Ducibus, ipsa Sceptrum, Pomumque gestiens, coronata incessit. Cumque paululū ita teneret, Sceptrum Palatinus Posnaniensis, et Pomum Palatinus Graccouiensis, receperunt. Mutant enim dignitatis locum alternatim. Reliquo aūt de more peracto officio, in eum locum, quo Christi Corpus sumptum est, Regina tum Altaria accedens, Eucharistie Sacramentum, non sine summa veneratione suscepit, vt integre quod Deus inceperat per graciam, essenciali substancia quoque corporali presens confirmaret. Reuersa Regina, et offitio peracto, benedi-

ctionem Archipresul dedit, Pathenamq ut vocat, Regi, Regiq
deosculandam detulit, Regia deinde Celsitudo ex Jtalicis Nobili:
bus, aliquot creauit milites, similiter ex nris (. non tamen nisi ætate
pueros.) nonnullos insigniuit, His Ceremonijs rite peractis in
Arcem Regiam redierunt. Deinde mutatis duntaxat vestibus,
ad Regium celebre conuiuium consederunt, in æstuarium post
gradus primos, quod veluto auro burcato magno sumptu vndiq
noningentis vlnis (. vt nro dicam more.) decorum erat, Jn eius
ingressu Abacus, quem credenciam, seu argentariam appellát)
multis aureis, argenteisq innumeris vasis, poculisq varij generis,
micanti splendore, miro artificio ac inestimabili sumptu deco:
ratus erat, quorum etsi numerus, ab his qui in Conuiuio fuere,
haberi non potuit, cum pre vasorum varietate, tum q locus
Aestuarij singula in conspectum eleuari non passus est, sitq
in plano, multa locata, mihi tamen (. cui harum rerum ma:
ior, cerciorq fuit cognitio.) facilius id rescire licuit, Vix aut
crediderim, vnq in hominum memoria, Regem terraru Or:
bis, in Conuiuio tot habuisse omnis generis vasa preciosa,
qualia hic erant, vltra mille trecenta, his tamen demptis, qbus
in Mensis atq Coquinarijs Officinis vtebantur. Vnius eciam
hic lapidis Saphiri tacere puderet, qui auro ligatus in pede
suffultus alcius, ita clarus, mundusq, vt nullam perpetue tra:
hat maculam, habeatq sex vncias ponderis, nusq ea quantitate
forte visus. Hoc in Aestuario, tabula oblonga seu Mensa per
transuersum posita, quadrangule à dextris, à sinistris vna

duntaxat, vbi Cõuiuẽ sedebant, ita q̃ Regijs abacus singulis in conspectu fuerat paucissimis demptis, qui ad Regiam Mensam ẽ regione Regis discumbebãt, hocq̃ ordine singuli Principes, Oratoresq̃ sunt locati.

Convivium Regium.

In medio Tabule Regia Celsitudo, Corona aurea sedebat.

Ad Dextram Regis.

Cazimirus Marchio Brandeburgensis.

Bretislaus de Swihaw. Joannes Moraxius.

Laurencius Sauer Vicedominus Austrie.

Joannes Cuspinianus Doctor. et Vrbis Viennen̄ Prefectus.

Fredericus Dux Lignicen̄. Georgius Dux Bregensis.

Carolus Dux Monsterbergensis.

E regione horum,

Dn̄s de Sternberg. Cancellarius Bohemie.

Dn̄s Palatinus Posnan̄. Dn̄s Christoforus Palat. Crac̄.

Dn̄s Hilintza, Capitaneus Brzesten̄, Lithuanus.

Julianus de Crepanica, Romanus.

A sinistris Regie Cels.

Illma dn̄a Bona, Regina Polonie in Corona sua.

Casimirus. Dux Theschnensis.

Ambrosius Scharkani, Orator Regis Hungarię.
Dn̄s Prosper Colonensis Romanus.
Anna Dux Masouię vidua, cum Anna filia virgine.
Stanislaus Ep̄us Olomuncen̄.
Joannes Ep̄us Wratislauien̄.
Joannes de Schonberg, Orat. dn̄i Ducis Georgii Mis Inen.

E regione horum.
Stanislaus Dux Masouię natu maior.
Constantinus Dux Ostrogen̄. Rutenus.
Wladislaus Dux Theschnen̄ Junior.
Joānes Dux Masouię Junior, Bertholdus Comes, de Hennenberg. Vdalricus Comes de Glatz, et Hardek. Hij omnes in Regia Mensa Conuiuę fuere.

Apud primam vero Mensam, quę à Regię Mensę dextra erat, sedebant. In medio. Rx̄mus dn̄s Archiep̄us Gnesnensis. Archiep̄us Leopolien̄, Plocen̄, Posnaniensis, Episcopi

Ad sinistram.
Magcus Spithko de Jaroslaw. Castellanus Craccouiensis. Reueren̄. Wladislauien̄. Premislien̄. et Colmen̄, Episcopi.

Ad Secundam vero Mensam, à dextris Regis, cōsedebāt Oratores. Rx̄mi Ep̄i Vacien̄, Dn̄i Moysi Hūgari, Eberhardus Ferber, Consul Gdanen̄. Hieronymus Hornig Capitaneus, Achacius Hanolt Cōsul, et Hēricus Philocalos Syndicus Wratislauien̄.

Ad unicam vero Mensam, quę à sinistris Regię erat, sederũt. Reveren dñi Cardinalis Strigonień Oratores. Alexius Thurso, Rmi Quinq Ecclesiensis Orator. Hieronymus Balbus, Palatini Regni Hũgarię Orator. Et tres Oratores dnę Ducis de Trentzino, Hic vero servatus est ordo in Regio Convivio, Cui prefuerunt Magci, Joannes Zaremba, Palatinus Calissień, Lucas de Gorca Castellanus Posnanień, et Marscalci, Regni, Regięq Curię, Verum, de ferculorum copia, coquinarioq artificio, nihil inserere placuit, ne forte ijs, qui nõ viderunt, metam excedere viderer, Illos vero, qui tunc presentes fuere, tedio afficerem. Non em̃ facile crediderim aliquem addubitare posse, huic Regio Convivio, quominus splendidum delicatumq esset, quicq defuisse.

Finito tandem prandio, quod in quintam horam duravit, levatis dapibus, poculisq, et id genus, surrexerunt ij, qui munera attulerant, Quibus ordinatis, omnium primus Brandenburgensis Marchio intravit. Cæsareęq Celsitudinis nomine, Sermę Reginę Polonię Saphyrum in aurea Cathena pendulum, pauco auro ligatum, sed profecto ęstimandę quãtitatis, et precij non vulgaris, donavit. Verba huius muneris Cuspinians Urbis Viennensis Prefectus, Ill dñi Marchiõis Collega, dixit. Deinde Ill Marchio suo ipsius nomine, Monile aureum lapidibus redimitum donavit. Postea Regis Hungarię Oratores, munera sua dederunt, 24 argentea vasa et pocula, medietatem alteram Regię Cels. alia vero medietatem Rcli Mti donaverũt. Istos secuti sunt Rmi Cardinalis Strigonień Oratores, Quinq ecclesień, Vacień, Epõrũ Oratores. Ill dnę Ducis de Trentzin, Palatini Regni Hũgarię, dñi Moysi.

Graccovien Senatus, Gdanen, Wratislavienque Oratores. Omes isti munera Regi, Reginęque dederūt, vasa, poculaque argentea, et sumptu, et artificio digna. Singuli eciam, cum munera offerebant, pauculis verbis Regi, ac Reginę congratulantes, cōmendatione facta, in sua rediere loca. Datis itaque muneribus, Soleque se flectente, hospites sunt dimissi, Eo namque die, à Choreis ducēdis, propter Sacram Reginę vnctionem, studiose abstinuerūt.

Postero vero die 19 Aprilis, facto prandio in Aula secūda, quę quam Regia et splendida sit, quia omnibus intrandi, prę sertim hospitibus, data est licencia, facile cognosci potuit. Et quoniam hic me locus admonet, ædificiorum, silencio prę terire minime liceret, tanti Regis industriam, qui vel in hoc omnium maiorum suorum superavit famá. Nam et si per hos annos vndecim, quibus foeliciter Regni Polonię Sceptra tenuit, gravissimis semper bellis sit fatigatus, nunquam tamē eius Celsitudini animus defuit, quin cuperet Reipublicę benefacere, ac ea ipsa beneficia perpetuę tradere memorię. Arcem igitur hanc, novis coepit ędificiis decorare. per decennium integrum incredibili sumptu, duo Palacia ex fundamentis extruxit, singulari et propria industria, vt nescias, an plus Regiam Magciam in artifice, an artificiosum ingenium in Rege, mirari debeas, Subtus namque terram, cellas Vinarias locavit, deinde in plano testudines, quos Itali Voltas appellāt, posuit, variis officiis rectissime accomodatas. Prę sertim vbi Regius servatur Thesaurus, illiusque sunt locati Custodes. Penes has magno Procuratori Grac, qui Regię Mensę praediis pręest, Hec ad faciem, pulchro ex altis

columnis lapideis cinguntur voltato ambitu, Ex quo per primos gradus itur in Aulam, ex ea vero in Aestuarium, in quo Regium erat Conuiuium (et ad alias habitationes,) Preterea in ambitum secundũ, deinde post secundos à terra gradus, Regia Domus, atq; Reginale Palacium, mansiones septem, singule speciali forma, Italico more, rosis deauratis, vndiq; desuper sparsis decorate. Terciusq; ambitus est, columnis altis eleuatisq; munitus, aureis quoq; rosis decoratus, ita ambe domus, medietatem Arcis habent, simul cum Coquinarijs officinis, que singulari industria, ex fundamentis quoq; erecta, omniaq; ~~facile~~ feliciter Regia Cels. imperante, hoc ordine sunt extructa, nec iam deest omnium rerũ copia, ad reliquas duas partes perficiendas, vt in quadrangularem formam totam redigere possit Arcem, Quo opere cõpleto, ingenue affirmare ausim, nusq; Regia structura huic esse simile.

Sed iam ad Conuiuium redeundum est, in Aulam scilicet secundam, id est, quartum ex fundamẽtis locum, vbi Regia Cels. cum Regina et Principibus, iam conuenerant, Hac in Aula Choree ducte Imprimis per Rlem Mtem, et Nobilem puellulam, more suo Italico, Deinde Kazimirus Marchio, et Anna virgo Dux Masouie, Brzetislaus de Schwihaw, et Vicedn̄s Austrie, duxerunt Germanico et nr̄o more. Post hos Silesie et Masouie Duces, alijq; pro dignitate, Sicq; replicatis et alternatis vicibus, nunc Italico, nunc nr̄o more, Choree ducte, dies absumptus est.

Iamq; hora aduenerat, qua Regina virgo clarissima ac Illma, Regijs

Thalamis adduceda erat, tum Marescalci, et harum reru Prefecti, removerunt eos, qui ad Cubile Regium obstabant. Mox Regia Cels^{do} precedentibus et seguetibus Principibus incedebat, Cuius Cel. Regina Marchione, et Prospero Jll. Ducibus comitata, secuta est. Postremo sunt vocati Italici Nobiles, et Germani hospites, et ad Regium Cubile ducti, Vbi cum ventum esset, no parua coepit omnes admiratio, Nam preter id, q delicatissime extructum esset, aureisq rosis desuper tectum, pictorum artificio vndiq decoratum, Vltro eciam veluto, auro burcato riczo (optime iunctis coloribus, singulariter Regia industria parietibus iuncto, ne digitto quidem locus esset vacuus, plus mille quadringetis vlnis (vt appellaus) splendore excellenti, affixum erat, eo quoq ordine Aestuarium Rlis Mtis instructum fuit. Terra vero, seu pauimetum lapide griseo admodu plano factum, ne tamen excitati pulueres, aliquid turbatiois adferrent, terra panno rubeo vndiq strata fuit. Tum Rex dextram occupans, Regio splendore, lecto insedit parato, ad cuius sinistram Regina consedit. Caeterum scamnis positis, Principes quoq circumsederunt. Portate sunt deinde, varij generis confectiones, omnisq generis vina, quibus sumptis, atq paucis hincinde incideter factis, ad laeticiam pertinentibus verbis, aliquantulumq saciati Mtis huius splendore, domum sunt omnes dimissi.

Postero vero die 20 Aprilis, cu Solis iubar emicuisset, et astra, et virencia queq visa sunt, faustiss. congratulari Matrimonio,

Rexq; iam, vocatis his, qui è Secretioribus sunt, statuis set charma hanc nouam Coniugem de more donare, hęc quę annotaui, per Magnificum Nicolaum de Schidlowiecz, Regni Polonię Thesaurarium, munera summisit,

Torques prima.

Viginti quinq; Adamantibus Magnis acutis, mundissimisq; et duodeci rotundis Rubinis, Margaritisq; magnis, nonaginta sex, Saphirum infrapendulum in auro ligatum magnum, vnoq; Rubino magno sibi iuncto, circum quinq; Margaritis magnis albisq; affixis.

Torques Secūda.

Sex in locis, semper quatuor adamanti plani, quintus ex medio acutus eleuatus, idest numero 30. Smaragdi quatuor, Rubini duo optimi. Margaritę fixę 33. pendulę 11. infra ex Adamātibus, pendula rosa magna, tabula desuper ex Rubino, et infra magna pendula margarita.

Torques tercia.

Ex auro purissimo lata, lilium forma, fixis intra magnis, albissimisq; Margaritis, triginta vna.

Torques quarta.

Erant Margaritę centum rotundę, magnę albissimęq; pendula infra Crux, quinq; nitidissimis Adamantinis tabulis tribus connexis adiunctis Margaritis.

Monile primum.

Magnus Saphirus mundus. Adamanti duo alti, non tamē acuti,

Tabule Adamantine due, Margarithe sex magne.

Monile secundum.

Saphirus valde magnus perforatus, Rubinus magnus, quem Palas vocant, Rosa ex Adamantibus, Margarite tres magne.

Monile tercium.

Liga seu stringa Smaragdo, magno puroq. Rubino vno rotundo, tabula Adamantina, vna magna Margarita. Annulus aureus cum tabula Rubini magni colorisq. optimi.

Ad quatuor vestes Campi auri, non fac te.

Vestis prima tota aurea triplicato auro, quod Itali appellant Campo doro rizo alto pas so.

Vestis secunda, duplicato auro rizato altropazo, in veluto virido,
Vestis tercia, de veluto cher. auro triplicato, optima.
Vestis quarta Rasum viridis auro tirato pulcherrimi.

Hoc munus Regine dignum per Regni Thesaurararium missum. Cuius aestimatio, meum fugit ingenium. Verum hoc citra adulatione scribere no dubitauerim, Principis non exigui esse thesaurum, Hijs factis, Introitus ad templum paratur, qui modo prescripto diei 18, Mensis huius, seruatus est, Sacra eo die Laurencius Midzile-tius, Vilnensis Prepositus, Prothonotarius, et ad Regem Polonie Sedis Aplice Nuncius dixit, primumq. hac die, Deo reddidit Sacrificium, et sempiterno patri filium, hostiam obtulit immaculatam. Pontificie date sunt ibi presentibus indulgencie.

Terminatis diuinis, ad Arcem venerunt, et Prandium incoeptū est. Solo foeminco sexu Conuiuium hoc dicatum, Quo splendore id factum sit, vel ex primo cognosci poterit, q nemo velit, actam beneq partam gloriam, postrema denigrare negligencia.

Facto prandio, qui Sociali hastiludio parati, venerūt, quorū octo duntaxat fuere, Verum quia ex hospitibus nemo aderat, domestici sponte forte familiarius rem gessere. Moramicius hac die Victor euasit, postero die Illris Cazimirus Marchio cum suis, duntaxat met quartus, nouum hastiludij genus egerunt. Nouum dico, quia ante in Regno nō communiter vsitatum, vt puta à capite ad pedes vsq Cathephractati, equorum sacci, quo pectus muniunt, vsu communi multo minores fuerūt, Princeps ipse Comes de Hennenberg, duoq alij ex nobilibus, quid fecerint hij, eorum est indicare, qui fuerunt presentes, Vix tamen cognosci poterat, quis dnus vel seruus, id est, nullum illis dignitatis discrimen, vt enim qsq potuit, ita alium veloci cursu, auidissimoq impetu disiecit, vel ipse inuersus corruit, Hac die (non quia Princeps esset) Marchioni, meritò, tanq optimo militi palma cessit, Sertam monili decoratum Anna virgo Dux Mazouie, illi misit, quoniam hanc miliciam, virtutibus illius Marchio dedicauerat. Eo quoq die Dux Constantinus et dn̄s Hilintza, Capitaneus Brzesteñ, Regi munera dederunt, Similiter dn̄s Joannes de Schonberg Orator Ducis Georgij Misnensis, Duxq Fredericus Legniceñ, Rxli Mti, miserunt Monilia aurea, lapidibus preciosis redimita. Sed et Rxmus dn̄s

Cardinalis Aestensis, et Ill Prosper Colum, Regie Celsi, equorũ ornamẽta, et id genus, cum preciosa, tum pulcherrima donauerũt, Preterea dñs Leo, Capitaneus generalis Bohemie Illustris, cum filio ex Bohemia, venit ad Regem, qui Regia humanitate benignissime acceptus et obseruatus est,

Vigesima aũt secunda huius Mensis, mane iuxta vim contractus in rebus priuatis dispositum est, quibus bene humaniterq factis, thesaurarius et cœteri, qui his rebus prefuerũt, mundum muliebrem, foemineamq supellectilem, non tam monstrantes dederunt, q mirari videntes fecerũt, Nam viginti deauratas, de quibus supra diximus cistas singulas repletas singulatim exhibuerũt, De quarum rerum sumptu, precio, et Regio nitore, et si quid satis scribere placeret, consulcius tamẽ mis Ja faciam, ne longior atq idem fastidiosior siem. Nam qd scripturus sum, in hac presertim temporis angustia, cum biduo nec integre videre, nec satis mirari diligenter adhibitus, potuerim. Tacendum itaq mihi, ac potius nihil, q ieiune arrideq nõ scribere, sed rem carpere consultum videtur. Hoc vnum non erit alienum affirmare, hunc mundum muliebrem adeo esse celebrem, vt non crediderim in hominum natura esse, qui vnq viderit parentem piyssimam, clarmam Natam ita expedire, frustra certe mihi splendorem rerũ, maximis sumptibus comparatum, artificiyq scienciam, aut eciam omnis generis copiam quisq obyciet, cum hic copia fuerit copiosissima, nitor sumptusq haud facile creditu, ita vt nescias an artificiy aut valoris gracia rẽm possis mirari. tot ẽm (a capite incipiendum est)

scuphe, mitreq; tubalia, camisie, indusia, linteamina, coopercure, va-
rieq; papiliones seu tentoria, lectorum ornameta, facileta, aliaq; id
genus, ex tela Flandrensia Cambray subtilissima. Preterea serico,
atq; auro texto, et vt numerum et sumptum mirari sit neces se.
Illud fastidiosum, istud profecto impossibile est, auro demiq; omnia
repleta sunt, vt vix vnq; res ditiores sint vise. Vestes preterea
viginti septem, cæteris preciosiores, quaru alia, die Coronatiois eius
Mtas fuit induta, raso turcino, desuper bracteato auro, decorata,
vt ecia dis facta, multa Ducatorum millia valeat. Alia quoq;
eius generis, alterius tamen coloris, et ita singule sumptuosissime
facte sunt, Deinde Camere, vt vocant, ex auro burcato ritzo bru-
naticoq; veluto, pauculo mixto, incredibilis magnitudinis. Item ta-
peta imaginibus laborata artificio singulari. Tapeta item ex Turcia
vehi solita. Deinde capitis ornameta, vt pireta, et scuffe, hisq; similia,
non tame ita instructa, vt oculos duntaxat replere videantur, sed
vt perpetuam quoq; habeant vtilitatem, nam ex auro purissimo
sunt singula artificiose decorata, multa fuerut miranda, vnum tame
non satis laudandum scilicet capitis quoddam ornametum, adamatibus
acutissimis quatuor, quinto vero eleuato cordis in modum, non tame
acuto, et totidem rubinis, septuaginta Margaritis, ita singulis puris-
simis, vt possibile non est in ea magnitudine quicq; precellere. Hic
tandem cinguli aurei multi, varia vascula aurea, pater noster, vt
appellant, taceo de rebus ad odorem seruadum preciosissimis, Speculis
atq; cæteris rebus, que non fuco sed auro facta sunt. Preterea collis

pulcherrima, ornamenta, varia et preciosa erat. Sed frustra his incũ-
bo, dum ẽm diligenter inquirere vellem, amplius altiusq repetere esset
necesse. Quod profecto facerem, nisi me ipsum intelligerem, vix me
licuisse videre singula, minus igitur curiose referre oportebit, Aba-
cus argenteus poculis et vasis varij gñis, itineri accommodatus, tante
Regine dignus datus est. Vbi cupe item due pulcher. à Viennen.
Senat. Regine donate, ostense sunt. Decem eciã equorũ ornamẽta,
supra q̃ dici potest Italico more, pulchra ac sumptuosa, cum eqs qnq
(reliquis in itinere mortuis) Regie Cels. dederũt, At humanitatẽ
omnium, que reliqua vincit, non immerito mirari oportebat, Sed de
his parcius, q̃ re ipsa sunt, plus tamẽ q̃ decet scripsisse forte iuua-
bit.

Redeundum est ad hastiludium, quod facto prandio, nobili iuuentuti
indictum erat, Militare hoc exercicium Marchio cum suis nõ neglexit,
quod strenueq actum, nox tandem diremit, Hac die Marchio, nõ modo
Principem sed militem quoq fortissimum gessit, Cui et hac vice
Mazouie Dux, serto misso, decorauit miliciam. Interfuerunt iterũ
octo, nonus ẽm impar statim se cõtinuit, simili ludo Patricij Regni
primi 23. idest sexte ferie diem absumpserunt,

Vigesima quinta Aprilis, die Solis, facto prandio, ad Aulam superiorẽ,
quà ad Cubile Regium itur, ventum, aliquantulum choreis ductis, nũc
Italico, nunc Germanico, nunc Ruthenico more, replicatis vicibus, quo
in loco et Regia, et Rlis Mtes consedebant, reliquo ordine pristino

seruato. Cæterũ Regina, Regias natas, suo more pulchrè instruxerat, toto hoc tempore natu maiorem amplexans, ad latus singularis clemencie, charitatisq indicio, parentis quasi pijssime vices agendo, continebat. Tandem serta aurea, monilibus decorata, portari iussa sunt, sex. Primum Duci Masouie, deinde singulis virginibus, singula data. Gracie ita habite sunt militibus, primo omnium Marchioi, et nõ immerito, quia ob partam gloriam, id iure à cunctis, illi, cõcordi ore, tribuebatur. Datum est monile optimum aurea liga cũ desuper corona, tabulis rubinis septem, item rotundis rubinis 12. Margaritis 11. medio aũt tres Adamantine Rose in vnius cuiusq medio Rubinulus acutus, infra in medio Saphirus pulcher, à latere per tres rubinos rotundos, fines lige, qui infra penduli per Rubini et Adamanti tabulas, vnamq Margaritam cincti.

Comiti de Hennenberg, secundo loco acte sunt gracie, atq sertum cũ monili datum, Saphiro, 3. rosis de rubinis, 6. tabule adamatine, coronã desuper 17. rubinis, 3 adamant, tabulis, 4. margaritis, penduli fines per duas Rubini, vnamq Adamanti tabulas, vnam et margaritam condecorati.

Tercio loto acte sunt gracie, Joanni Tharlo, strenuo militi Polono Quarto loco Conrado Petzinger, ex Nobilibus Marchionis. Quinto loco Hieronymo Schaffranitz, et Sexto Morauicz. Hijs omnibus aurea serta, et monilia sunt data, que longum specifice essent recensenda.

MArchio et Comes de Hennenberg primi Choream duxerunt, Deinde quatuor alij, alijque replicatis vicibus, Tandem hec leticia terminata, atque sole iam se inclinante Principes ad hospicia sunt dimissi.

Altera vero die, que Conuentionis iam duodecima fuit, absoluti sunt Oratores Rmi dni Cardinalis Strigonien tres, Rmi dni Epi Quinqueeclesien vnus, Ill dne Ducis de Trantzin, dni Moysi, Rmi Epi Vacien, dni Wratislauien. Hij omnes à Regia Mte veluto razo, vel adamasco, pellicijsque mardurinis donati, salutato et valedicto Rege recesserunt. Postridie 27. et sequenti 28 Aprilis, valedicto Rege expediti sunt, Rmi dni Olomuncen et Wratislavien Epi, quos Mtas Regia, veluto rasoque Chermesino, pellibus sebellinis, et poculis argenteis, binisque pellicijs Mardurinis donatos dimisit, Rmoque Olomuncen Epo, annulum cum Saphiro à manu propria direxit,

Cazimirus pater, Wladislaus filius Duces Theschnen, et Ambrosius Scharkani Collega, Oratores Regis Hungarie, vestibus aureis, sebellinis pellibus, poculis argenteis, veluto atque adamasco, pellicijsque mardurinis donati, quoque sunt dimissi. Ducis eciam Kazimiri Nobilibus dnis Hinneck Bruntalski, Bernhardo Swolski, Joanni Sczolo Cancellario, Joanni Szedliczki, amcha sericeas ex raso vestes donauit.

Fredericus Legnicen, Georgius Bregen, Karolus Monsterbergen, Duces, 26 Aprilis, muneribus à Rege razo auro tirato pulcherrimis vestibus sebellinis pellibus, poculis argenteis, pellicijs marduris, donati recesserunt.

Item Doctor de Glogouia, serica veste donatus est, Comiti de Glatz et Hardek, vestis aurea pelliciaque donatę.

Dominus Leo, Capitaneus Bohemię, cum filio, qui postridie post coronationem venerat veste aurea, pellibus sebellinis, poculo argenteo, pellicijs et antherijs à Rege quoque donatus domum reuersus est.

Filius dni Leonis, veste aurea pulchra donatus.

Dn̄s de Sternberg. Cancellarius Bohemię, veste aurea, pellibus sebellinis, poculo argenteo, pellicijs Mardurinis, Antherijsque donatus secessit.

Nobiles apud Maiestatem suam, Oleschnitzki veste aurea, Doctores Rudolphus et Venceslaus, et Marschalcus, sericeis vestibus donati sunt.

Vigesima nona Mensis Aprilis, is die post ingressum, Cæsareani quoque honorificè, auditi et absoluti prius, donati.

Marchio veste preciosa aurea ritzata, poculis deauratis, pellibus sebellinis opt. altopasso chero, armelinis pellibus, pellicia mar, antherijsque donatus. Comiti de Hennenberg, vestis aurea, pelles sebellinę, pelliciumque donatum.

Dn̄o de Swihaw, Joanni Moraxio, Laurencio Saurer, Doctori Joani Cuspiniano, his per vestes aureas, pelles sebellinas, poculum argēteū, pellicium, antheriumque vniformiter donauit.

Nobilibus vero Marchionis, dn̄o de Lichtenstein Australi, Grintzger

Marscalco, Joanni Truchses, Osualdo Schex, Bartholomæo Vexen:
steiner, vestes ex veluto datę. Christoforo Volfmerhauser, Mauricio
Schirdinger, Conrado Betzinger. Stefano Birkenfelser, Christoforo
de Vissenthaw, Joanni de Seckendorf, Doctori Medicinę, his omnibus
vestes sericeę, ex Raso, seu Adamasco datę. Preterea filio Cuspi:
ani, facundo doctoq; ætate tamen puero, fratri illius Nicolao Cus:
piniano, Vulfersdorfer, rerum dñi vicedñi Gubernatori Carolo
Regio hospiti Viennensi, his vestes sericę ex adamasco donatę, Qua:
tuor Citharedę, à Reginula Hũgarię missi, vestibus et pecunijs
donati.

Rmus Cardinalis Estensis, eo quoq; die expeditus, et Regia libe:
ralitate donatus, pellibus sabellinis optimis, poculis argenteis deauratis,
pellicia pantherina, pellibus armellinis.

Dñs Prosper Colonna, poculis argenteis octo pulcherrimis, artificioq;
singulariter fabrefactis (uti reuera omnes fuere Regijs insignijs
desuper positis, ad hoc ordinata, quę et supra scriptis donata fuere)
totidem quadragenis sebellinorum, pellibus armelinis, pellicea panthe:
rina, milleq; Hungár aureis, fuit donatus.

CVRIA Reginalis Mtis, Hi quorum supra fecimus mentionẽ,
dempto forte uno, id est Secretario, qui non redijt in Italiã, Omnium
tamen personarũ numerus, qui sunt numerati, duodecim, his partim
pelles sebellinę, et velutum cum pellicijs, partim velutum et pelliciũ

datum, aurei tamen aliquibus additi, sicuti Staffierys, seu pedisSequis.

Curia Illᵐⁱ dni Prosperi, quorum eciam nomina supra posui, hic forte repetere non videtur esse necessarium. Personis quindecim munera data, per velutum, Adamascum, et Pellicium, Maiori domus, pelles sabellinę additę, 100que aurei hungar. Quatuor Staffieri aureis que donati.

Hi omnes expediti 30 die Aprilis, iter versus Hungariam, cū Cardinali acceperunt.

Rennel, Nuncius Regis Hungarię, veluto quoque et raso Chermesino, donatus est.

Andreas Drepka Polonus, ex Curia Regis Hungarię, veste aurea donatus.

Botian egregius miles Hungarię, veste aurea donatus.

Hieronymus Balbus, Orator Palatini Hungarię, veste ex veluto, alia raso, pellicysque donatus.

Joannes de Schonberg, Orator Ducis Mißnen, veste aurea, pellicęoque donatus.

Orator dni Archiepi Colocen Hungar, Is eciam aliquot diebus post Coronationem venerat, portauitque munera Regi, hunc eciam veluto pro vesto, raso alia, et pellitio donauit.

Dn̄s Vilhelmus Cuna Morauus, ex veluto veste donatus est.

Anna Dux Masouię vidua, vestibus ex veluto, raso atque Adamasco donata. Anna filia, Dux Masouię, veste aurea Altopasso optimo, alboque raso donata.

Stanislaus et Joannes Duces Masouię ex burcato auro vestibus donati.
Eberhardus Ferber, Consul Gdanen, veluto adamascoq; donatus est.
Nuncius Palatini Valachię quoq; muneratus et dimissus est.

Hoc ordine expeditis, donatisq; Regia liberalitate omnibus, ultima Aprilis iam maior hospitum pars recessit. Cæsareani vero Viennam versus iter habuere. Cuius aut precij, vel æstimationis hic Regius Splendor fuerit, aliorū sit iudicium, Mihi tamen minime licet, etsi cæteris forte maior sit cognitio, omnibus eñ quorum feci mentionem, victualia per totum id tempus, magna omnium rerum copia, data sunt, ut facile crediderim, bono ordine hoc Conuiuium, atq; omnium rerum copia, omne unq; habitum exuperare splendorem, cum q; sumptuosissimū, tum ecia multis diebus protractum, nec tamen quispiam, nisi postulans, fuit dimissus. Preterea tot egregia munera singulis data.

Cæterum, quod certissimum fortunati Principis est indiciū, inter tot Nationes, populosq;, ubi fuere Itali, Germani, Hungari, Bohemi, Poloni, Lithuani, Ruteni, Valachi, Tartari, et id genus hominū, haud dubio, moribus sibi contrarium, nullę tamen vel minime dissensioēs seu altercationes factę, haud secus, q; si singuli singulis fratres essent, vixere. Vigilans eciam Crac Senatus, custodia in Pretorio, alijsq; locis, diu noctuq;, Regio iussu seruata, Omne periculum (si quod imminuisset) cauere, preuenireq; studuit. Hoc eciam nō minus videtur foelix auspicium, q; existentibus his Regijs epulis, quo Deus opt. max. Regi videretur gratificari, coelum ab omni pluuia continuit, fulgentem tribuit Solem, tempus non modo amoenum, verum ecia foelicissimū

tribuit, vt et interim (territi forte Dei potencia) et infideles à Regno abstinuerint, Moscho duntaxat excepto, qui dum apud Wielki Luczki nrós inuadere studet, suorum cladem (exusta Vrbe, Prefecto atque cæteris abactis) accepit. Huic fortuna accedit, quod cum iam finis foelix omnium aduenit rerum, pius Jupiter, lenta pluuia (exeuntibus tamen hospitibus, vt saltem pulueres comprimeret, quominus aliquid hoc in Regno illis molestiæ contingeret) terram conspersit.

Verum Magnifica Venetorum Respublica, quæ nuper in Regiæ transitu non parum se in illius venerationem accinxerat, Cum autem marini fluctus Mtis suæ iter alio deflexerût, ne tamen eius cogratulatio foelicissimo Connubio deesset, Principis et Senatus decreto, Magcus Aloisius Bon Patritius, vltro in Poloniam Orator missus est, qui 13. Maij, terminatis iam rebus omnibus Crac venit postridie et apud Regem, et à Regina auditus, luculentissima et facūda oratione Senatus, populique Veneti, animū et congratulationem declarauit, Reliquae Mti munere dato, honorifice ipse habitus, deinde 22 Maij muneratus à Rege dimissus est. Dimissis itaque hospitibus, tandem de rebus Regni consultum atque prouisum est.

Perueni ad Diarij huius finem, vtinam nō tam ieiuna Oratiōe id fecissem, Verum partim me tempus, atque negocia excusant, partim eciam quod id, quod cōmune esse debet, communi est stylo scribendū In hoc tamē non sine gloria me putabo, quod ipsam planam veritatem arridis quidem his verbis describens, nulla sum prorsus adulatione vsus.

Si quid parum (quod humanum est) erratum alicui videtur, ipse pie corrigere dignetur. Hoc vnum mihi à Deo opt. max. exorandū venit, vt hunc Regem, Reginamq; hanc nouam, sanos, incolumesq; foelices conseruare, pulchraq; prole Parentes facere dignetur, Quibus hoc Regnum foeliciter diuq;, virtutibus armisq; protegatur, ijs quoq; Ducibus Christiana Respublica aucta crescat.

Sententia Regis Sigismundi inter Stanislaum et Janussium Duces Masoviae: et inter Nobiles eis subiectos

Sigismundus etc. Manifestum facimus per presentes vniuersis. Quia cum in Ducatu Masouie discordia intestina, et graues motus, ratione sui regiminis essent excitati, qui illic per publicos conuentus, et crebras Legationes nostras, nullo modo sisti, et componi potuerunt, Existentibusque in foelicissimis Nuptiis nostris, tam Illustribus dominis Ducibus, Stanislao et Janussio, vna cum Illustri domina Anna Duce, Matre sua, quam Nunctiis communitatis ipsius Ducatus Masouie, curauimus pro offitio et potestate Superioritatis nostre, rei tam indigne et pernitiose, debito modo prouidere, auditisque diligenter partibus vtrisque ac earum causis, et rationibus cum Consiliariis Regni nostri Status vtriusque, matura discussis, talem tulimus, et presentibus fecimus Sententiam. Quod Illustres domini Duces, Stanislaus et Janussius, cum alter, vel vterque eorum sit in ætate legittima constitutus, idque Subditi ipsorum exposcent, soli imperent et gubernent Ducatum et Subditos suos, nulla alia persona secum in participationem dominii et Imperii sui admissa. Quod Conuentus generalis in terris Mazouie, qui pro feria secunda proxima post Octauas Corporis Christi fuerat, per Magnificum Andream de Nyszige, Palatinum Plocensem denunctiatus, ad postulationem dominorum Ducum, statuatur. Quod

pclametur, ad festum sanctorum Apostolorum, Petri et Pauli proximum. Ad quem omnes Consiliarii, Offitiales, et Nobiles, ac reliqui Status, Ducatus Masoviæ conveniant, consulturi de bono statu dnorum Ducum suorum, et Reipublicæ Ducatus Masoviæ eorum, Utqz in eodem Conventu, ipsi dnii Duces, absolvant omnes subditos suos à Juramentis insuetis, per eos præstitis, Sigillaqz suum, et Matris suæ Illustris dnæ Annæ, nomen et titulum continentia, frangi, et lras sub illis datas, aboleri faciant. Quequidem Jurameta, sigilla, et lras, nos, quantum in nobis est, cassamus, et in irritum vertimus, Q Dna Dux, ob conceptum, in nonnullos subditos Ducatus Masoviæ, animi rancorem, non adsit in eodem Conventu, sed in aliquo alio loco sit, et maneat cum filiabus suis, quo is ipse Conventus, debito modo, et sine ullo impedimento, transigi possit, Utqz in eodem Conventu tractetur, cognoscatur, et diffiniatur, de iniuriis subditorum Ducatus Mazoviæ, et pariter consulatur, qui Consiliarii adhiberi debeant dnis Ducibus, qui continue cum illis maneant, et quorum Consiliis ipsi utantur, suumqz administrent Dominium. Et qualiter Status, eorundem dnorum Ducum, et Sororum ipsorum dirigi, et conservari debeat. Q Conventus decretum generalis erat, de Statu Ducatus Masoviæ, ad debitam tranquillitatem, et quietem reducendo, communi consilio, Consiliariorum et Nunctiorum Communitatis Nobilium Regni mei, factum. Et quod in Ducatu Masoviæ est per præfatum Magcum Palatinum Plocen, denunctiatum et publicatum,

in omnibus obseruetur, ac in robore suo permaneat.
Q dni Duces prohibeant induci ad terras Mgri Prussie,
de Ducatu suo merces, et res quascumqz venales, tunc, cum
id, per lras nras, vniuersis subditis nris inhibuerimus.
Qqz eciam ydem dni Duces, prohibeant vti subditos suos
Sale peregrino et externo, sed vt Sale nro illos vti compel-
lant. Oratores vero nros, quociens illos ad eos miseri-
mus, honeste deinceps excipiant, et ita vt decet, ac prout
eorum Predecessores faciebant, tractent, et honorent.
Q Subditi Ducatus Mazouie, obedienter, et cum omni fide
se gerant, erga dnos Duces, vt decet fideles subditos erga
Dnos et Heredes suos. Erga dnam eciam Ducem, ita se
gerant, vt erga Matrem Dominorum suorum, eamqz hono-
rent, et nihil contra eam dicere inhoneste, aut moliri au-
deant. Ipsi eciam dni Duces, gratia et fauore suo, subdi-
tos suos vniuersos prosequantur, et id, quod nonnulli eo-
rum fecerunt, venientes ad Curiam Makow, Conuentus
absqz illorum voluntate faciendo, lrasqz ad officiales, et Sub-
ditos illorum scribendo, atqz alia id genus, cum ea, vt ipsi di-
cebant, bono animo fecerint, pro bono Statu ipsorum Domi-
norum suorum Ducum, se opponentes et consulentes, ipsis in-
dulgeant et condonent. Et similiter dna Dux, indulgeat,
et remittat, nec amplius ea in animum suum contra illos
reuocent, Presertim cum prius in Conuentu Varschemiensi.
omnia predicta illis remiserint, tam ipsi dni Duces, qz
dna Dux, in presentia Oratorum nrorum, eosqz in graciam

sua susceperint, Et Saluus Conductus meus, datus Subditis Ducatus Masouie, qui pro bono Statu Dominiorum suorum se opponunt, et consulunt in omnibus punctis et clausulis, obseruetur tamdiu, quoad per speciales lras meas fuerit reuocatus, Omnia vero predicta dni Duces, cum id ex eorum re, et dignitate sit, adimpleant, et obseruent, Consiliumque et Sentenciam nram exequantur. Postremo verba, quibus culpati sunt coram nobis, nonnulli Consiliarii, Officiales, et Nobiles Ducatus Masouie, nomine Illustrium Dnorum Ducum, et dne Ducis, et que fuerunt contra illos dicta, et eis obiecta, nocere non debent bone fame, honori, et existimationi illorum, et eorum posteris, nunc et in perpetuum, Quos dicimus, et declaramus probos homines, et in honore, ac fide debita, erga Dnos suos bene conseruatos. Similiter, que vicissim ipsi, contra dnam Ducem dixerint, et questi sunt, id illius fame, et dignitati Ducali, nocere non debet, nunc, et in posterum. Que eciam iidem contra nonnullos eidem dne Duci, et dnis Ducibus adherentes, dixerunt, id similiter illorum honori, bone fame, et existimationi, ac eorum posterorum, nocere non debent, nunc et in perpetuum. Qui tamen de his, in quibus per alteram partem, accusati sunt, Iure suo respondebunt. In cuius rei testimonium etc. Datum Cracouie feria sexta proxima ante festum sancte Zophie. Anno dni Millesimo quingentesimo decimo octauo, Regni mei, anno duodecimo.

Sig. i Rex. P

Stanislao Janussio Ducibus Masoviae

Illres dni, Sincere nobis dilecti, Non licuit nobis obaudire preces, et querelas gravissimas, Subditorum vrarum Illtum, quin ex offitio nro, et pro meliori bono illarum, his motibq et perturbationi tocius Ducatus vestri consuleremus, De consilio itaqz, et intercessione omnium Consiliariorum nostrorum, hortamur vras Illtes, vt Conventum Generalem Ducatus illarum, pro feria quarta proxima, ante Dominicam Palmarum indicant, Ad quem, vnum ex Consiliariis nris mittemus, ad referendum vris Illtibus, Sententiam nostram, et omnes differentias sistendum. Salvum Conductum eciam ipsis Subditis vrarum Illtum dedimus, vt quod aequm est, securi esse possent. vbiqz à vi et hostilitate, qua se opprimi referebant. Itaqz vestre Illtes, quod nobis, et Consiliariis nris, est visum, ipse quoqz amplectantur, et exequi curent, Quoniam motus et perturbatio Status Communis Subditorum vniuscuiusqz Principis, non potest, nisi cum magno omnium, et eius esse detrimento. Bene valeant. Datum Cracovie.

Petrus Tomicius Eps Premislien. Regni Vicecancelt Stanislaus et Janussius Ducibus Mazovie

Illmi Principes, et domini colendissimi, Feci ego quidē operam meam, vt Mtas Regia suspendisset querelas subditorū vrarū Illtum, ad earum huc aduentum: Verū Mtas sua coacta ipsorū querelis valde grauibus, et instantibus Consiliariis vniuersis, fecit hoc, quod vrē Illtes, ex lris eius Mtis intelligent, et dnm Palatinū Plocensem, me certe inscio et absente, Oratorem, ad Conuentū illarū designauit.

Serma dna Regina, iam aduentat, et non longe abest, Mtas tamen Regia procurauit, vt Serenitas illius, lencius proficisceretur, quo, nisi ad Dominica secundam post festa Pasche huc aplicaret. ad quam diem statuta est Coronatio et Nupcie, Prout id literis Mtis Regie, latius vris Illbus declarabitur. Quibus me, et mea obsequia commendo, easqz foelices et incolumes esse cupio. Crac

Legatio data Andree de Nisszicz Palat° plocen data ad Stanislaum et Janussiu Duces Mazouię. Et Annam eorum matrem Duce Masou.

Fuerunt quidam Ecclesiastici, et Seculares, Illtu vrarum subditi, in Conuentu Craconiensi, iniurias, grauamina, et oppressiones diuersas, totius Masouię Ducatus Subditorum, apud Mtem Regiam, et Consiliarios sue Mtis, multis verbis exponentes, atqz à sua Mte, supplicibus verbis auxilium, defensionem, et iusticiam implorantes, quibus diligenter sua Mtas exaudititis, cum Consilio, omnium Consiliariorum suorum, euismodi querelis, de tot, et tantis iniurys, grauaminibus et oppressionibus, permota, ad Illtes vras me mittere, atqz hoc imprimis per me intimare dignata est, vt cum Illtes dni Duces, ad eam ætatem peruenerint, in qua iam nulla tutela indigere videntur, seqz ipsos regere possint, q iam Consiliarii, et omnes Subditi, ad quorum officium id videtur pertinere, insimul conuenientes Illtes vras, de more, in Sede sua propria collocent, et vt se ipsos, et subditos suos, propria authoritate Illtes vre gubernent, res suas, et subditorum suorum, authoritate sua administrando, electis per Communitatem Nobilium ex Consilio sex viris idoneis, Iuris et iustitię, aliarumqz rerum administrandarum, peritis, qui lateri vrarum Illtum semp assistant, vt eorum mediante consilio, oia recte, iuste, et lhnne administrari et gubernari possint.

Illma dna Ducissa, dna vra Illris, dignetur iam ad bona dotis

sue, cum filiabus suis se transferre, relicta possessione et tutela Ducatus Illbus filyis suis.

Item Mtas Regia, vult de consilio Consiliariorum suorum, ut vra Mtas, Illris dna Dux, communibus Sigillis, cum domis Ducibus, no utatur, et ut neqz ulla Priuilegia, neqz ulla scripta authentica, hisdem Sigillis deinceps obsignari possit. Utqz iam exnunc eis fractis, Sigilla Ducalia fiant.

Item Mtas Regia, cum Consilio totius Senatus, Conuentum generalem terris Ducatus Masouie, ad feria secunda, post octauas Corporis Christi proxima, in loco solito instituendum per vras Illtes decernit. Vestreqz Illme Dnationi, domina Ducissa, per me hunc ipsum Conuentum, notificare dignata est. Ad quem sua Mtas Consiliarios suos mittere dignabitur, ad audiendas Subditorum iniurias, et iusticiam per eos omnibus administrandam. Ut ad eundem Conuentum Illris Dnatio vra venire dignetur.

Item dnus Gregorius Obornizki, questus est apud Mtem Regia, de quadam violenta bonorum suorum inuasione ex Ducatu Masouie. Mtas Regia vult, ut ei iusticia administretur.

Item de Sale externo, ut prohibeatur usus eius, et ut per Cubicularium Mtis Regie, in Ducatu Masouie arestari possit.

Legatio a Sigismundo primo Rege Pol: ad Stanisl. et Januss. Duces Masoviae

Praemissa Salutatione dicatur. Q Mtas Regia pro officio suo, ac bono Statu Dominorum Ducum Masoviae, et eorum ipsius Ducatus. Cupiens ut tandem illic motus et dissensio intestina, quae omni Reipublicae, magnum affert detrimentum, componatur, miserit vras D. ad eum Conventum, qui per Mtem suam fuerat designatus, et per ipsos dnos Duces indictus; Ut nomine Mtis suae agerent, et operam facerent, quo iuxta decretum suum, nuper Cracoviae factum, omnia ad tranquillitatem, et bonum ordinem reducantur. Mtas enim sua Serma, tam offitio suo, quam gracia, et affectu erga dnos Duces, et eorum bonum ordinem et Statum, hortatur et consulit, quo iuxta decretum suum se gerant, et cum subditis suis de regimine et Statu suo ita consulant, et statuant, ut honestius et utilius communi consilio, visum fuerit. Nam Mtas sua, melius prospicit, et perpendit ea, quae illis profutura sunt, quam ipsimet per aetatem cognoscere adhuc valeant.

Caeterum de Inhibitionibus vehendi res, et mercimonia in terram dni Mgri Prussiae agendum, quo dni Duces tunc cum Mtas sua Regia, suis subditis inhibebit, ipsi etiam interdicant.

Deinde, quodcunque intelliget vrae D. esse ex dignitate Mtis Regiae et bono, ac tranquillo Statu dnorum Ducum Mazoviae, et eorum subditorum, id omne tractare, agere, et ad effectum deduci curabunt.

Postremo quia Prelati Ecclesiarum, et Ecclesiastice persone, quemadmodum et Nobiles immunes sunt et exempti vbique terrarum cum rebus suis, ab omnibus theloneis, agendum erit cum dominis Ducibus, et eorum Consiliariis, vt cum domino Episcopo Ploczen. demittit frumenta sua Gdanum versus, per fluuium Vistulam, ab eo et eius Factoribus, theloneum non exigatur, nec recipiatur.

Credentia a Rege Sigismundo I.

Illustribus dominis, Stanislao et Janussio Ducibus, ac Magnificis, Venerabilibus, Generosis, et Nobilibus Consiliariys, Offitialibus, ac toti Nobilitati Ducatus Masouie, in Conuentu generali Zakrocimen. congregatis. Sincere et grate nobis dilectis. Salutem et gratiam nostram Regiam. Illustres domini, ac Magnifici, Venerabiles Generosi ac Nobiles, sincere et grate nobis dilecti, Mittimus isthuc ad Conuentum vestrum Magnificos et Venerabilem, Andream de Cuthno Palatinum Rauensem, Stanislaum Osthrorog. Castellanum Calissien. et Joannem de Kora, Archidiaconum Posnaniensem, Secretarium nostrum, quibus commisimus nonnulla vobiscum, ad bonum et tranquillum Statum tam Ducalem quam Reipublice vestrum pertinentia, nostro nomine tractare et agere, quo iuxta decretum et Sententiam nostram res omnes in bono ordine et effectu debite constituerentur. Quare hortamur vos, vt illis in omnibus plenam fidem adhibeatis, Idque quod paci, et bono ordini vestro expedit, exequi et determinare curetis. Datum.

S. i. Rex. P.

Poni debuit sub finem anni 1518.

MAgce sincere nobis dilecte. Quamuis pene omnes Consiliarij terrarum Minoris Polonie censuerint Conuentum generale Cracouie statuendum: tamen refragantibus vicissim omnibus ex Maiori Polonia, affirmantibusqz conduci non posse Nuncios terrarum Cracouia, Et nolentes nos, vt propterea impedimentum aliquod fieri deberet, rebus bene consulendis, statuimus ipsum Conuentum, auspice dno Deo, Piothrcouie, ita vt tua S. clarius ex lris nris cognoscet, que propediem ad ea pferetur.

Caeterum, quod nobis de Nutrice future prolis nre scribit, nobis eadem est sententia, que Serme dne Coniugi nre, vt vzt sit Nobilis, sana, et iuuenis, Et no ambigimus, cum latum sit Regnum nostrum, talem ~~com~~reperiri posse. Itaqz postulans a tua S. vt in hac re operam faciat, quo eadem Nutrix, et cum hisce conditionibus eius Mti reperiatur, et bene valeat.

S. i. Rex. P.

Joanni Boner Burgrabio ac Zuppo Crac.

Poni debuit sub finem anni 1518.

GEnerose fidelis dilecte, Nos hic iam non paruam partem negotiorum huius Dominii nri absoluimus, operamqz facimus, vt reliqua quoqz bene et cito constituamus. Nihil aut morari hic volumus. Sed post diem festum Natalis dni hinc discedere

properabimus, et recta isthuc, auspice dño Deo, proficiscemur, Interim volumus, vt auenam coëmi facias, et alia quę necessaria esse intelligis. Factura pro gracia nrã. Datu.

Petrus Tomicius eps Premisl. Vicecancell
Joanni Bonero. Burgrabio et Zupp° Crac

GEnerose dñe, amice et fautor honoran. Sumus hic in magno tedio constituti, optamusq3, vt cito nos hinc explicare, et in Regnum reuerti possimus, Spero aut, q Mtas Regia mox post festu Natalis, aut ad summu Circumcisionis dñi, hinc discedet. Nam accelerat in expediendis, et cito absoluendis negocijs huius Conuentus, vt ad tempus puerperij Reginalis Mtis venire isthuc possit,

Ex Moschouia nihil adhuc allatu est, nec scire possumus, quid sit de pace aut Inducijs sperandum,

Mtas Regia, gratia Dei est bene sana, Commendo me vrę D. et valere illa foelicissime desydero. Datu in Brzesscie.

Sig. i. Rex Pol.

Isabelle Duci Baren. socrui.

Illma Princeps, et dna Mater nostra charma, Nunctius Illtis vestre, quem ad inuisendum nos, et Sermam Coniugem nostram, et filiam suam misit, fuit nobis acceptissimus, et plurimas illi agimus gratias, q nos tanto affectu, studio, et amore complectitur. Nihil enim nobis gratius, et quo nos sibi magis deuinciat, facere potest, Equidem nos vicissim, et amamus plurimum Illtem vram, et nihil magis cordi habemus, qz illi in rebus omnibus placere, et gratificari.

Quod ad Conceptionem Serme Coniugis nostre attinet, cum primum id cognouimus, et gratias dno Deo agimus, et nihil pretermisimus, quo eius Sertas, debito ordine et regimine, vt salua et incolumis pariat, dirigatur, nec deinceps quicqz omitteretur. Commendamus nos fraterno amori vestre Illtis. Quam sanam, sospitem, et semper foelicé esse cupimus.

S[...] Rex P[...]

Sigismundo Primo Regi Polo[niae] patrono.

Pag. 265 Ill[ustrissi]ma Princeps, et d[omi]na Mater n[ost]ra char[issi]ma, Retulit nobis iste Nuncius v[est]re Ill[ustrissimae] ea[m] gratia Dei meliuscule valere, quo magna[m] cepimus voluptatem, Nos eciam salui et incolumes ex Lithuania reuersi sumus. Eoq[ue] die, quo hic applicuimus vez[ilicet] xviij huius Mensis, Ser[enissi]ma Coniux n[ost]ra, filiam nobis, leui et incolumi partu protulit, quod solu[m] inprimis cure nobis fuit. Et licet magis ex re posteritatis n[ost]re, et Status Regni, Dominiorumq[ue] nostrorum fuisset, vt filius natus esset: tamen cum ita illi placuit, apud quem reru[m] omniu[m] est potestas, et cuius incoprehensibilia sunt iudicia, et vie inuestigabiles, nos gratissimo animo id suscepimus, quicq[ui]d nobis elargiri voluit. Sperandumq[ue], vt cu[m] de sua benignitate fecundam, et facilis partionis vxorem nobis dedit, filiu[m] eciam aliquando daturu[m].

Cæteru[m] intelleximus, non sine graui dolore n[ost]ro Cæsarea[m] M[aies]tem decessisse. Nouit e[ni]m v[est]ra Ill[ustri]tas, quanta nobis cu[m] illa beniuolencia et fr[ater]na coniunctio intercedebat. Anteq[ue] vero illius M[aies]tas e vita discessisset, in o[mn]ibus Nunciu[m] n[ost]r[u]m, quem ad Regem Catholicu[m], in negotio v[est]re Ill[ustrita]tis misimus, quantu[m] expediebat, absoluit. Is propediem ia[m], vt nobis sc[ri]psit, apud ipsu[m] d[omi]n[u]m Rege[m] Catholicu[m] constituetur. Et no[n] dubitans vtcu[n]q[ue] defuncta Cæsarea M[aies]te, illu[m], vti necessariu[m] n[ost]r[u]m nobis gratificaturu[m]. Co[m]mendans nos M[ate]rno amori v[est]re Ill[ustrita]tis, Qua[m] d[omi]n[u]s Deus nobis diutissime seruet sospitem et incolumem.

Ludouicus Vngarie et Bohemie Rex Sigismundo primo Regi Polo^e. patruo.

Ser^me Princeps etc. Scribit nobis M^tas v^ra, egro se animo tulisse in causa Ill^ris Cazimiri Ducis Thesschinen, aduersus Ducem Ratiborien, diem per nos dictum fuisse, non habita ratione petitionis M^tis v^re, que fuit, vt causa, ad eius foelicem in Poloniam reditum suspenderetur, Rogatque nos iterum, vt illam soluto termino, qui indictus fuerat differamus, se nobis, vbi redibit, significaturam, asserens quid vel sibi, vel Regno suo in eiusce modi causa incumbere videbitur. Caeterum scribit nobis M^tas v^ra, suum in Bohemiam Oratorem se misisse, licet ignoret, vtrum Conuentus Bohemicus procedat, Prius aut mittere noluisse, q. viderit hmoi missionem nobis nihil comodi, sibi vero nonnihil indignitatis et dispendii afferre consueuisse. Quod itaque pertinet ad causam dni Ducis Theschinen, nihil profecto egimus, quod M^tem v^ram mouere debuerit, Nam ab eo tempore, quo causa, coram nobis agitari cepta est, eos semper constituimus terminos, quos ipse Dux Theschinen optauit. Postremo vero vbi idem Dux causam, ad M^tis v^re reditum differri postulauit, et id eciam in votis M^tis vestre esse cognouimus, preter omnem difficultatem distulimus, Satisque fecimus, et M^tis v^re voluntati, et ipsius Ducis desyderio, significauimusque l^ris n^ris Duci aduersario, id est Rathiboriensi, huius cause suspensionem, monentes eum, vt ad terminum, qui ad festum Circumcisionis dni proxime preteritum

indictus fuerat, ad nos se frustra non conferat, Miramur itaqz vehementer, vnde sit Mtás vra aliter, qз se res habeat, informata, Nam non in hoc solu, sed omnibus eciam alys in rebus Mti vre semper gratificari, et morem gerere, atqz obsequi parati sumus.

Quod aut Mtás vra, Oratorem suum in Bohemia miserit, et res nrás hoc pacto curauerit, agimus, habemusqз eidem maximas gratias. Verum quid illic Orator Mtis vre, hoc tẽpore, expediat, non videmus.

Rogaueramus Mtem vram vt Oratores suos, ad Conuentu Hungaricu, qui fuit in festo Michaëlis proxime preterito, mittere dignaretur, Rogaueramus eciam Cæsaream Mtem, vt ipsa quoqz mitteret eo consilio, vt hinc, collatis et cõcordatis Instructionibus, cu nostris Oratoribus vna ad Conuentum Bohemicu, qui ad festu Martini indictus fuerat, proficiscerẽtur. Miserat ad nos Imperialis Mtás suos, et quidem Insignes Oratores, qui multos dies hic steterunt, ad Bohemia tamẽ profecti non fuerunt nec illi, nec nostri, cum propter absenciam Oratoru Mtis vre, tum quia res Bohemica, ante festu beati Martini vtcumqz composita, vel saltem sedata fuisse dicebatur, tum eciam, quia dum incendia Bohemica curamus extinguere, tanta et tam periculosa subito seditio, in Conuentu beati Michaëlis, inter dnos Hungaros orta fuit, vt nihilo minor Bohemicis motibus esse videretur, Tanta quoqz perturbatio, res nrás inuasit, vt quid agendum nobis foret, prorsus nesciremus. Quamqз aut hec seditio

tunc sine cede compressa est, Id quod diuino potius, qꝫ hu-
mano consilio factū putamus: tamen odia et simultates in-
dies magis ac magis augentur. Et veremur ne illa in fu-
turo Conuentu, quem propediem necessario iterū, celebrare
cogimur, in grande aliquod periculū erumpat. Laboratur
siquidem inter ordines pro concordia, sed nescimus quibus
animis, Nos signa pacis et concordie future, nulla videmus,
Cogimur inquam celebrare Conuentū, Nā res nr̃e nō per-
turbate solū sunt, sed eciam adeo neglecte, vt nec Cōfinibꝫ
extrema propemodū pericula pacientibus, succurrere, nec
domesticas necessitates, que quotidie augentur euitare possi-
mus. Et nisi tempestiue aliter prouisum fuerit, breui fu-
turū est, vt ipsa quoqꝫ dignitas nr̃a Regia, per inopiā tur-
piter opprimatur, Sicuti authoritas iā pene est oppressa.

Quare Mtem vr̃am, vt Patrum nostrū charmū, imo vt alte-
rum Patrem obseruandissimū summopere rogamus, nolit nos
in tantis rerū perturbationibus, et fluctibus discordiarum
constitutos, deserere, sed dignetur nostri curam cū Cæsarea
Mte accuratius suscipere, et eos quoqꝫ qui nobis fideliter
seruiunt, defendere, Nam si se Mtas vr̃a à nobis, quod
non credimus, abstraxerit, et non cito ambabus manibus
iuuerit, frigidulumue se ad preces vr̃as exhibuerit, Regnū
hoc proculdubio periclitabitur, et quidem propediem, et ne-
scimus profecto, quid eciam de salute nr̃a sperare possimus.
Imminent enim foris bella, et ea quidem crudelissima, Intus
vero seditio nihilominus periculosa, que sedari, si nos bene

introspicimus in animos eorum qui authores sunt, sine opera, et sine cura Mtis vrē vix poterunt. De quibus rebus Mti vrē propediem plura nunciabimus. et quid actum sit, et quid futurum speretur declarabimus.

Quod reliquum est, Mtem vram iterum atque iterum rogamus, dignetur esse memor nostri, et rebus nostris, multum certe fatigatis et attritis, quam primum succurrere, et non pati sanguinem nrm, qui suus est, maioribus procellis conquassari.

De rebus Bohemicis, scripsimus dno Leoni, Castellano nro Pragen, vt nobis ea omnia, que in Comicio ipso Bohemico ordinata, et conclusa sunt, rescribere debeat. Que omnia etsi Mtas vra ex suo Oratore intelligere posset: tamen nos quoque omnia, cum primum ex dno Leone certiores facti fuerimus eidem perscribemus.

Deus opt. max. annuat, vt Mtas vra hunc Nouum annum foeliciter auspicetur, foelicius continuet, multosque insequentes annos per foelicissime meat, Cui nos et res, fortunasque nrās afflictas vnice comendamus. Datum Bude, in festo Epiphaniarum Domini, Anno eiusdem M.° D.° XVIIJ.° Regnorum nostrorum, Bohemie et Hungarie etc Anno secundo.

Sigismundus I. Rex Poloniae Ludouico Regi Vngariae et Bohemiae

SErme Princeps, et dne Nepos noster charme, Rediens à vra Mte Orator noster Venblis Joannes Carnkowski Praepositus Scarbimirien, retulit nobis de bona et prospera valetudine eiusdem Mtis vrae, Qua nihil gratius audire potuimus, In illa enim nunc sola tota spes et solacium Posteritatis nrae recumbit. Declarauit eciam idem Orator noster, motus et dissensiones intestinas Regni vrae Mtis, Quod non libenter audiuimus. Quantum enim detrimenti afferre solent Regnis et Dominiis omnibus tales discordiae intestinae, nemo est qui nesciat, Et proinde cordi habentes Statum Mtis vrae, non secus atque nostrum proprium, impendere volumus studium, et operam omnem, vti hactenus pro virili nra fecimus, quo eiusmodi dissensiones, in Regno vrae Mtis sedentur, omniaque ad bonum illius Statum pertinentia, in debitum ordinem redigantur. Intelligentesque habituram Mtem vram, in proximo Conuentum gnalem Regni sui, statuimus ad eum, Oratores viros insignes mittere, qui cum Caesareae Mtis Oratoribus, nomine vtriusque nrum, id omne agent, quod ad componendos intestinos motus, et discordias tollendas, atque ad redigendum omnia, pro bono Statu Mtis vrae, et Regnorum eius, expedire videbitur. Verum si Conuentus ipse, fieri deberet ad festum sancti Georgii proximum, valde nobis incomodum esset tunc Oratores mittere, Nam habituri sumus, auspice Deo, illis diebus, Nupcias nras faustissimas. Pro quarum celebritate, et

honore, nostro, vellemus omnes Consiliarios nros adesse.
Rogamusq Mtem vram, vt si ita esset, terminu eiusd Conctus,
ad tres saltem hebdomadas, post festu sancti Georgii, differet.
Alioquin, si fieri non posset aliter, nos vtcunq cu incomodo
nro, mittens ipsos Oratores ad tempus quodcunq, et in nulla
re, pro viribus, Mti vre deerimus, neq hinc nos tantisper
vsq mouebimus, donec bonu Statu vre Mts, et eius Regnoru
intelligens restitutu, Etia si isthuc ipsi ad vra Mtem pfici;
sci deberens, Foelicissime valeat Mtas vra, et nos diligat

S. I. Rex. L

Ludouico Vngarie et Bohe regi

SErme Pnceps, Expendentes nobiscu difficultates et picula
impendentia coibus Regnis nris, necno, vim et conatu Infide;
liu, ac turbas intestinas Reip. Chriane, audientesq Conuentu
Regni Hugarie p festo scti Georgii pxio de more futuru, licet
cofidius Mtem vram, nihil ptermissura, qd ad cosulend q3 optie
Statui suo videbitur, expedire: p nro tame debito, et suma de illa
solicitudine, rogag ea impese, velit no adeo ab externis suppecys
depedendo, cura et studiu omne, ad hoc vnu dirigere, vt statuere
possit in ipso futuro Conento aliquem modu et ordinem oportunu,
quo Statu et Regnu suu Hugarie, a pnti discrimine tueri et co;
cū nihil sit, quod sue possit resistere voluntati, Si enim soli licet, quantū nobis Ecclesia Romana et Patrimoniū beati Petri ministrare poterit, tantū pro fide Catholica ꝓtegēda, et dilatanda exponere et profundere, ac eciā propriū sanguinem in hac expeditione effundere parati simus, immanissimos lupos, hoc est Thurcas aggredi, et à Dominico Grege arcere possemus, id prompto ac liberali animo faceremus. Sed cū tales non sint vires nr̄e, que tantā vim ferre possint, aucta presertim Thurcarū potencia, nec possit eorū Imperiū deleri, aut comminui, nisi magno Christianorū conatu, magnisqꝫ classibus, et exercitibus comparatis. Sedes vero Apostolica non habet, vnde ista conquirere et parare valeat, nisi Reges, populiqꝫ Christiani, opem et auxiliū ferant, Et ob id ipsorū Principū auxiliū implorare necesse fuit, et aspirante Deo eorundem Principū animos ad hm̄oi sanctā Expeditionem sumendā, ita promptos, vt par est, inuenimus, quales optabam̄, et sperabam̄, vt inter ipsos lites cessent, iurgia eliminētur, vt vnitis animis et viribus, gladiū, quem eis diuina Mtās ad vindictā malorū tribuit, in Thurcas, qui Saluatorem Christū verū Deū esse abnegantes, legem conantur euertere Euangelicā, exercere velint, Prout ex ipsorū lr̄is, et Nuncijs intelleximus, eorūqꝫ cōcordiā et vnionē, pro qua Vniuersalis Ecclesia, per dictū Conciliū representata, Deū pie rogauit, firmam futuram ꝓculdubio credim̄, et foelicem huius sancte expeditionis successū speram̄, Ac cogitem̄ eosdem Reges et Principes Thurcarū forte numerū deterrere non debere, Cum Militum

et quidem electissimorum virorum multitudine illis valde pre-
stemus, Virtute vero, animo, viribus, prudentia, longe sius
superiores, Certaqz preterea nobis de hostibus fidei victoria
cum causa nra, iusta, honesta, ac necessaria sit, cum pro fide
Christi, proqz salute omnium Christianorum, expeditio ipsa sus-
cipiatur, repromittere valeans. Habita igr sup his, cum Ve-
nerabilibus fribus nris S. R. E. Car. matura delibera-
tione, ac examinatis, et plectis in Consistorio nro secreto Ma-
ximiliani, et aliorum Regum et Pncipum predictorum lris, au-
ditisqz eorum Oribus, ne negocium Treugarum et Induciarum
hmoi faciedarum, diuturniorem moram patiatur, Et vt ipsi
Reges et Pncipes, in conspectu altissimi, qui eos ex nihilo cre-
avit, et cuius causa, et de cuius honore, agitur, quiqz Genus
humanum à Diabolica seruitute, preciosissimo sanguine suo
redimere dignatus est, grati et fideles inueniantur, In his
etiam aliorum Predecessorum, presertim pie memorie, Innocetii
PP iij. vestigiis inheretes, eosdem, Maximilianum, ac Reges,
Principes, et Potentatus Chrianos, Necno Respublicas, Comitates,
cæterosqz Christifideles, Quinquenales Treugas et Inducias,
quas, ne tam necessarium ac salutiferum opus, aliquo impedi-
meto differatur, sed potius debitum, et optatum exitum cosequatur,
de eorundem fratrum consilio, indicimus, et sub excois late
sententiæ, ac anathematis, et Interdicti, in terris et Dniis
eorum pœnis, dicto durate Quinquennio, inuiolabiter seruare
debere decernimus. Eos nihilominus in virtute sancte obe-
dientiæ monetes, et in dno hortan, ac per viscera Misericor-
die dni nri Jesu Chri, per passioez eius, qua nos redemit.

per Iudiciu extremum, quod vnusquisq3 secundum opera
sua est accepturus, per spem vite eterne, qua repromisit
Deus diligentibus se, paterno affectu rogantes, vt hmoi Treuge,
ad dei honorem, et Catholice fidei defensioem et exaltacoem,
Necnon comunem et necessaria omniu Christifideliu salu=
tem, per nos, vt prefertur, indictis, duratibus, in charitate
mutua, et amoris ac beneuolencie vnione persistentes, ab
omni prorsus abstineant offensione, vt cu eorum salute
et gloria, tam sancte, contra nefandissimos Thurcas, ex=
peditioni, cu benedictione nra, omni prorsus metu et suspi=
tione cessantibus, intendere, ac demu laudantes, et benedi=
centes dnm, cu victoria et triumpho, laeti et iucundi ad
propria redire possint, Reseruantes nihilominus nobis
cognitionem et compositionem eoru, que ad conseruationem
treugaru et Induciaru, tempore hmoi durante, quomodo=
libet pertinere videbuntur. Illisq3 Conditiones adyciedi,
declarandi, et ampliandi, ac super eisdem Treugis et Indu=
cijs puidendi, mandandi, et ordinandi, Et omnia circa ea
quomodolibet necessaria, et oportuna, faciendi, et exequedi,
prout nobis, et eisdem fratribus nris S. R. E. Cardlibq
visu fuerit expedire, facultatem pariter et potestatem.
Per hoc aut, non intendimus Treugis et Inducijs predictis,
quominus ille, dicto tempore durante, sub dictis poenis,
inuiolabiliter obseruentur, in aliquo preiudicare.
Volumus aut vt Transumptis presencium, manu alicu=
ius Notarii publici subscriptis, et Sigilli alicuius Praelati
Ecclesiastici appensione munitis, fides adhibeatur vbiq3

indubia, et eisdem stetur firmiter, prout presentibus sta-
retur, si forent exhibite vel ostense. Nulli ergo omnino
hominum liceat hanc paginam nostrorum Indictionis, Decreti,
Monitionis, hortationis, reservationis, et voluntatis, infrin-
gere, vel ei, ausu temerario, contraire. Si quis autem
hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis
Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se no-
verit incursurum. Datum Rome apud sanctum Pe-
trum Anno Incarnationis Dominice, Millesimo, Quinge-
tesimo, Decimo septimo, Sexto Idus Marcii. Pontifica-
tus nostri Anno Quinto.

Legatio

A Sigismundo primo rege Polonie ad Maximilianum Cesarem: Data Erasmo Ciolek Epo Plocen. Et Boguss Lituano Thesaur. Lituanie 12 Julij 1518.

Quod Mtas Regia, intellecto consilio, et decreto Sctissi dñi, et Cæsaree Mtis, ac aliorum Principum Christianorum, de Expeditione generali contra Thurcas facienda, sumopere lætata sit, Gratiasqz egit immortali Deo, q hac tandem ætate sua, et qua id maxime ea res postulare videtur, hoc salutare institutum, cuius diuina benignitas dignata est inspirare. Nam Mtas sua Regia, vt ea, que continue humeris suis, tantam Infidelium molem sustinet, et ex prosperis successibus, ac summa libidine, omnia occupandi Imperatoris Thurcarum, metitur, et prospicit Rempublicam Christianam esse nunc maiori in discrimine, qz vnqz ante constitutam, nihil magis optauit, qz ipsam generalem expeditionem, à tot iam annis nequicqz tentatam, ad effectum et Ordinem bonum perductum iri.

Verum, quod et Summus Pontifex, et Cæsarea Mtas optarunt, et statuerunt, vt iam aliquod initium belli inferendi, Thurco fieret, interim dum in Asia sit occupatus, Mtas sua Regia, id pro se facere tam subito non potest, donec tantis bellis cum Thartaris, Scismaticis, et aliis vicinis hostibus domi adeo distinetur, À quibus quando se paulo parare poterit, cumqz intelliget, aliòs Reges et Principes, paratos esse, et ad firmitatem aliquam, et bonum ordinem ipsam generalem expeditionem

tendere, et Contributiones pro illa designatas, ad effectū
aliquem procedere, alacri animo munus suū, cū alijs Chri:
stianis Principibus, ita obibit, vt nulli posteriores ferat,
nec pro se quicq3 operæ, studii, et impendiorū preterrmittet,
dummodo saluti Christianæ, cū effectu aliquo, consulatur,
Pro qua et vires, et sanguinem propriū parata est semp
effundere.

Ac placere quidem eius Mti Regię modū, per Summū Pō:
tificem, et Cæsarea Celsitudinem, aliorūq3 Regū ac Prin:
cipum Oratores, de Contributionibus faciendis, et colligēdo
Exercitu, aliisq3 ad eā rem processibus institutū, Verū
nec de eo quicq3 Mtatem suā cū Consiliariis, et subditis suis,
decernere et constituere potuisse, inter domesticas difficultates,
et tumultū bellicū, quibus tamen aliqua ex parte compositis,
et generali expeditione procedente, Mtem suā Regiā, pariter
modū ipsū de pecunia colligenda, et exercitu scribendo; sta:
tuturam in Regno et Dominijs suis, et id quod opus videbi:
tur, et quod eciam vires eius Mtis ac Regni et Dniorū suo:
rum ferre poterūt, ad tam sanctū et diu desyderatū opus
perficiendū, nihil preterrmittetur, aut negligetur.

In quibus quidem difficultatibus, cū Mtas sua Regia iam pri:
dem cognitū habet Cæsareę Celsitudinis studiū erga se, et
Statum suū pacandū, agere eius Mtem, illius Celsitudini
summas et immortales gracias, de tanto affectu et beniuolen:
cia fraterna, vellecq3 vicissim eius Mtem omni suo studio,
viribus, et facultate eniti, vt pro quacumq3 occasione, et

quibuscumqꝫ modis, illius Celsitudini, vicissim gratificari, et officium fraternū prestare possit.

De Nunctijs Cæsareæ Mtis Italis, quos in Moschoniā misit, dicendū, illos fuisse apud Mtem Regiā, et instructionem illis de tractanda pace, vel Inducijs à Mte sua datam, quę causa Cæsareę Celsitudinis, et Reipublicę Christianę, libenter conditiones pacis sibi honestas et ferendas, est acceptura.

De re Pruthenica.

Quod dn̄s Sigismundus de Erbenstayn, Orator Cæsareę Mtis, cum ad Moschoniā proficiscebatur, retulerat Mti Regię, nōie illius Celsitudinis, et proposuerat nonnullas Conditiones et modos componendę differentię, inter Mtem eius Regiam et Mgrum Prussię, ac eius ordinē, quas cū eius Mtas retulit ad Consiliū Senatus, et Communis Nobilitatis Regni sui, nequaqꝫ consentire voluerunt, ad aliquā earundē Conditionū receptandā, et potius velint extrema queqꝫ subyre, qꝫ aliquid sibi eorū ademi, quę à tanto tempore, tot bellis et impendijs, in suā potestatem vindicarunt, et pacifice obtinent.

Preterea, q̄ illius Cæsarea Celsitudo, perquiri à Mte Regia, per ipsū dn̄m Sigismundū fecit, vtrū eius Mtas haberet

antiquę pacis et concordię cum Magistro Prussię confirmationem Sedis Apostolicę, et Imperatoris, et Regis Romanorum, et Magistrorum Liuonię. Germanię, et Italię, referendum Maiestatem suam Regiam ita in Actibus et Iuribus suis comperisse, quod tantum iusticię et firmitudinis habet ad terras suas Prussię, quas tenet, quantum opus exigere videtur.

Quod autem Cæsarea Celsitudo proposuerat Maiestati Regię, per dominum Fredericum de Strassaw, Oratorem suum, et deinde per Illustrem dominum Casimirum, Marchionem Brandeburgensem, vt de componenda re ipsa Prutenica, Compromissum in eius Celsitudinem, faceret, Id cum pariter Maiestas sua Regia, ad Consilium et Subditos suos retulit, et illi memoriam repetentes, quas, ante Concordiam factam, tales Compromissiones difficultates inferre, et quam maiores motus semper excitari solebant, Idque eciam perpendentes, quod in eadem re Pruthenica, sit in Conuentu Posoniensi conuentum et constitutum, vt videlicet de nouis aliquibus differencijs exortis, Cæsarea Maiestas, et Serenissimus Rex Hungarię, cum Reverendissimis dominis Cardinalibus, Strigoniensi, et Gurcensi, cognoscerent, consentire nullo modo voluerunt, vt rem per solemnem concordiam, dudum actam, agerent, et refricarent, cum tamen eius Maiestas cum Cæsarea Celsitudine mutuo conuenerit, ita vt id summopere optat, et intelligit rei Christianę expedire, Magistrumque Prussię itidem aderit, Referendum, quod Maiestas sua, libenter et non grauate Iusticiam suam ostendet, Et quod nihil aliud ab illo petit, quam id, quod ei iuste debetur.

Referendum insuper Maiestatem suam nunquam discordiam et controuersiam

aliqua, sua occasione inire voluisse cu dno Mgro et Ordie de Prussia, nec quicq ab illo requisiuisse, q id, quod Mti sue, ratione terraru, quas benignitate Mtis sue, et eius Predecessoru possidet, facere tenetur. Veru illu declinantem debitu suu prestare, et cupientem pacem et concordia dudu factam infringere, varijs et indignis modis prese ferre et declarare infensu et hostilem animu erga Mtem suam, premendo assidue Subditos Mts sue, tum predonu licencia, et excursionibus ex terra sua, tu vectigalibus insolitis, et vadimonijs, carceribus ac spolijs multiplicibus, quibus homines et subditi Mtis sue ibide in eius terra afficiuntur.

Preterea facto foedere et conspiratione contra Mtez sua cu Scismatico Duce Moschoru, nõ minus sancte Romane Ecclesie infenso, q aliquo alio infideli, et occasione inde querendo, tam illi gratificandi, q eius Mtem aduersus se puocandi, intelligens suas vires, ad inferendu vltro bellum, non sufficere, apparatus omnes bellicos facere, delectus habere, Militem Mercenariu, ex vicinis Dominijs pala conuocare, implere querimonijs vniuersu Orbem, Reyciendo ea in Mtem sua Regia, et eius subditos, que ipsemet facit, vt imprimis Cesarea Mtem, demu alios omnes Principes Christianos aduersus Mtem sua commoueret, et subsidiu ab illis obtineret.

Que omnia Mtem sua Serma, cu ingenti Subditoru

suorum gravitate, tulisse et dissimulasse, causa Reipublice Christiane, et ferre usq3 huc, licet ægerrime, Et q ipse Mgr ita se erga Mtem suam, tot bellis cum Infidelibus, et Scismaticis occupatam, tanq3 de occasione gerit, distrahendo et impediendo Mtem suam, quam pro necessitudine sanguinis, pro debito et pfessione sua, adiuvare omnibus viribus deberet.

DE Capitaneatu generalis Expeditionis, quia et Summus Pontifex, et Cæsarea Mtas id munus detulerunt Mti Regie, et eius Mtas significavit iam illius Cæsaree Mti se in hac re consilio ipsius uti velle, nec quicq3 facere illa inconsulta. Referendum illius Mti, q si ei munus ipsum subeundum videretur, subituram libenter Mtem Regiam, sed nō aliter, nisi simul cum illius Cæsarea Celsitudine, ut pote, à qua se nulla in re seiungere vellet, neq3 unq3 vult, et quam, in re bellica omnium longe peritissimam nō ignorat.

Postremo. quod illius Cæsarea Mtas significaverat secretius Mti Regie per Illrem dnm Casimirum Marchionē Brandeburgen, et dnm Laurentium Sawrer, Vicednm Austrie Consiliarium suum, qualiter omne studium suum adhibuerit, quo Sermus dns Rex Ludovicus in Regem Romanorum eligeretur, sed plane intelligat, q eam rem perducere ad effectum nō posset, ambiente id, et partes aliquas habente dnō Rege Francorum, et quare decreverit eius Cæsarea Mtas, quo ipsum Regem Francorum ab eo conatu deturbaret, opponere illi Nepotem suum Sermum dnm Carolum Hispanie

Regem, Idq3 vt comodius efficere posset, postulauit à Mte Regia, quo ipsa Nunctios suos cu plena potestate, et secreto suo Sigillo, mitteret ad Conuetu generalem Augusten, ad prestadu suffragiu, seu votu, nomine Sermi dni Regis Ludouici in Electione Romani Regis, vt tutor illius Mtis, et decretum obsignandum, referendum. Quod Mtas Regia, quemadmodu in omnibus aliis solet, ita et in hac re satisfacere et gratificari cupiens illius Celsitudini, miserit vras D. ad eundem Conuentu Augusten, cu plena facultate, sigillo, Credenciis, ac aliis omnibus, que necessaria sunt visa, quo iuxta Instructionem illius Celsitudinis, possent singula, pro illius voto perficere.

Apud summum Pontifice Leonem X Et apud Sedem apostolicā agenda.

DE Expeditione generali, cū prefatione, qualiter ad eam sit Mtas Regia per Summū Pontificem, crebris Nunctiis et lris cohortata, ita referendū erit Summo Pontifici, et Mtem Regiā, eiusq3 studiū commendandū, vt est Nunctio illius Sctitatis, fratri Nicolao Schomberg, et Cæsaree Mti responsū, ne in aliquo res discrepare videretur.

Item agendū pro Denario sancti Petri, ad reficiendas Arces finitimas, et Jubileo, soli Mti Regie, exclusa Eccta Gnezn. ad eundem vsum concedendo.

Agendū eciam cū illius Sctitate, vt et impetrabiles essent preces Mtis sue, apud eius Sctitatem, et ea que impetrat, vt sint firma, et solida, ne equa ratio haberi videatur Regis et subditi. Et proinde, vt eius Sctitatis Nominationes Mti sue concessas, et postea reuocatas, reualidaret, et alias pro decem personis, ad Methropolitanā Gneznen. et Cathedrales Cracouien. Wladislauien. Posnanien. Plocensem Ecclesias graciose concederet.

Item seorsū agendū, pro gracia, seu reseruatiōe dignitatꝭ

seu Cancellariatus in Crac. Ecclesia, qui, vel que primum vacaverit, eciam in Mense Ordinary, pro dno Joanne Gorski Secretario Mtis Regie.

Quando Gracie Expectatiue dabuntur per Summum Pontificem, agendum vt Notarii, Cancellarii Mtis Regie infrascripti, in Rotulum Sctitatis sue, Joannes Luboniczki ad Diocesim et Ecclam Posn et Plocen, Jacobus de Obornki, ad Gnesn et Posn, Martinus Gorinski, ad Gnesn et Posn, Martinus de Garnolin, ad Crac et Posn, Samuel Maczicowski, Stanislaus de Bochnya, ad Crac Ecclam et Diocesim.

Agendum eciam cum Summo Pontifice de Conseruatore Ciuibus Crac, ne eos vnusquisque temere hinc euocare et impetere possit. Et de Anna Casprona, que Consules Crac turbat, vt causa hec huc remitteretur.

Domini Raphaëlis fratris in expeditione Coadiutorie ad Scholastriam Crac, negocium, quod minoris fieri posset curandum.

Negocia dni Rmi Premislien, que commissa sunt domino Doctori Borgk, sint comendata, et vbi opus erit auctoritate Regia adiuuanda,

Mandatum ac facultas a rege Polonie Sigismundo primo ad eligendum in regē Romanorum Carolum quintum.

MAnifestū facimus per presentes vniuersis Quia cū potestas et dignitas Sacri Romani Imperii, primū apud Infideles, et alias Nationes constituta; deinde diuina prouidencia disponente, ad Ordinem et Electionem Germanice Nationis deuenit, Cumq̄ Respublica Christiana, indies magis, tam à fidelibus, q̄ ecia Infidelibus infestetur, et labascit, Sermo et Excellentissimo Principe dn̄o dn̄o Maximiliano, diuina fauente clemencia Electo Romanorū Imperatore, et Archiduce Austrie, fratre et consanguineo nr̄o charmo, in bona et foelici sua ętate iā ingrauescente, vt perdifficile fiat, soli eius Mti, tantis rerū momentis et actionibus preesse, atq̄ inde necessitas postulet, nunc in eius Mtis vita, personā idoneā eligere, que tantū ipsius sacri Romani Imperii onus ferre adiuuaret, Ob eamq̄ rem illius Sacra Mtas Cesarea, omnesq̄ Imperii Principes, in Augusta vna conuenerūt, vt in prouidenda et constituenda tam ardua et necessaria re consulatur, et foelici auspitio concludatur, Nos vt Tutor Sermi Principis dn̄i Ludouici Hungarie et Bohemie, etc Regis fratris et Nepotis nr̄i charmi, eius nomine et loco, tanq̄ sacri Imperij Princeps Elector, dedimus, et tenore presenciū damus, omnimodam et plenā facultatem nr̄am Rndo in Chr̄o patri dn̄o Erasmo Ep̄o Plocensi, Raphaëli de Leschno, Castellano Landen, et Bogusslio Marsalco Magni

214

Lituanie

Ducatus, Consiliariis meis sincere nobis dilectis, vt ipsi loco meo, pariterque cum Sermo dno Maximiliano Imperatore, vt vna nobiscum dicti dni Regis Ludouici Tutore illius Sextis nomine, simul cum aliis sacri Imperii Principibus Electoribus, iuxta consuetudinem et ordinationem ipsius Sacri Imperii, Regem Romanorum eligere, et suscipere, ac super decretum, titulum et Sigillum meum exigere, et apponere debeant et possint. Promittentes verbo meo Regio, quod quicquid in his egerint, tractauerint et conclusserint, id nos non secus ratum, et firmum habituros, ac si per nos ipsos actum, tractatum et conclusum fuerit, Et si quid amplioris facultatis, quam presentibus continetur adhuc egerent, hanc illis omnem hisce litteris meis concedimus. In quorum etc

Sigism. I. Rex . Pol .

Maximiliano Cesari Catholico .

SErme et Excellentissime Princeps, Intelligentes vram Mtem Conuentu Generalem in Augusta, pro Statu sacri Romani Imperii, et tocius Reipublice Christiane habituram; mittimus isthuc ad illam Rndu in Chro patrem dnm Erasmu Epum Plocen, et Generosu Raphaëlem de Leschno Castellanu Landen, Bohuslaw Marsalcu Magni Ducatus nri Lithuanie, Consiliarios nros, sincere nobis dilectos. Quibus commisimus nonulla, neq3 vulgaria negocia tractare et agere cu vra Celsitudine, Quam plurimum rogamus, vt et fidem plenam illis prebere, et eos benigne expedire dignetur. Valeatq3 foelicissime, et nos, quod facit, fauore et beniuolencia sua psequat. et comedatos habeat.

Sigis . Rex Pol .

Electoribus Imperii Romani .

RMe in Chro Pater, Mittentes isthuc ad Conuentu generalem Augustem, presentes Oratores nros, Comisimus illis nonulla nro nomine, cu vra Rma Pte, singulariter conferre, Postulamusq3 ab illa, quo et fidem illis adhibere, et se in his, que retulerint sic exhibere velit, vt cofidentia nra de illa postulare videbitur. Et bene valeat, nosq3 diligat.

Avisamentum pro expedicione in Turcos

Videretur, quod Principes Christiani auisarentur, quod Aduersarius Tyrannus Thurcarum, habet in redditibus Ordinarijs xij Milliones Ducatorum, quolibet anno, et hanc omnem summam, et maiorem omni anno conabitur expendere ad explendum votum suum de subijcienda sibi Italia et Hungaria, et duabus Moscheis Rome et Bude consecrandis, Et tandem de destruendo et extinguendo nomine Christiano per totum Orbem.

Item quod in omni Expeditione sua, à paucis annis citra vzt quàm incepit contra Regem Persarum, vel quam terminauit contra duos Soldanos, quos deuicit, habuit in Exercitu suo fere CC.M hominum armatorum, inter Equestres et Pedestres Copias, et magna abundancia tormentorum.

Item quod nunc apud Constantinopolim describit magnum numerum Armigerorum et classem CCCtarum triremium, subtilium et grossarum, et infinitum numerum aliorum Nauigiorum et tormentorum.

Pro reparatione tanti mali, quod Deus à Christianis auertat, videretur necessarium Christianos Principes similiter cogitare celeriter, de armandis Militibus sufficientibus, ad internitioez inimicorum Christi.

Et quia in tribus Expeditionibus principalibus, à CCCCtis annis

citra, per Christianos contra Infideles habitis, in recupe-
ratione terre sancte, nunquam minor numerus quam CC^{M}, ar-
matorum, fuit Collectus contra Infideles, videlicet sub Urbano
secundo, Anno domini M.LXXXV^{to}. CCC^{M} armigerorum,
et ultra. Anno vero domini M C XLiiij^{o}, aliorum CC^{M}, sub Eu-
genio iiij, Deinde sub Innocentio iiij^{o}. Anno domini M CCXLiiij^{o}.
similis multitudo CC^{M} congregata fuit, Ideo nunc, quando
Tyrannus Thurcarum alterius potencie est, quam illi Sarraceni
fuerant, et unita in eo est universa potencia, tantorum Im-
peratorum et Regum, videretur quod aliter Christiani vincerentur,
atque actum esset de eis, Et ad minus videretur consultum, quod
ex diversis Principibus Christianis cogeretur CLXXX^{M} armi-
gerorum electorum, ne videremur velle tentare Deum, si contra
tam armatum hostem aliter dimicare conaremur, Et ex
istis unus Exercitus terrestris LX^{M} procederet, per Septentri-
onem, Id est, Hungariam, recta via Constantinopolim, In
quo Exercitu essent Pedites L^{M}. In ordinancia, alia
pars exercitus Equestris in Cathafractis, et aliis levis ar-
mature militibus, et maxima copia tormentorum, qui essent
Germani, Lancesquineti (Lanczknechti), Hungari, Bohemi, Poloni, Dachi,
et ordines Theutonicorum, Et iste Exercitus duceretur ab Im-
peratore et Rege Polonie, ac solveretur ex quinque impositionibus
inferius assignandis, in his ipsis Provinciis, Alius Exer-
citus terrestris per Forum Julium, aut via alia faciliorem,
cum securitate aliorum Christianorum, qui Exercitus esset ali-
orum LX^{M} armatorum simul Pedestrium et Equestrium, Et in
hoc essent Galli, Scoti, Swizeri, Lotoringi, Sabaudien, Veneti,

Florentini, Januen, Senen, Lucen, Ferrarien, Mantuani, Montisferrati, et Salutiani, et soluerent ecia ex ipsis Impositionibus, que in ipsis Prouincijs exigerentur.

Tercius Exercitus aliorum LX^{M} hominum esset in Classe Maritima, multarum Nauium magnarum et paruarum, Et ad minus LX^{ta} triremium, que classis remanens armata in mari cum XX^{M} hominibus, posset exponere in terra quociens voluerit L^{M} homines aut XL^{M} et aliquos paucos Equos pro Armigeris principalibus, et pro ducendis tormentis per terram, quando videretur necessarium in terra ad confligendum vel obsidendum, Et ipsa Classis posset traducere sufficientem comeatum victualium, Qui Exercitus Maritimus cogeretur ex Hispanis, Anglicis, Portugallen, Neapolitanis, Siculis, Fladren, et huic Classi Sctissimi D. N. Classis, et alie omnes Classes coniungi possent, et posset ire recta via ad Brundusium, et inde Dirachium, et Apoloniam, vt ista loca et vicina caperet primum, Et inde si videretur consultum, expectaret ibi, vel prope alium Exercitum Christianorum venientem per Forum Julium, Et si esset rumor, quod hostis esset propinquus et fortis, coniungerent se isti Exercitus, vel pars illorum que sufficeret, vt à principio hostem terreret, et positum in fuga facile dissiparet, Et si non esset necesse, Claßis ipsa, cum vniuerso suo Exercitu procederet ad Peloponesum, Et eo capto, si videretur, iret deinde ad Euboeam, dictam Nigropontum, et ad sinum Thessalonicensem, vt ibi iterum si esset consultum, et talis Exercitus Thurcarum appareret, expectaret exercitum terrestrem occidentalem, vel

melius recta via proficisceretur Constantinopolim, aut posset ire recta via Hierusalem aut Alexandriam, prout de cõmuni consilio sancte fraternitatis, et ordinatione Sctissimi D. N. decerneretur.

Omnia tamẽ, que isto triennio Induciarũ et belli, per dictos tres Exercitus caperetur, seruarentur pro indiuiso per tota sancta fraternitate, et in fine belli constitutis ex tunc Iudicibus dicte fraternitatis, qui illa distribuerent, adiudicarentur, prout magis de Iure et æquitate, et pro bono Christianitatis videretur expedire.

Item Capitaneis istorũ Exercituũ liceret tractare cũ populis et Capitaneis Aduersariys ad rebellionem, et cõcordare cũ illis, vt facilius Thurcas desererent.

Quinq3 aũt Impositiones, pro istis tribus Exercitibus, iuxta numerũ vulnerũ et plagarũ Christi Principaliũ, que debent per annũ tollerari à Christianis, pro honore nominis Christi, videntur ita exigende.

Prima, q Sctissimus D. N. et Imperator, ac omnes Reges, Principes et Cõmunitates, nõ recognoscentes superiorem in temporalibus, id est, ad minus, qui obedienciã solemniter consueuerunt dare Sctissimo D. N. quia eorũ est prima et immediata cura Christianitatis, et potissima vtilitas huius belli eis pueniret, impendere debeant partem quintã suorũ redditũ. Id est, duas decimas pro vno anno in pecunia, vel Redditibus solutis, et obediẽtibq Capitaneis assignãdis.

Secunda, q similiter Cardinales, et omnes Prelati, ac vniuersi Ecclesiastici, Seculares, siue Regulares impendant, Sitque quinta partem suorum redditum, Id est duas decias pro vno anno.

Tercia, q omnes dni alij Seculares et Comunitates, et quicumque alii, recognoscentes superiorem temporalem, redditus certos habentes, qui adminus vltra C. Ducatos in redditibus haberent, impendant vnam xx^a. Id est media decia suorum redditum in peccunia, vel in Rentibus.

Quarta, q in vniuerso populo minuto poneretur Impositio vnius Quatreni in vendicionibus per libram in Carnibus, piscibus, vino, oleo, sale, et alijs que minutim venderetur. Et pariformiter in pannis, et serico, et aliis rebus secundum proportionem suam. Vel si magis placeret per focularia, q omnes xl^ta foci, soluerent impensam vnius Militis Pedestris cotinui, hoc est xl^ta vel L^ta Ducat in anno.

Quinta, q vniuersalis cruciata, per vniuersam Europam cum plenissima indulgencia, bene taxata predicaretur, et exigatur, ac bene omnia fideliter conseruentur, et dispensentur secure.

Principes autem qui non recognoscunt in temporalibus superiorem in effectu. Et qui solent Papae solemnem exhibere obedienciam, vt taxantur ad vnam Quinta redditum pro anno, sunt xxiij videlicet, Papa. Imperator, Rex Francie, Rex Hispanie, Rex Anglie. Rex Portugalie. Rex Hungarie. Rex Polonie. Rex Scotie.

Rex Daciae, Dux Venetorum, Dux Sabandiae, Domini Florentini, Dux Ferrariae, Dux Lotoringiae, Marchio Matuans, Domini Senen. Domini Januen. Dni Lucen. Marchio Montisferrati, Marchio Salutiarum, D. Rodien. D. Ragusei.

Ista ergo prima Impositio quintae partis redditum in Principibus no recognoscentibus superiorem in temporalibus, creditur ascendere, ad tres milliones Ducatorum et ultra.

Item secunda Impositio, quintae partis redditum Cleri pro uno anno, creditur ascendere tantundem.

Item tercia Impositio, id est vigesima omnium secularium habencium redditus supra C. Ducatos, creditur valere tantundem et amplius.

Item quarta Impositio unius Quatreni, per libra in minutis venditionibus, vel solutio unius peditis pro XLta secularibus exit similiter valoris plus qz trium Millionum.

Item quinta Impositio sanctae Cruciatae, exit valoris duorum Millionum et ultra, bene exacta et servata,

Exitus aut et impesa p tribus Exercitibg predicts cotra Thurcas, videtur posse ascendere p uno anno ad vij millioes Ducatorum, ita ut cuilibet de tribus Exercitibg detur ij Millioes et CCCXXXV Ducati

Et pro secura exactioe et distribuoe istarum Impositiou, videretur qp in qualzt Provincia eligerentur qnqz Principales personae, una p parte Sctissimi D. n. alia p Rege vel dno Provinciae alia p Clero, alia p Nobilibg, alia p populo minuto, q exigerent

et cōseruaret, ac distribueret hec, que imponuntur in qnqз capsis ferreis bene custoditis, in qualзt Prouincia, Quarum quelibet haberet nomen Impositiōis sue, et quelзt qnqз Claues retinēdas per hmōi electas personas, et cōmunibus impensis Thesaurarij et Computatores, ac Scriptores haberentur.

Item q͠p exnunc fieret vna fr^tas^ Pncipu͠ nō recognoscētiu͠ supiorem, que diceretur fr^tas^ sancte Cruciate, et isti mitterent Orēs suos ad S. D. N. vel mitterent Mandata, ad Orēs iā existētes in Curiā sue Btitudinis, vt cōfirmarent Inducias Quinquēnales S. D. N. indicta, et bellu͠ triennale contra Thurcas indicere promitterent in Dominijs suis, ac Impositiōes et alias Conditiones, nomine suoru͠ Principu͠ admitterent, et de divisione terraru͠ haberent mādatu͠, ad cōstituēdu͠ Iudices vel Cōmissarios, ad diuisiōez post triēniu͠ recupationis, et daretur ordo scribendi et respondendi super hac causa sancte Cruciate cu͠ diligentia per Tabellarios ad hoc paratos. Daretur q͠з modus auisandi Regem Persaru͠ et Ethiopu͠ ad hoc, vt vno tempore possent ipsi mouere bellum ad diuersionem Thurcaru͠, vt bellu͠ vniuersu͠ cu͠ facilitate transiret, sub quo omnis Mahumetana Secta breui succumberet.

Et ista ponatur pro quodam breui Mēoli.
que omnia remittuntur sūme prudēcie S. D. N.
Que à Deo opt. Max. instruetur et dirigetur.

Cæsar est paratus, quantum in se est, Expeditionem adiuuare, in ea perseuerare, superare, occumbere, et personaliter via Danubiana, in hostes proficisci, quantis unquam viribus, copiis, et tormentis poterit.

Et propterea in proxima Dieta Augustana conabitur, quo ad pecunias et alia ea exequatur, quę in consultationibus hincinde transmissis, inter Sanctissimum dominum nostrum, et suam Maiestatem, videntur esse deliberata, aut quę ad bellum in Thurcas necessaria sibi occurret, et ad hoc laborabit toto presenti anno.

Ita ut in futuro, aut in isto, primo oportuno tempore Exercitus per Germaniam conscribendus, possit esse sub signis, Adiunctis his Copiis, quę ex Prouinciis Patrimonialibus Cæsaris, absque ulla exceptione, iuxta earum ratam, et pecunias colligentur.

Dummodo tria concurrant, Primum quod Maiestati suę constet literis aut oratorum relationibus, Reges, Francie et Hispanie, suo quemque itinere et modo proficisci, aliosque principaliores expeditionem hanc pro rata adiuuare velle, Deinde quod Maiestas sua prehabeat honorabilem cum Venetis super pace, aut treuga conclusionem, et postremo quod res pecuniarię in dicta Dieta Augustana, aut alibi, hoc anno, ut sperat, transigetur.

Quod postremum, tametsi no succederet, tamen M^tas sua, quoad Prouincias Patrimoniales predictas et peccunias, et aliquibus aliarum Germanie Patriarum tunc collectas, est parata vt supra ad expeditionem venire, dummodo de predictis Regib^s sibi constiterit, vt est dictum,

Nam de alijs Hungarie et Polonie sibi persuadet, illos in hac re, nulla esse mora causaturos, Dummodo Polonie Rex, no impediatur bello Moschitico, Nam quo ad simultates Ruthenicas, bene videtur Inducijs Pontificalibus esse prouisum.

Eisdem aut et alijs Regibus, hoc suum ppositum est qz primum declarandum, vt et ipsi, iuxta peccunias et vires ex eorum Regnis colligendas, se in predictum tempus ad hac expeditionem parare possint, Et secum quisqz coniuncto, aut parum distanti itinere in hostes proficisci.

Nec M^tas sua de peccunijs, pro expeditione colligendis, qcqz directe vel indirecte in proprios, aut alios à tali expeditione vsus conuerteret, Desyderans vehemeter ecia alios eiusdem esse propositi, et voluntatis.

Inducias probat, dummodo Expeditio fiat. Sed quo ad Venetos expectandum sibi dicit Regum Gallie et Hispanie Responsum, Ad quos hanc causa remisit,

Responsum a rege Ludouico datum fratri Nicolao Schombergo Nuncio Leonis ppæ .x.

Inprimis Regia Mtas, gracias agit Sanctissimo domino nro, q curauerit expeditionem suscipi contra Thurcas, Que res sicuti Sctitati sue honorem et gloria immortale, ita toti Christianitati, incrementu, securitatem, et pace est allatura.

Inducias Quinquenales, quas Sctitas sua instituit, inter Principes Christianos, Regia Mtas et acceptat, et approbat, Et licet cu nemine Christiano Principe bellu habeat: tamen ecia si haberet, libenter has Inducias acceptaret.

Scribet aut Cæsaree Mti, put Sctitas sua optauit, vt ipsa quoqz hmoi Inducias et approbet, et acceptet.

Supplicacoes p instituto Pōtificis ia decreuit.

Expeditionem libenter suscipiet contra Infideles, et eo quidem alacrius, quo magis ab illis impetitur, Expeditionem dico generalem, Na sua Mtas nunqz est eciam alioqui sine expeditione particulari, et nunqz gessit, cu cogatur continuos hostiu insultus quotidianis bellis propulsare, Quantope aut cupiat hanc Expeditione gnalez manifestu est argumetu, q maluerit perpeti oia incomoda Regnoru suoru, que Confinibus suis absqz intermissione inferuntur, qz vt pacem cu Thurco iniret, bonis lice

Conditionibus oblata. Cuius Oratorē, qui eius gratia venerat, votis frustratū propediem est remissura.

De transitu et via Principū M^tas^ Regia nō potest tā cito resoluere se, et respondere suē S^ctitati^, Primo propter incertā anni presentis infertilitatē, et cū nō intelligat, quāta annonē sit copia, Deinde cū nesciat, qui Principes, et quanto bellatorū numero per Regnū M^tis^ suē sint transituri, Preterea cū nondū satis intelligat, qualem sit habitura, de hmōi transitu, ex parte Principū securitate, Postremo, quod omniū maximū est, q nō soleat M^tas^ Regia de rebus tam arduis sine totius Regni sui consensu quicq3 decernere, Videbit itaq3 qualis et quanta erit annona, Experietur à S^ctmo^ dn̄o m̄o, et de numero Gentiū illorū P̄cipū, qui hac ituri sunt, et de securitate M^tis^ suē, Consultisq3 Regnicolis suis, S^ctitati^ suē, per suū Nunctiū de hac re respondebit. Nō dubitat aut Regnicolas suos, ad ea quē honesta, queq3 possibilia erunt cū certa securitate accessuros.

De peccunijs imponēdis, pbat M^tas^ sua modos Cęsaris, sed illos Conuenientiores Regnis Cęsareanis, q3 suis fore existimat. Quamobrem inueniet M^tas^ sua modos alios, q Regnis suis magis quadrabūt, et vtiliores erūt, ad peccunias in hāc sanctā Expeditionem colligendas, De quibus S^ctitem^ suā curabit reddere certiorem. Vnū illū Cęsaris modum imitabitur, qui est, vt de quinquaginta focis vnus Miles cōscribatur, Hēc M^tas^ multo arctius huc modū obseruabit, Nā ex focis triginta sex, ordinabit Militem vnū grauis Armature, in certis locis Regni sui. Aliis vero locis

qui hostibus propinquiora sunt, ex viginti quorum focis. Militem vnum leuis armature.

Solet autem in presenti rerum Statu Maiestas Regia illos potissimum qui habitant iuxta confinia, sepius et tocies quocies opus est cogere viritim contra hostes. Solet eciam non solum ab his, qui opulentiores sunt subsidium ad defensionem Regnorum suorum exigere, Sed eciam ab inopibus et pauperibus, et quibus vix suppetant facultates, ad valorem trium florenorum, Et hic modus exigendi peccunias continuus et quodam modo perpetuus est in Regno Maiestatis sue.

Cruciatam Maiestas Regia admittere non audet, nec potest, ne populus continuis Exactionibus exacerbatus ad similem, que nuper maximis sumptibus, grauissimisque laboribus, et multo sanguine compressa est, seditionem incitetur et prouocetur,

Ecclesiasticorum Primores, magna sustinent onera in conseruandis Gentibus, racione prouentuum suorum, et illos non potest grauare dupliciter, Ab his vero, qui huiusmodi onera non sustinent, Maiestas Regia parata est subsidium aliquod, pro facultate prouentuum vniuscuiusque et expetere et exigere, et hanc curam Reverendissimo domino Legato demandabit. Dabit eciam operam Maiestas sua, vt ex omni ordine, vnusquisque pro dignitate sua, eciam vltra solitum, aliquid in hanc Expedicionem contribuat, et non dubitat vnumquemque id libentissime facturum: Modo res huius Expedicionis procedere videatur.

Quanta autem summa peccuniarum haberi queat, ex his modis

sua Mtas nondu habet exploratu, neqz potest illa exprimi an-
teqz intelligat, quantu qsqz dare et cotribuere poterit.

De tepore pfectois, Mtas sua Regia sep est in pfectioe, qa cotinue
bellat, tuc tame et pmptius, et instructius pficisetur, cu sen-
serit alios Pncipes esse expeditos, et esse in via.

Habebit Mtas sua in suo Exercitu Milite Hugaru et Bohem.
Equitatu habebit ex Hungaris maiori ex parte, Poterit
eu habere et ex Bohemis, et Moravis, et Slesitis, Verum
Peditem poterit optimu habere ex Bohemis, Quantu aut
numeru habere queat, explicare in presens non potest, cu
nondu sciat, si veniat, quantu possit habere peccuniarum,
Que si suppetant largius, tantu poterit habere quatu voluerit.
Tormetis Mtas sua ad hac Expedicom multu indiget, no
minus ecia munitionibus, vt puta pulueribg, et globis.
Et licet habeat tormeta in Arcibg finitimis, no tame talia,
que faciant ad Campestrem Expedicom, nec tanta, vt et
Arciu defensioni, et huic expeditioi sufficiant. Cu aut
sciat Cesarea Mtem his tormetis abundare, rogat Sctitem
sua, dignetur rogare Mtem ipsa Cesarea, vt aliqd ex his
Mti sue impertiatur, et preciu Sctitas sua curet illi aliunde
psoluendu, et q Sctitas sua aliquo subsidio ecia de manibg
suis puideat, p munitionibus necessarys ordinandis.

De Ducibus belli, Mtas Regia, sola vult esse Dux et Impa-
tor sui Exercitus. Quod si per etatem, ad hoc minus apta
videretur, no deerut Mti sue Duces idonei ex oibg Regnis
suis, quos preficiat exercitui suo. Na cum sit Rex liber,
et habeat Regnu liberu, no vult alienu Imperiu subire,
in detrimetu sui nomis, et libertatem Regnoru suoru.

De annona prouidebit, vt diligenter colligatur, quicquid prouenerit, prohibebitq3, nec ex hoc Regno educantur.

De Statu Regis et Regni dicere nō potest Mtas sua, valde esse foelicem Statum suum, Regnorumq3 suorum, propter hostilitates quas patitur ex parte Thurcorum, Alioqn est in veneratione debita, apud suos, et prestatur ei ab omnibus obediencia, Et nemo est, qui nō cupiat bonum Statum sue Mtis. Fuerunt aut mota, quedam odia et simultates in hoc Regno inter personas priuatas, sed nō tales, que Mtis sue dignitatem, auctoritatemq3 offendissent, Nec id quidem mirum, cum fuerint eciam intra angustos parietes, vt inter fratres, vt inter patrem et filium maiores saepius suscitate. Qualescunq3 tamen fuerint, magna ex parte iam sedate sunt, Et si qd restat, sedabitur.

Quod pertinet ad Statum Confiniorum, illa sunt desolatissima, et non poterunt, nisi maximis sumptibus reparari, nec est Mtas sua sufficiens ad hoc, vt ea instaurare suis ~~sumptibus~~ prouentibus possit, nisi aliena ope prouideatur.

Confinia Regie Mtis à Ponto, vsq3 ad mare Adriaticum, contermina sunt hostibus, vbiq3 lacerantur. Cogitur oibq Mtas sua, quantum potest subuenire, Et cum id sufficienter facere nequeat, negliguntur omnia, Vltra prouisione Confiniorum, cogitur dare subsidium eciam Vayuode Moldauo et Transalpino, Et ita eos in fide conseruare etc.

Quare Stitatem suam, plurimum rogat, dignetur curare, vt aliquid subsidii ad reparationem huiusmodi Arcium finitimarum, que sunt clipei huius Regni, impertire dignetur.

De Jayza, que laborat in maiori periculo, q̃ alia Cõfinia. Mtas Regia instituit illi succurrere, per Expeditioné, quã iam decreuit, sed veretur Mtas sua, tantũ illi incumbere periculõ, vt vix putet, illud suis viribus, et sua ope posse propulsari.

Quamobrem Sctitatem suã iterũ rogat, dignetur quod cœpit, de negotio sancte Expeditionis feruenter continuare, vt per illam possint, confinia illa Mtis sue liberari ab hostibus. Nam si cessatũ fuerit, cũ iam publicata sit per omnia fere Christiana Regna futura expeditio, perueneritq̃ ea res ad noticiã Cæsaris Thurcarũ, ꝓcul dubio irritabitur magis, et res suas Asiaticas cũ quouis dispendio suo componet, et conuertet arma in Christianos, et ante omnia in hanc Mtem suã, et in Regna sua. Et hoc pacto cũ non habeat Mtas sua pares vires ad resistendũ illi, illo irrumpente actũ erit (quod Deus auertat) de hoc Regno. Cuius amissio in omniũ Regnorũ Christianorũ, quorũ omniũ scutum est, et Antemurale, perniciem redundabit.

Sigis. I. Rex Polon.
Fratri Nicolao Sſonbergo Nunctio
Leonis ppe X.

Rnde et Religiose deuote nobis dilecte. Fuit animi et pro-
positi nri, vt Conuentu generalem Regni nri, pro festo scti
Martini preterito habuissemus. Quemadmodu id vre P.
tunc, cu apud nos erat, declarauimus. verum interuenien-
tibus nonnullis inopinatis et subditis huius dni nri ne-
cessitatibus, quibus nisi presentia nra, et celeritate adhi-
bita, bene consultu iri no potuit, coacti sumus Conuentum dominij
eiusdem vertere, et ad eu nos conferre. Tamen curabimus
nos qz celerius hinc exoluere. et Conuentu Regni agere,
quem, vt nra fert opinio, ad festu Purificationis dne
nre, sancte Marie, statuemus. et inibi referremus ad
Consiliarios nros ea omnia, que nobiscu egit vra P.
de rebus Prutenicis. Et quicquid cum illis decreueri-
mus, faciemus euestigio, vel illam, vel Sctissimu Do-
minu nostrum cerciorem.

Caeteru perscripsit nobis Magcus Palatinus Cracomen
ea, que cum ipso Cracouie P. vra contulit. Et inter
caetera de profectione sua in Moschouia, et q peteret
à nobis lras securitatis transeundi per Ditionem no-
stram sibi mitti. Nos quidem no absumus ab eo, vt
cu hec sit voluntas dicti Sctissimi dni nri, illuc va-
dat, et mittimus ei cum presentibus ipsas lras Se-
curitatis. perstamusqz in eadem voluntate nostra

faciendi quinquennales Inducias cum illo hoste nostro, causa Rei Christianę, prout vestrę P. declarauimus, Verum ille, vt est prorsus ab omni humanitate, ne dicamus racione, alienus, proponet Conditiones indignas, et non ferendas, quas nullas nos acceptabimus. Sed vt est natura Induciarum, ita illas simpliciter, causa, vt diximus rei Christianę, cum illo inire parati sumus, Itaqz P̄tas vestra sciet, qualiter se illic in ea re gerere debebit. Quę bene valeat. Datum.

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie: datum Nicolao Sonbergo Nuntio ac Or^i Leonis PP^e. X.

LEgatio vre Ptis, qua nomine Sctissimi dni nostri egit, apud Sacram Mtem Regiam, hec summatim cotinebat.

Declaravit imprimis, se missam à Sctissimo dno nro, cum ad Cæsaream Celsitudinem, et alios Reges ac Principes, tum ad hanc Mtem, vt de Quinquennalibus Induciis, cum omnibus Christianis Principibus, deinde de bello, et co; muni Expeditione, contra Thurcam suscipienda, tracta; ret, ageret, persuaderet. Cæterum de re Prutenica, via Juris, vel equitatis, componenda, Item de rebus hu; garicis, et Statu Sermi dni Regis Ludouici, in ordi; nem et regimen debitum constituendo. Postremo de sua profectione ad Moschos, et si opus esset ecia ad Thar; taros, causa pacis tractande, et pro bono tam huius Mtis, qz tocius Reipublice Christiane comodo et vtilitate.

Ad hec Sacra Mtas Regia, committere mihi dignata est vestre Pti sic respondere.

Imprimis laudat summopere, et probat Sacra Mtas Regia, hoc tam sanctum, et maxime necessarium studium, curam, et institutum Sctissimi dni nri, Dnoqz Deo gracias agit, qui hanc illius Sti mentem inspirare dignatus est.

pro vindicanda salute, et bono Statu rei Christiane, adeo nunc, vt nunqz alias magis in discrimine cóstituto. Mtás em̃ sua Ser.ma, vt ea, que assidue humeris suis hac molem Infideliu sustinet, nihil vnqz magis desyderauit, qz hoc aliquando faustissimu tempus futurum, vt omnes Principes Christiani, vnanimi consensu, et coactis viribus, tandem ad redimendu periclitanté Rei publice Christiane bonu Statu, consurgerent.

Veru quod illius Sctitas postulat, et hortatur, vt Mtás sua Ser.ma, iam ad hanc communem expeditionem se accingeret et préepararet, non dubitat Mtás sua, satis constare illius Sti quantis, et qz assiduis domi bellis distineatur, tam à Thartaris qz scismaticis, ac alÿs coru adherentibus, ita vt tam subito, nequeat apparatu, et cogitationes suas, domesticis difficultatibus occupatas, ad opus et actioés alias, reducere. Veru quando Mtás sua Ser.ma, se ex ipsis difficultatibus domesticis explicare, et res suas cum Thartaris et Moschis, quoquo modo, citra tamen indignitatem et detrimentu suu, et Dominioru suoru, pacare poterit, Cumqz intelliget alios Reges et Principes Christianos, paratos esse, et ipsam Generalem Expeditionem ad firmitatem aliquam et bonu ordinem tendere, ac Contributiones ad illa designatas, ad effectu aliquem procedere, alacri animo eandem ipsam Expeditionem generalem Mtás sua suscipiet, et munus suu cu alijs Principibus Christianis ita obibit,

vt nulli posteriorqs foret, nec pro se quicqz opere, studij, et impendii, hac in re praetermittet, dummodo saluti Christiane cum effectu consulatur, Pro qua et vires et sanguinem proprium parata est semper effundere.

Modus aut de colligenda peccunia, et Exercitu scribendo, cum à Sermo dno nro, tum etiam à Caesarea Mte constitutus, satis placet Mti Regie, Verum de eo ordinando, pro consuetudine et facultate Regni, et Dominiorum suorum, non potuit hactenus, cum Consiliarijs et Subditis suis, quicqz tractare, et constituere, domesticis difficultatibus, omnia consilia et curas Mtis sue, occupantibus, tamen opera faciet, vt illis aliqua ex parte compositis, et Generali Expeditione procedente, pariter modus ipse de peccunia, et Exercitu faciendo statuatur, in Regno, et Dominijs eius Mtis. Et id, quod opus videbitur, et quod etiam vires eius Mtis, ac Regni, et Dominiorum suorum, ferre poterit, ad tam sanctum, et diu desideratum opus perficiendum, nihil praetermittetur, aut negligetur.

Inducias Quinquennales, etsi Mtas Regia cum nemine Principe Catholico bellum gerit, nec gerere hactenus vnqz voluit, tamen libenter acceptat, et obseruare vult firmiter, dummodo ipsa Generalis Expeditio procedat, et Mtas sua, ab aliquibus hostibus suis, bello et iniurijs non lacessetur, quoniam illam, vim vi repellere oportet.

Inducias Quinquenales probat seu acceptat Mtas sua cu Conditionibus predictis, Simpliciter vero, et sine Conditionibus ad biennium.

Quod aut ad rem Pruthenicam attinet, Sacra Mtas Regia, nunq3 discordiam et Controuersia aliqua, sua occasione inire voluit, cu Mgro et Ordine Prussie, nec quicq3 ab illo requisiuit, q3 id, quod Mti sue, ratione terraru, quas de benignitate Mtis sue, et eius Predecessoru possidet, facere tenetur. Veru ille declinans et debitu suu prestare, et pacem ac Concordia dudu facta infringere, variisq3 et indignis modis presefert et declarat infensu et hostilem animu erga sua Mtem, premendo assidue subditos Mtis sue, tam predonu licencia et excursionibus ex terra sua, tum vectigalibus insolitis, et vadimoniys, carceribus, ac spoliis multiplicibus, quibus homines Mtis sue ibidem in eius terra afficiuntur.

Preterea facto foedere, et conspiratione contra Mtez sua, cu Scismatico Duce Moschoru, non minus sancte Romane Ecclesie infenso, q3 aliquo alio Infideli, et occasionem inde querendo, tam illi gratificandi, q3 eius Mtem aduersus se prouocandi, intelligens suas vires ad inferendu vltro bellu non sufficere. Apparatus omnes bellicos facit, delectus habet, Militem Mercenariu ex vicinis Dominiys palam conuocat, Implet querimoniys vniuersu Orbem, reyciedo

ea in Mtem suā Regiā et eius Subditos, que ipsemet facit, vt imprimis Sctissimū dnm̄ nrm̄, et Cæsaream Mtem, demū alios omnes Principes Christianos, aduersus Mtem̄ suā comoueret, et subsidium ab illis obtineret.

Que omnia Mtas sua Serma, cū ingenti Subditorū suorū grauitate, tulit et dissimulauit causa Reipublice Christiane, et fert husq3 huc, licet ægerrime, Et q̄ ipse Mgr ita se erga Mtem̄ suā, tot bellis cū Infidelibus et Scismaticis occupatā, tãq3 de occasione gerit, Distrahendo et impediendo Mtem suā Quā pro necessitudine sanguinis, pro debito, et professione sua, adiuuare omnibꝫ viribus deberet.

Quia vero Mti sue Regie, statuere aliquid de ipsa re Pruthenica, non est satis integrū, absq3 sciētia et consensu Consiliariorū et Procerū Regni sui, qui alioqn inherentes Concordie facte, nolūt aliqd noue actionis ingredi, et rem actā agere, Eligētes pocius suā Justiciā, et terras suas, multo sanguine et impendio, de manibus, illas iniuste occupanciū, vindicatas, armis itidem, vt alij Christiani Principes faciunt, q3 Aduocatis tueri et manutenere: quandoquidem in memoria est, tales tractatus, et Judiciarios et Arbitrarios, dudū et sæpe tentatos fuisse, qui semper, et in irritū cadere, et maiorē belli et difficultatis materiā prebere solebant,

nō potest Mtas sua, ad hoc, vt causa ipsa, denuo cogno-
sceretur via Juris vel equitatis, consentire, et volun-
tati Sctissimi dni nri in ea re satisfacere. Tamen cum
eius Mtas cum Cæsarea Celsitudine mutuo cōvenerit,
ita vt id summopere optat, et intelligit Rei Christia-
ne expedire, Mgrq3 Prussie itidem aderit, libenter
et non granate, Justiciam sua ostendet, et q nihil
aliud ab illo petit, q3 id, quod ei iuste debetur, de-
clarabit. Nihilominus tamē Mtas sua Serma, illig
Sti sūmas, et immortales agit gratias, de hac cura
et solicitudine, qua erga se et res suas, agere, dignet.
Et pollicetur hanc Stis sue benignitatem, et fanorem
paternu, vicissim ōi studio, et obseruantia sua
semper referre.

De Rebus Hungaricis, quo in Statu sint, vra Prtas
clarius, illic existens, cognouit. Mtas sua Serma
hactenus nihil reliquu fecit, quod ad officiu suu per-
tinebat, quo Sermi dni Regis Ludouici Nepotis sui
Status esset in bono ordine et auctoritate, ac dignitate
debita cōstitutus. nec idem in posteru curare, vna
cu Cæsarea Mte desistet, Agitq3 plurimas gratias
Sctmo dno nro, q eciā ipsius Sermi dni Regis Lu-
douici, benignā rationem habere, et paterna erga
illum curam gerere dignetur, Ac rogat summope
Mtas sua illius Sctitatem, velit in eadem cura
persistere, illiq3 auctoritate, et beneficencia sua non
deesse, Commonendo Consiliarios et Proceres sub-

ditos illius Mtis, ad ea, que debiti et fidei ipsorum sunt,
et que ad bonum Statum illius Mtis, et Regnorum eius
pertinere videntur.

De profectione Ptis vre in Moschoviam, probat Sacra
Mtas Regia consilium Sctmi dni nri, de reducendo illo
Duce ad obedientiam Romane Ecclesie, et bello, qd
ille temere et iniuste cum Mte sua gerit, sistendo.
Vtraqz enim res esset cum non mediocri harum terrarum,
et totius Reipublice Christiane commodo. Quare
libenter videbit Mtas sua, quo illuc proficiscatur.
et Mandata dicti Sctmi dni nri obeat, vt si bellum
ipsum contineret, quo minus Mtas sua illo impedi;
retur, tanto comodius et celerius se ad comunem
Expeditionem, contra Thurcas accingere posset.

Ad Thartaros vero, nequaqz suadet vel censet Mtas
sua, vt Ptas vra proficiscatur, Gens enim illa cum
fera et barbara, omnisqz humanitatis expers, tum
Thurco fide et religione coniuncta est, Et proinde ce;
deret haud dubie ipsa profectio, ad magnam indigni;
tatem Sctmi dni nri, et sancte Sedis Aplice, Sed
et persona Ptis vre, ad grave aliquod discrimen
venire posset, cum neqz Legationibus apud illos
tuta sit fides.

Hec tamen cura, et pietas, ipsius Sctmi dni nri, qua
commisit Pti vre, pro comodo Mtis sue, tam Mo;
schos, qz Thartaros adire, grata est plurimum Mti

sue Serme, Illmisqz Sctitati ecia atqz eciam gracias agit immortales. Ac pollicetur vicissim pro eius Stis commodo, et bono Statu, non modo facultates suas, sed sanguinem propriu, vbi opus exigeret, libenter impendere.

Quod reliquu est, Mtas sua Serma, commendat se, Regnu, Dominia, et negocia, resqz omnes suas, in graciam, et fauorem ipsius Sctmi dni mei, Ac plurimu illam rogat, vt ea beneuolencia et benignitate Paterna complecti, eiusqz preces, et impetrabiles, et no irritas apud se habere dignetur. Cuius Sctitatis Pedes Mtas sua Serma, omni propensione et reuerentia, qua potest, et debet, osculatur. et se iteru commendat

Magister inter Regem et Moschum conditione vti possidetis, pacem vel Inducias faciat, In Podolia ad loca habitata, quę post Quinquenniū reddat, veniat, Interimq3 ac post, ad alia inhabitata, cū omnibus viribus veniat, ibi habitet, Thartaros impugnet, vitā suā et suorū, pro salute Regis, ac suorū ponat, quę vltra Vistulā sunt, accipiat cū omnibus, quę nunc habet, aut vnq3 in terris Regi subiectis habiturus est in Feudum. Ita tamen, vt non teneatur esse contra Ruthenos, durante eorū amicitia cū Liuoniensibus, aut Mgrō Generali Liuoniensiū superiore. Rex aliud q3 feudale Juramentū non exigat, et ante finem Marcii respondeat. Caetera circa hoc tenet Rmus Premisliensis, etc.

Quód si Rex, quę de restituenda Prussia, supra dicta sunt, persuadere sibi non posset, tunc Podolia, vt eā nunc habet Mtas sua, infra annū proximū Mgrō detur, et sola ab illo in feudum recipiatur. salvis tantū confederatis offensiue, et absq3 preiudicio Jurium aliciuus partis, quo ad Prussiā, de qua, et Juramento pacis perpetuę, decem annis, aut post, manente Mgrō in Podolia, nulla controuersiā sit. Medio aūt tempore pñtis anni et futuri de Dominis

forte in Podolia, Mgro subesse nolentibus, concordetur, Rege providente, Ita tamen, ut Mgr interim Regis auctoritate eis mandet. Illorumqz et aliorum octo annorum spacio, eiusdem perpetue pacis forma in aliis, qz de dominiis, aut terminis Ditionum, hec ut nunc sunt, permaneant, voluntati parcium adaptetur, per ipsarum parcium tam de dominis subesse nolentibus, qz de hac forma pacis adaptanda, aliisqz emergentibus aut occurrentibus, in duos vel plures compromissionem, ita ut Arbitri, Compromissionis terminos provogare, et in euentu differentiarum tercium eligere queant, Quod si post huiusmodi decem annos, nam ante non liceat, aut Rex Juramentum predictum exigere, aut Mgr in Prussiam redire vellet, in utroqz casu feudum, et Compromissio cesset, Rex in priori Jure suo sit, Mgr libere redeat. Unus hoc alteri per annum antea insinuet. In primo tamen casu Rex tribus immediate tum sequentibus annis Mgro que in Podolia construxit, ad arbitrium bonorum soluat, Dando de hoc cum dicta insinnatione, sufficientem, et ab omni eciam Compensationis exceptione liberam cautionem, In Secundo vero, libere similiter Regi Mgr dimittat, que in Podolia immobilia construxit, suaqz aut suorum fuere. Cætera ut supra in primo concordandi modo, huic ultimo non contraria.

MAgister Podoliam ita in feudum habeat, ut supra. Thartarum Precopiensem, Polonico auxilio inuadat, et Thaurico, vel aureo Chersonesso occupato, Podoliam

reddat, retenta ibidem vel alibi pensione. Podolia aut ipsa, vni tum ex Mgri Germanis in feudu. et aliqua Regis filia in Coniugem detur.

Rex Scepusiu Hungaris reddat, et cu illis agat peccuniariis vel alijs modis, vt Mgro in Dalmatia Segnia, Nam alium portu non habent, et tantundem ibi vel in Croacia prope Thurcos in feudu consignent, quo coru obliuisci possit, quę aliquando is Ordo habuit in Prussia.

Rex Samagitia concedat et Grandenicz, vel aliquid simile in Prussia, Ita tamen, vt vbiqz omnes sua possideat et teneant, redemptione Mgro concessa, si quid de ipsa Samagitia aut Grandenicz esset impignoratu.

In quouis supradictoru triu vltimoru modoru cocordandi, quę partes alias possident, possideant, Iuramentu cesset, ac illius loco fœdera fiant, et ligę temporales siue perpetuę, iurandę aut no iurandę, cum talibusqz Conditionibus vt partes acquiescant.

Item Rex aliqua Ecclesia de Maioribus Polonię, vni ex Germanis Mgri conferat, Sunt enim omnes sui Nepotes, osqz et caro sua, Papa aut Cardinalatu alteri, et magnu Episcopatu concedat.

In quolibet supradictoru modoru, poterunt conditiões augeri et æquari, peccuniariis et aliis mediis, iuxta voluntatem partiu, et coru qui hęc tractabunt, longe

maiorem, q3 qui hec amanter proponit, prudencia et saga-
citatem.

De libera° Magistri Prussie per schombergum regi pposita

Magister paratus est suscipere terras in Prussia, quas nunc
habet, et inpost habebit, et similiter terras in Podolia in
feudu, vt vasallus.

Idem prestabit Juramentu Regie Mti vt vasallus, et exit
cum Mte sua, nisi sit contra Romanu Imperiu et Pncipes
eius, et contra Moschu, durante amicicia cu Liuoniensi-
bus, et Mgro coru superiore. Idem militabit cu om-
nibus suis contra Thartaros, et vitam ac vires suas
effundet.

Idem impendet omnem opera, vt Mtas Regia, habeat pace
vel Inducias cu Moscho, ita vt ille possideat ea, que nuc
possidet.

Vicissim petet Mgr, dari sibi terras citra Istula, aut Ge-
danu, et sine his, nihil fieri posse arbitrari debet, vel
vt frater Nicolaus propo^t Elbingu et Epatu Varmien,
ac Samagitia, hoc est in Prussia Insula, que diuidit
Istula, in qua includitur Elbingu et Episcopatus Var-
miensis, vt supra.

Item vt dentur ei loca in Podolia vicina Thartaris,
sed ad Quinquenniu postulat dari sibi loca habitata,
in que se recipere posset cu suis, et ibi se sustentare,
quoad se muniat, et fortificet in locis desolatis, que qde
loca habitata, lapso Quinquennio restituturu se pollicetur.

Petit designari sibi iter ex Prussia directum ad Podoliam ad latitudinem medii Miliaris, vel saltem liberum Jus, liberamque vectionem rerum omnium ad Militiam necessariarum, hoc est, et victualium, et ad arma et bellum spectantium, absque Gabellarum, et quorumcumque theloneorum solutione.

Petit concedi sibi potestatem in rippis fluminum in Polonia et Lithuania, constituendi Granaria, seu horrea, ad quae frumenta ex Prussia ad Podoliam devehenda reponi possint.

Aliqui Articuli possent recipi de pace perpetua, De quibus et Mgr, et Regia Mtas convenirent, nisi sint contra Sedem Aplicam, et Romanum Imperium, ac Principes eius, et professionem Mgri. Et hanc novam Conventionem iuraret observare Mgro.

Hoc tamen postulat, ut Juramentum praestaret, et ipse, et eius posteri ac Successores, per Procuratorem, sufficiens Mandatum habentem, hoc est per magnum Comendatorem, Vel ubi aliter fieri non posset, praestaret ipse Juramentum ad praesens, dummodo eius Successores fierent ab eo immunes, sed per Procuratorem illud praestarent.

Mgr Mtem Regiam, de omnibus conclusis observandis assecurabit, et similiter Mtas Regia Mgrum assecurare debebit.

Item ut Mtas Regia declaret voluntatem suam super praemissis nunc, et tractatum faciat ad principium Mensis Decembris, atque usque ad finem anni praesentis.

Solvent, Mgr, et Ordo Mti Regiæ, pro terris illi restituẽdis in Prussia, aut Ciuitate Gdansk, centũ millia, aut forte, vt frater Nicolaus opinatur, ducenta millia florenorũ, ad ratas temporũ soluenda, et sub certa ac debita securitate.

Licet nõ obligaret se Mgr, nec iuraret ferre auxilia Mti Regiæ contra Romanũ Imperiũ et Moschos ẽtẽ armis offensiuis, tamen bene defensiuis, Præterea facta Concordia et pace cũ Moscho, si Mgr promitteret pro eo, q̃ ille seruaturus esset pacta et Conuẽta et pacem, et ille postea conueniret, posset in eo casu, non obseruationis pactorũ et pacis, iuuare Mtem Regiã contra illũ, ipse Mgr.

Dicit frater Nicolaus Mgrũ habere pecuniã, et partem illius à Moscho habere illum opinatur.

Si non posset, vel licere sibi nõ putaret, Mtas Regia restituere simpliciter terras in Prussiã, aut Ciuitatem Gdansk, saltem renunctiaret tuitioni illarũ, Nam Mgr reduceret illas ad suã obedienciã et subiectioẽm

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie datum Nicolao Scombergo Legato pape Leonis Xmi

Ea que Ptas vra retulit Sacre Mti Regie, de actioibus suis in Prussia, et revocatione sui per Sctissimu dnm nrm, propter res Hungaricas, ac profectione sua in Moschoviam arbitrio Mtis sue. Queqz à dno Mgro Prussie, secreto cognovit de conditionibus Concordie, ratione terraru Prussie, ac Juramenti, deqz auxiliis ferendis, et alijs rebus, Mtas sua Serma abunde omnia intellexit.

Ac imprimis, quod ad profectione vre Ptis in Moschovia attinet, Mtas sua cognita habens perfidia Ducis illius, et q ille, neqz pacta, aut foedera ulla observare, neqz iure soleat, nisi quantu ex re et necessitate sua esse intelligit, Non videtur Mti sue, quod profectio illuc vre Ptis, ullu commodu Rei Christiane, vel honore Sedi Aplice esset allatura, Presertim cu gracia Dei, iam Exercitus illius Ducis, est è finibus Mtis sue, cu gravi dispendio et ignominia illius, pulsus, Quem Mtas sua Serma, vult et decrevit tantisper bello persequi, donec ab eo id omne vindicet, quod ille per nephas et iniuste occupavit, Ad quod sibi et Justicie sue divinu auxiliu no defuturu confidit.

Quantu vero ad res Ruthenicas, Mtas sua Serma

tametsi prius Pti vre declarauit, neqz solere se, neqz uite;
grm esse sibi tractare, aut agere aliqd de his que ad Regnu
ptinet, absqz Consiliariis et Prouincialibus suis: tame qa
dns Mgr voluntatem sua Pti vre secreto comicauit, que
id ipsu a Mte sua postulet et expectit, contenta est eius
Mtas, visu et sentencia sua vre Pti confidenter, tanqz
Nunctio Aplico dicere et aperire.

Non videtur Mti sue Serme, vt Regnicole sui, deberet vllo
modo cosentire, ad restitutionem Ciuitatu et Arciu vltra
Vistulam, vel Gdanu. Que omnia vti hereditaria bona,
et multo impendio, ac sanguine recuperata, plurimi sunt
apud illos momenti. Veru de moderando Juramento, per
dnm Mgru prestando, et terris aliquibus in vicinia Thar:
tarorum illi tradendis, fieri possent aliqui decentes tra:
ctatus, et res bonis et honestis medijs conuenire, Ta:
men tam de restituendis dictis Ciuitatibus, qz modera:
tione Juramenti, ac locis in finibus Regni dandis,
Mtas sua in primo generali Conuentu Regni sui, vult
ad Senatu suu, omnia diligenter referre, et consiliu
super singulis hisce rebus, maturu capere. Et quicqd
decreuerit, mutuo cu Caesarea Mte, vel eius Nunctijs
agere et tractare. Que cu ductu actione ista poccupauit
et incepit, non vult Mtas sua, nec ea decere videtur,
absqz illius Caesarea Mte, quicqz agredi. Que Sermo
dno meo summas et immortales agit gras, pro hac cu:
ra, et solicitudine, qua gerit de rebus eius Mtis, Vultqz
illi hanc gracia, et pietatem paterna, omni obseruancia

et obseqwijs suis semper referre. Vre eciam Ptis studium, et operam, habet Mtas sua acceptam, et gratam, eamqz illi, beneuolencia sua Regia per omnem occasioez repedere pollicetur.

Inhibitionem de rebus inferendis ad terram dni Magistri, Mtas Regia fecit comuni tocius Regni consilio, ea causa, q ipse dns Mgr, prius id in terra sua statuerit, Sed eiusdem Inhibitionis executio, suspensa fuit ad festum sancti Laurencii, quo Mercatores, et alii homines, qui illic comercia sua habent, possent absqz aliquo dispendio, rebus et negociis suis prouidere. Vnde hac causa, non aliquo sinistro respectu, vel contemptu vre Ptis, inhibitio ipsa circa illud tempus est promulgata. Quam cum Mtas sua de voluntate et consilio Regni vniuersi statuit, no licet illi eam, nisi de comuni tocius Regni consensu, vel suspendere vel tollere, Nec dns Mgr vllam iustam ob id causam, querendi habet, cum ipse inicium fecerit. Et vt ille ostendere voluit, suos subditos absqz terris Mtis sue subsistere posse, ita vicissim eius Mtas illi cognitum et compertum esse velit, suos quoqz Subditos absqz terra illius non defecturos.

Cum aut Sctmus dns noster. quem Sacra Mtas Regia, cum debita colit obseruancia, miserit huc ad eam vram Ptem, ac illi tot rerum momenta, apud alios Reges et Principes agenda et tractanda committat, et credat, Mtas sua Serma, fidei et integritati eius nihil diffidit, sed q, ei negocia Regni sui, vsqz adeo

vt postulauit, agere et tractare, nõ cõmiserit, factũ est eo, q̄ nõ soleat, neq̃ liceat Mti sue in tantis rebus absq̃ scientia et consilio Senatorũ suorũ quicq̃ agredi, Aliõqn, persona vrẽ Stis, et ratione Sedis Aplice, et eius ipsius causa, gratam habet et acceptam.

Postremo Mtas sua Serma, postulat à vra Ste, vt se, Regnũ, et Dominia sua cõmendet Sctmo dño mẽo, et supplicet eius nomine, illius Sctitati, quo eam gratia et benignitate Paterna complecti, ac preces eius, quas ab Oratore suo intelliget, acceptare et exaudire dignetur. Vti eius Regis, qui continue pro incolumitate Rei Christiane, et honore Sedis Aplice continue, cũ Infidelibus, et alijs eiusdem sancte Sedis Cõtemptoribq̃ depugnat.

Responsum a Rege Sigismundo primo Datum Nicolao Sombergo oratori appco 23 Januarii 1519. Cracoviae

Sacra Mtas Regia Rnde Pater, perspexit abunde curam et studium vrae Ptis, in componenda differencia, inter se et dnm Mgrum Prussiae, Et quod ante fecit, id iterum in presenciarum Sermo dno nro, imprimis summas

Quod ad reditum P. vrae attinet, licet Mtas Regia nesciat prorsus, in quo fine deliberatio Consiliariorum et Provincialium suorum consistit, tamen intelligens Mtas sua, neminem efficatius posse rem ipsam Pruthenicam tractare et componere, quam vram Ptem, quae iam tanto studio incepit, et hinc atque inde multa percalluit, optat Mtas sua, vt ad perficiendum hoc inceptum negocium redeat, et vt eam Sermus dns noster mittat, Mtas sua, per lras aget et instabit.

Commendationem dni Mgri Mti suae, de qua Ptas vra retulit, Mtas sua grato animo suscipit, pollicetur que vicissim illum omni fauore, et beneuolencia sua Regia, tanquam Nepotem suum complecti, Dummodo ille aliter se erga Mtem suam, et eius Subditos gerere studeat, quam hactenus consueuit.

Mittere aut ad illum non putat necessarium Mtas sua

Quandoquidem vra Ptas, affectum Mtis sue erga illum abunde per lras significare illi poterit, itidem ut ille per eam Mti sue significauit, Cui facilius fidem adhibebit.

Lras ad Sctissimum dnm meum in comendatione vre Ptis libenter sua Mtas dabit, et quod nihil, neque contra Caesaream Mtem, neque vllum alium hic quicquam egit, sed in omnibus fideliter et solicite pro voto illius Sctitatis, et commodo rei Christiane se gessit, illi declarabit.

Vbi aut Sctmus dns noster, remittere huc nollet vestram Ptem, aut ipsa aliquibus occupationibus districta venire non posset, Mtas sua, omnia, in quibus cum Consiliarijs suis stabit, dno Mgro per dnm Epum Varmien, aut aliquem alium declarabit.

Commendat se demum Mtas sua Serma, Regnum et Dominia sua, Sctmo dno meo, pro cuius foelici Statu, et incremento, Mtas sua, non solum vires et facultates suas omnes, sed sanguinem etiam proprium, si ita expediret, profundere semper est parata.

S. I. Rex. P.
Leoni Pape X°.

SAnctissime in Chro pater, et dne dne clementissime. Post humilem mei, Regniq3 et Dominiorw meorw commendationem, et oscula pedw beatorw. Fuit apud me fr Nicolaus Schombergus, et ea, que à Sctitate vra in mandatis habuit, singula mihi diligenter retulit, Quem, pro mea erga illa obseruantia, et grato animo suscepi, et absoluere, q3 maxime ad placitw Sctitatis vre fieri potuit, curaui, Prout ipse cora abundius referet, Me eidem Sctitati vre, Regnuq3 et Dominia mea plurimum commendo. Et supplico vt precw mearw, quas, cw ex lris interdw, tum vero ex Oratore meo, qui ex Conventu Augustensi ad illam veniet, accipiet, benigna ratione habere dignetur, vt eius Regis, qui pro salute Rei Christiane, et sancte Sedis Aplice honore et incremeto nunq3 à bellis et impendiis requiesco. Dominus Deus diu seruet incolumem et foelicem vram Sctitatem. Datw Crac die xxvj Augusti M° D° xviij°.

Sigismundus .i. Rex Poloniae Leoni papae decimo.

SAnctissime etc. Discedentem à me fr(atr)em Nicolaum Schonbergum, nō possum v(est)rae S(anc)titati nō cōmēdare, Quippe cuius singularem industriā et studium, in exequēdis o(mn)ibus negociis, ad rem Ch(rist)ianā p(er)tinētib(us), abunde cognouimus, et intelleximus, aliter esse de illo ad S(anc)titatem v(est)ram platum, Scire itaq(ue) dignetur, eundem fr(atr)em, neq(ue) apud me, neq(ue) eciā in Hūgaria, vti me Or(ator)es mei isthinc edocuerūt, quicq(ue) vel contra Caesarea(m) M(aies)t(at)em defunctā, vel aliquē alium egisse, sed ea duntaxat curasse, quē ad coniunctionē Ch(rist)ia(n)orum P(ri)ncipum et g(e)n(er)alē expeditionē cōtra Thurcas cōducere videbātur. Quare tantum abest, vt v(est)ra S(anc)titas quicpiā sinistri de illo digne suspicari possit, falsa aemulorum ipsius delatione, vt eciā vel hoc meo testimonio, p(ro) tanta eius fide, studio, et diligēcia, amplissiā illi gr(ati)am et beneficēciā suā merito exhibere debeat. Q(uonia)m vero iā ipse fr(ate)r iā nonnulla cōponēdorum negotiorum meorum cum M(a)g(ist)ro Prussiē, et ordine ipsius, iecit fundamēta, quē nemo alter aequē cōmode, vt ipse qui cepit, et vtrinq(ue) multa p(er)calluit, cōficere posset. Supplico vt v(est)ra S(anc)titas, cum eā rem cordi habet, huc illum remittat, ad eadē ipsa negocia, si qua equitate poterint, cōponēda. Alioq(ui)n res ad magnā p(er)turbationē, quod nos certe causa Rei Ch(rist)ianē nollem(us), redundabit. Valeat felicissime v(est)ra S(anc)titas. Cui me, Regnumq(ue) et D(omi)nia mea iterum atq(ue) iterum plurimum cōmendo et deuoueo. Datum Cracoviē.

S. I. Rex. P.

CARDINALIBUS.

Rxme etc. Reuertitur ad Sctissimum Dnum nrum frater Nicolaus Schombergus, Qui cum apud nos, tum ecia in Hungaria, vt liquido cognouimus, existens, omnia que ad coniunctionem Christianoru Principum, et generalem Expeditionem contra Thurcas pertinebant, cordate simul et diligenter egit, Quare, si quid aliter de actionibus ipsius ad dictu Sctum dnm nostru, aut vram Rmam D. permanauit, fidem adhibere nolit, Quia vero is negocia nra cum Mgro Prussie, ac eius Ordine, que in nonnulla difficultate et discrimine constituta sunt, componere cepit, ad eaqz perficienda, nemo alius aeque commodus esse poterit, qz ipse qui cœpit, et vtringz multa peruestigauit, expediret, vt Sctmus dns noster, illu rursus huc remittere dignaretur, ad eadem ipsa negocia componenda. Rogamus vram Rmam D. operam de hac re apud illu facere dignetur, si, vt intelligimus, studeat eius Sctitas occasiones omnes belli gerendi, inter Christianos Principes sublatu iri,

Cæterum, cu defuncta sit Cæsarea Mtas, que tutelam Sermi dni Regis Hungarie Nepotis nri charmi, vna nobiscum egit, commendauimus ipsum Nepotem nostru, et Regna Dominiaqz ipsius, eidem Sctmo dno nro. Rogamusqz vraz

Rxmam D. agere velit cu eius Sctitate, quo impedita vel producta, hac morte Caesaree Mtis, expeditione generali, racionem eiusdem Nepotis nri, et Regni ipsius Hungarie in Summo discrimine constituti, habere dignetur, vt vna nobiscu illius curam agat, Quod vterqz eius Sctitati, perpetuo demerebimur.

Id erat adiunctu pro dno Erasmo Plocen Epo.

Cum autem res ita cessit, non opus erit iam vram Ptem ad Conuentu Electionis Regis Romanoru proficisci, Credimus em defuncto Caesare, omnia in irritum abijsse. Poterit itaqz eadem Ptas vra, confectis alijs negocij nostris, apud Sctmum dnm nostru, vbi velit redire, neqz isthic Rome, causa nra, opus est illam diucius immorari, Valeatqz foelicissime vra Rxma D. et nos diligat.

Sigismundus .I. Rex Pol.
Consiliariis Regni Polonie.

Reveren. Fuit animi, et propositi nri, vt priusq hinc ad Lithuaniam proficisceremur, Conuentum Regni generalem ageremus. Sperantes, q interea, vel pax certa, vel Inducie alique, cum hoste nro Duce Moschouie confici per Oratores Cæsareos deberent. Verum cum ex illorum lris accepimus, quas Conditiones hostis ipse proponit, tam pacis, q Induciarum, perpendimusq et iudicauimus, q acceptare illas, magni esset dispendii, et dedecoris, ac proinde non acceptis illis, nullam pacis Spem superesse, Cumq Militibus nris, qui fines Dominii illius tutantur, maiorem Stipendii partem debeamus, et neq soli nos soluendo esse possumus, neq illi diucius in Præsidiis durare possint, Quin nobis nunciari fecerunt, se demerito suo tempore discessuros, et Arces in summo discrimine constitutas, relicturos, coacti sumus q celerius iter illuc in Lithuaniam capessere, et tam graui periculo, quod illi Statui semper imminet, tempori occurrere, Statuimusq Conuentum generalem ipsius Dominii, pro festo sancti Martini proximo, in Brzesczie, Quo iam recta continuatis itineribus hinc feria quinta, post festum Omnium Sanctorum, bene iuuante Deo, proficiscemur. Vbi constitutis, quanto cicius poterit, rebus omnibus, tam ad defensionem, q eciam solutionem, et retentionem

presidiorum pertinentibus, sine quibus Arces nr̃e finitime consistere nõ possunt. Curabimus illuc recta ad Conuentu generalem Regni venire, quem habendu, auspice Deo, pro festo Purificationis dñe nr̃e sancte Marie, decreuimus. vt tandem huic ecia Reipublice, in nulla defensione, et bono ordine constitute, possit aliquo salutari modo cõsuli, et puideri.

Et quia puerperiu Ser̃me Coniugis nr̃e, quod dñs Deus fortunare dignetur, circiter illud tempus incidet, cui interesse volumus, atqз dignu arbitramur, cu propter ipsam Ser̃ma Coniugem nr̃am, adhuc penie hospita, et primu paritura, tum ecia propter multos exteros et insignes hospites, quos huc venturos putamus. Et qui sine presencia nr̃a, recte pro dignitate nr̃a excipi non possent, Postulamus et hortamur vr̃am P̃tem, vt subducta ratione temporis modici, ad tanta, totqз negocia obeunda, simul et itineru nr̃orum, longitudine ac difficultate, suum nobis consiliu perscribat, in quo loco potissimu, censeat Conuentu ipsu generalem celebrari, vt accepta illius sentencia, de indicendo illo, tempori statuere possemus. Officiu suu, et nobis rem grata factura. Que bene valeat.

In fine anni domini 1518 : quarta mensis Novembris. Sigismundus primus Rex Polonię Cracovia exivit ad Lituaniam ad Conventum Lituanicum : in Brzescie actum.

Initio anni 1519: die Tertia Januarij Sigismundus Primus Rex Poloniae. absoluto Conuentu Lituanico: ex Brzestie discessit ad Poloniam.

Eodem anno 1519. 18 Januarij eiusdem die Sigismundus Rex Cracouiam venit ex Brzestie.

Eodem die Serma dña Bona regina Polonię hora quarta noctis sequentis. primogenitam filiam suam Isabellam peperit.

SIgismundus primus Rex Polonie.
Isabelle Duci Barensi.

Illustrissima princeps et domina mater nostra charissima Retulit pag 160
nobis iste nuntius vestre Illustritatis, eam gratia Dei meliuscule
valere. que magna recepimus voluptate. Nos etiam
salvi et incolumes ex Lituania reversi sumus. eo quoque
die quo huc applicuimus videlicet 28 huius mensis. Serenissima
coniux nostra, filiam nobis levi et incolumi partu protulit.
quod solum inprimis cure nobis fuit. Et licet magis ex
re posteritatis nostre, et status regni dominiorumque nostrorum
fuisset, si filius natus esset, tamen cum illi ita pla:
cuit, apud quem rerum omnium est potestas, et cuius in:
comprehensibilia sunt iudicia, et vie investigabiles,
nos gratissimo animo id suscepimus quidquid nobis elar:
giri voluit. Sperandum quoque ut cum de sua benignitate
fecundam et facilis paritionis uxorem nobis dedit, filium
etiam aliquando daturum. Ceterum intelleximus
non sine gravi dolore nostro Cesaream Maiestatem decessisse
Novit enim Illustritas vestra, quanta nobis cum illius Maiestate
benevolentia et firma coniunctio intercedebat. Ante quam
vero illius Maiestas e vita decessisset, in omnibus nuntium nostrum
quem ad regem Catholicum in negotiis vestre Illustritatis misimus,
quantum expediebat absolvit. is propediem iam ut
nobis scripsit apud dictum Regem Catholicum constituetur.
Et non dubitamus eternumque defuncta Cesarea Maiestate
illum ubi necessarium nostris nobis gratificaturum.
Commendamus nos mutuo amori vestre Illustritatis. quam dominus
Deus nobis diutissime servet sospitem et incolumem.
Datum Cracovie Ianuarij 1518.

Ser^me^ princeps et domine nepos nr charme. Accepimus lras vre Mtis quibus nobis gratulatur de incolumi nro ex Litwania reditu. Pro quo favore benevolen^a^ et affectu in nos eiusdem Mtis vre, plurimas illi agimus et habemus gratias. De inopinata vero morte Cesaree Mtis tristissimum nuntium ante ex lris Regentum Austrie acceperamus: et tum e vestigio universe rei Chria^e^ iacturam, tum etiam singillatim vre Mtis dolvimus, dolemus qz etiamnum vehementer. Scimus enim quato amore illam complectebatur: quave cura et studio una nobiscum incumbebat, ad omnem honorem et bonu statu Mtis vre. Sed cum ita domino deo placuit, apud quē rerum omnium est arbitrium, ferendum est equo animo. Et quod ad nos attinet, intelligimus plane Ser^mus^ Rex et nepos nr amant^me^, omnem illius curam in nos iam recidisse, qos semper erit tanta, vt de nobis ipsis et liberis nris maior esse non pot. Quare nil unq de amore studio et officio in se nro dubitaverit.

Ceterum auctam Turcarum Tiranni potentiam, et eum pre ceteris vre Mti, et regno ipsius Vngarie infensum esse, scimus. Ita enim dudum ab eius oratore secreto didiceramus, et meminimus id tum e vestigio vre Mti significasse, illum videlicet nil magis statutum apud se et obfirmatum habere, q mox vbi a Syria et Egipto reverteretur, ipsum Vngarie regnum aggredi. Cum igr iam quod illi male vertat ita auctus et rerum potitus redit: generalis autem expeditio si qua futura erat hac defunctione Cesaree Mtis vel impedietur vel pro:

duretur. Rogamus plurimum Mtem vram ut una
cum Consiliariis suis, diligentius quam unquam alias de a-
vertenda hac procella imminente, curet et provideat. cui
nos quantum erit opis nre, et per difficultates nras nobis
licebit, omni facultate viribus et sanguine denique nostro
non deerimus. In quo autem postulavit a nobis,
ut aliquem ex Consiliariis nris ad se, ante festum Purifi-
cationis sancte Marie mitteremus: nunquam gravati
sumus quandocunque Mtas vra optabat, et nos tempori
certiores fecit, oratores nros ad illam, et quocunque usus
fuerit mittere. Verum et propter Conventum generalem
quem hiis diebus habituri sumus, cui omnes Consilia-
rios et regnicolas nros primarios interesse oportebit,
et quia cum alias sepius, tum vero nunc, adeo sero pro
ipsis Oratoribus ad nos scripsit, ut nedum ad expediendum
aliquem ex proceribus et Consiliariis nris. quorum quisque
in bonis suis haud prope degit, et raro apud nos esse
solet, sed etiam ad tabellarium mittendum vix tempus
suppeteret. itaque nullo modo in presens aliquem mittere
potuimus, ut in tempore isthuc applicaret. Rogamus
Mtem vram, ut deinceps si quid tale a nobis requisiverit
non gravetur id tempori significare, ut votis Mtis vre
in omnibus ita ut cupimus gratificari et satisfacere
possimus. cui ut diximus omni ope nra semper et
in cunctis eius necessitatibus adesse volumus. nec eam
ulla in re unquam deseremus. que felicissime valeat et
nos diligat.

Anno domini · M° · D° · XIX°
Conuentus regni actus in Petrkow in Februario.

De quo
~~Ad quem~~ quidem lr̃e infrascripte, misse fuerint ad Consiliarios . ad Capitaneos ad communem Nobilitatem: vna cum legatione ad Conuentus particulares

Constitutiones Conventus Petrkovien anni domini 1519

Sigismundus Dei gratia Rex Polonie. Magnus dux Litua etc.
Manifestum facimus per presentes universis. quia cum
in presenti generali Conventu Piotrkoviensi, de necessi:
tatibus reipublice, que foris incumbunt consuleremus,
domesticis etiam negotiis que meliorem ordinem
exigebant, providere volentes, siquidem non minus
detrimenti afferre solent omni reipublice, res minus debite
domi administrate, quam externe difficultates, de communi
consilio et consensu tam Consiliariorum nostrorum status
utriusque, quam etiam nuntiorum terrarum regni nostri,
has infrascriptas constitutiones, ad tres duntaxat
annos valituras edidimus.

Ac imprimis Constitutionem priorem de conscribenda una
formula Juris, et processu iudiciario in unum rogendo,
Statutisque corrigendis, ad effectum deducere volentes
quo ambiguitates omnes iuris et Statutorum ac diffi:
cultates hominum in consequenda iusticia tollantur.
designavimus Magnificum Andream de Tenczin Palatinum
Lublinensem tanquam superintendentem nostro nomine, ac
Venerabiles et generosos Joannem Grott Canonicum
Gnesnensem. Georgium Misszkowski Juris utriusque
Doctores. Joannem Splawski Posnaniensem, Stanislaum
de Casanow Sandomiriensem Judices. Nicolaum

Nicolau Tassiezki
Jo. Wietzwenski
in Carnissin

Gomolinski, antiquum. Nicolaum Lanzkoronski, Albertum Carzkowski Castellanum Crusswicien. heredem, Tribunum Ploczen. Joannem Herbort, vt hii petrconia pro festo sancti Bartolomei vna conueniant, modo meliori quo videbr Statuta discrepantia corrigant, abolita tollant. consuetudines et processus iudiciarios omnium terrarum et Palatinatuum regni in vnam formulam et obseruationem redigant. Quasquidem Consuetudines prius Palatini oes cum viris Palatinatus sui peritioribus conscribant, et ad nos pro festo S. Margarete proximo mittant.

Vt ordo debitus in iuribus et iudiciis obseruetur, et temeritas nonullorum in euocandis hominibus ad iudicia inpertinentia coerceatur: Statuimus quod Secularis seculare ad forum spirituale pro re mere seculari citans, aut actioni sue, persone spirituali cedens, pena viginti octo marcarum puniatur. cuius media pars nobis, altera parti aduerse cedet. quequidem pena iudicio Castrensi repetetur. Poena vero contra Spiritualem, euocantem secularem pro re ad forum Ecclesiae non pertinente, in Synodo generali proxima constitui debet. Et interim domini Episcopi officialibus suis committere, et prouidere tenebuntur vt Seculares persone ad iudicium spirituale pro re mere seculari non euocentur

Notarii terrestres, sint presentes circa positionem librorum Terrestrium. et inuenti secus facientes pena Statuti puniantur, et electio de more ad Palatinum et nobilitatem deuoluatur.

Commissarii de iure corrigendo, articulum pariter de Citationibus ratione redemptionis bonorum obligatorum

etiam sub Conuentu generali prosequendis et iudicandis, in vnam formam et modum obseruandi in omnibus terris, redigant.

Quia Terminus vt vocant Curialis, als Nadworni rok, multis hominibus difficultates afferre solet. propter quod interdum hii, qui negocia apud nos publica obeunt, passim et temere ab vnoquoque citari solent, et in actionibus publicis impediri: Statuimus quod deinceps nobis in Terris Minoris Polonie existentibus, nemo nisi in eisdem Terris domicilium habens, citari ad nos, Termino Curiali poterit pro Summa in Statuto contenta.
Et similiter nobis in Terris Maioris Polonie agentibus non nisi ex eisdem Terris Nobiles cittari ad iudicium Curie nostre debebunt. Cause vero coram nobis non terminate, ad districtum rei seu citati remittentur quas Judex Terrestris iudicabit etiam in terminis particularibus de quarumque summa pro qua coram nobis actio fuerit incepta.

Termini ad querelam vigore Mandati facti, non transponantur simul cum aliis terminis, sed semper in duabus Septimanis iudicentur. et non habeant dilationes nisi vnam. hoc est in Secundo Termino tanquam peremptorio iudicari possunt. Hec tamen Constitutio moderabitur et concordabitur per Commissarios suprascriptos, in omnibus deinceps Terris obseruanda

Capitanei et Tenutarii Bonorum nostrorum violentias Nobilitati in limitibus non inferant. nec eorum Limites per Commissarios nostros factos vi destruant.

Quia multe lre et priuilegia reperiri solent, partim abrasa: partim incerta, Statutum Sermi regis Alberti renouamus, vt limitationes bonorum fiant, non secundum lras et signa in eis descripta ad instantiam petentium, et re oculis non subiecta, sed iuxta senum testimonia presertim cum illius Mtas tam benignam et liberale constitutionem fecerit, vt cognitionem et distinctionem Bonorum nostrorum Dignitariis et Officialibus regni subditis nostris committeret.

Capitanei et eorum officiales, sint in terris vbi ipsa officia gerunt possessionati, iuxta antiquum Statutum. Alioqui suis officiis priuari per nos debebunt.

Inherentes Statuto dicti Serm Alberti regis, decernimus quod Theloneatores exigentes a Nobilitate Thelonea vel pontalia, in iure terrestri, de hoc citati respondeant.

Vnus duntaxat particularis Conuentus in terra Sandomiriensi iuxta antiquam consuetudinem celebretur, Conuentu Skrzinensi qui ex Speciali concessione nostra annis superioribus agebatur, abolito penitus & sublato.

Prescriptio Virginibus Monialibus ad bona hereditaria repetenda fiat a professione religionis viginti annorum. Equum enim videbatur fauore religionis, vt, cum illis prescriptio statui debuit: et nupte decennium habeant, ipse vt sponse Christi, et que in Claustris concluse et educate, tam cito rerum suarum cognitionem habere non possunt, duplum habeant

Iudices cum Subiudicibus prouideant, vt inscriptiones

iuste et diligenter per Notarios, in libros inscribantur et non mutentur. Ad quod et ille, qui actionem habebit, et res sua illi erit curae, intendat.

Notarii terrestres non plus nisi medium grossum pro Membranis iuxta antiquam consuetudinem ~~sub antiquam consuetudinem~~, sub pena quatuordecim marcarum recipiant.

Palatini circa institutionem rerum venalium sint diligētes iuxta Statutum. id quod officium pariter in aliis civitatibus tam spiritualium quam secularium, uti in nostris exerceant

Promittimus nos a debito bellice expeditionis nemini immunitatem daturos.

Statuta Regni contraria concordabunt, et dubia interpretabuntur suprascripti Commissarij.

Idem Commissarij facient et conscribent Instructionem de modo motionis Iudicis et eius purgatione, et ad quem fieri debebit motio invenient.

Ad componendas et discernendas iniurias subditorum nostrorum ex terris Russie, quas se habere ex ducatu Lituanie queruntur: deputavimus et presentibus deputamus Magnificos et Generosos, Ottam de Choderz Russie Martinum de Camenec Podolie. Andream de Tanczin Lublinensem Palatinos. Georgium Crupski Leopolien. et Capitaneum Belsensem. Joannem Sienienski Camenecensem: Castellanos. Stanislaum de Choderz

Marsaleum Regni nostri, et Capitaneum Leopo:
liensem. et Stanislaum Lanczkorunski Capitaneum
Camenecensem, vt cum Consiliariis et deputatis ex
Litnania pro festo sancti Martini proximo conueni:
entes, omnia debito modo cognoscant et cōponant.

Et pariter ad audiendas et componendas iniurias ex
parte Regni Vngarie, subditis nostris illatas, nuncios
qui cum Vngaris conueniant deputabimus.

Campiductor regni nostri iusticiam de militibus mer:
cenariis administret: qui in villis victum pro se,
equis ac familia sua recipientes solutionem non
faciunt.

Testamenta, contra Statutum per nos antea editum
condita, deinceps non confirmabimus. et que con:
firmata sunt, iure impugnari debebunt.

Quicunque ad Seruitium militare pecuniam receperint,
et pro ea non satisfecerint, nulla Cittatione premissa
per Capitaneos capiantur, et tamdiu in Carcere deti:
neantur, donec ibi et tempus seruicij quod facere de:
buerint expleant, et pecuniam acceptam restituant,
siue illi possessionati siue non possessionati extiterint.
Et qui prefinitam ac designatam conscriptionis diem
neglexerint, arbitrio nostro, aut Campiductorum nostrorum
punientur

Judices Terrestres et Castrenses, Subiudices et Notarij

sint iurati, et in primis terrestribus terminis iuramentum prestent, sub poena priuationis officii, Terrestres videlicet Iudices coram Palatinis suis, aut Castellano illius terre, Castrenses vero Iudices coram Capitaneis, aut Vicecapitaneis locorum, Sentencia tamen eorum, si quando retractata fuerit, honori, et bone existimationi eorum non nocebit.

Nemo deinceps tempore pacis, seu Eques, siue Pedes, pixides breues, quas Rusnicze vocant, deferre audeat. Ab hac tamen Constitutione terras Russie liberas esse volumus, que parata arma, contra insultus hostium, habere semper solent, et debent.

Pollicemur quod, cum bona nostra Krusswicza, et Radzieiow redimemus, Nobilitatem illam in antiquo Iure, et libertate, quam se habere pretendunt, de piscatione libera in Lacu Goplo, conseruabimus. Sed quia predicta bona cum obligata sint, de illis libere disponere non possumus, poterit ipsa Nobilitas, cum Capitaneis de Iure suo, et libertate agere, priusquam per nos vel Successores nostros fuerint exempti.

Non habentes literas, aut illas ammittentes super Thelonea longo tempore possessa, querent in ea re graciam nostram, et Successorum nostrorum.

Ad precludendum viam, ne periuria comittatur, et vt testes seorsum examinentur, dicti Comissarii ad formulam Iuris scribendam designati, modum inuenire debebunt.

Palatini et Officiales, caeterique dignitarii, sua officia diligenter exequantur, et ea non negligant.

Rustici vagi, qui ad diem tercium post suum in Ciuitates, vel Opida ingressum, seruitio, siue artificio se non applicuerint,

volumus, et statuimus, vt per officium Ciuile capiatur, et deti-
neantur, vinctiqz Compede, ad faciendos aggeres, et fossas
Ciuitatum, vel Arcium adhibeatur, ne et furta vel latrocinia,
ex eis multiplicetur, et Nobilitas seruorum et laboratorum penu-
ria prematur. Id quod et aliis omnibus in bonis suis facere
licebit.

De Salis deposito in Bidgostia, vel Thorunia instituendo, con-
sultis Zupparius meis, volumus necessitati subditorum meo-
rum oportuno modo prouidere.

Inscriptiones et resignationes bonorum in terra Siradien et Lancien
coram Iudicio et offitio Castren facte, sint firme et valide, ac
robur perpetue firmitatis obtineant, sine quauis introductione in
Librum terrestrem, quemadmodum in Capitaneatu Maioris Polonie
obseruatur.

Statutum Serenissimi olim domini Regis Casimiri Genitoris nostri de Co-
lonis, seu Cmethonibus violenter receptis, dicti Commissarii ad
Iura corrigen deputati, diffinient, declarabunt, et poenam constituent.
Diffinient etiam de Crinalibus maritatarum, et qui modus in
eis seruari debebit, instituent.

Ad supplicationes Consiliariorum meorum, ex terra Plocen, partem prouentuum
Succamerariatus Plocen, ab antiquo pertinentium, et per nos adepto-
rum, restituimus, et in pristinum Statum reducimus.

QVAE omnia et singula, vt premissa sunt, in omnibus suis punctis, condi-
tionibus et articulis, rata et firma esse volentes, de certa mea scien-
tia et deliberatione, consensuqz tam Consiliariorum meorum Status vtriusqz
qz etiam Nunciorum omnium terrarum Regni mei, statuimus et decernimus
robur debite firmitatis, ad tres, vt dictum est, annos habere debere.
Actum et Datum Piothrcomie, in Conuentione generali Sabbato proximo
ante Dominicam Quinquagesime M. D. xix. Regni mei xiij.

Petrus Tomicius eps Premisl. Vicecanc.
Georgio de Baisen Palat.o Marienburgen.
Capit.o Gnevensi

Magce dne, amice et fautor honorande. Doleus vehementer crudelibus et indignis modis, premi assidue subditos Mts Regie, ex terris Ordinis. Dubiiqz sumus et incerti, si bellu propterea dno Mgro inferri debeat nec ne. Sumus enim memores eoru, que vra D. recensuit, et postulavit in Conventu Piothrcoviensi preterito, nomine Csiliarioru et tocius Nobilitatis istaru terraru Prussie, hoc est ut Mtas Regia, bello aggredi dnm Mgrum, nequaqz in animu suum induceret, Nescio vero si utilius foret hoc tantu iugu semel excutere, an perpetuo tot ignominias et crudeles iniurias pati, Et forte opus erit aliquado bello easdem iniurias vindicare, et pacem nobis et subditis nris facere.

Causam huius dni Petri Straschinski habui comendata, libensqz illam promovi, cum Justicie, qua habet, causa, tum amore vre D. Cui semper gratificari studeo. Valeat et sit foelix vra D. et me diligat. Crac.

Petrus Tomiczky eps. Vicecancell[arius]
Joanni Epo Culmensi

Rme in Chro pater, et dne maior honoran, Durw et valde molestw est, nobis audire tot clades, cedes, et iniurias, quibus Subditi Mtis Regie, ex terris Ordinis, cotinue afficiuntur. Cum em dns Mgr cognoscat sibi vires no esse vt bellw nobis inferat, his saltem actibus cupit, ad aliquas sibi vtiles Conditiones pacis peruenire. Ego vero, no hac via procedendum illi esse ad comparada pacem censerem. Na eo, quod facit, plus exacerbat contra se et Mtem Regia, Auunculw suw, et omnes alios homines quorw beneuolencia, maxime sibi retinere deberet. Et cw abuti no cessat nimia mansuetudine et tollerancia euisdem Mtis, opus erit cogitare nobis, quomodo subditi istarw terrarw fiant securi à Crassatoribus, et ille cognoscat Mti sue ea displicere, que aduersus illos facit.

Non dubito vram Rmam D. iam intellexisse. Serenw dnm Carolum Regem Hispaniarw, concordibus omniw Principw Electorw votis et animis, in Vigilia sanctorw Petri et Pauli Apstorw, esse in Regem Romanorw declaratu. Quod illi, et Reipublice Chriane, foelix, faustumqz sit. Et preter id nulla alia Noua sunt apud nos ad preses. Me vre Rme D. comendo, et valere illam foelicissie desydero. Crac.

Petrus Tomiczki Eps Premisl. Vicecancell. Ebrehardo Ferbero Burgrabio Et Procosuli Gdanensi.

Nobilis et Strennue dne amice charme. Intellexi abunde ea, que mihi scripsistis, et Copiam lrarum Magni Comedatoris legi, et Mti Regie singula retuli, Non latent ista iam diu Mtem sua. Nam dns Mgr adhuc Berlini questus est cora fratribus suis de hac re, q videlicet haberet captivum Monachu, qui cofiteretur se instructu fuisse à nonnullis Subditis et Consiliariis Mtis sue, ad vite illius interitu. Et cu apud Mtem sua in Nupcys fuit dns Marchio Casimirus frater illius, inter caetera dni Mgri facta id illi Mtas sua exprobravit. Ego doleo vos in numero istoru inculpatoru esse. Sed cu ea res nullu habeat fudametu, captivis fides dari no debet, qui in aliena potestate costituti id referut, quod illis precipitur. Neqz eciam vos qsqz culpat cora Mte Regia, vbi locus esset, Nihil eni vnqz dns Mgr sue Mti de hac re scripsit. Movere vos nihil debet hec frivola inculpatio, neqz timedu est, vt aliqd honori vro officere possit. A vi ecia qualzt Mtas Regia vos tanqz fidelem suu Subditu, semp tueri vult, et poterit.

Fuissem contentus quod misissetis papiru talem, qualem dns Balinski designaverat. Sed cu proba Crac ad dnm Bedlenski Scholasticu misistis, boni cosulo, et rogo cu edocebimi illuc qualis esse debeat illa multatis.

Burgrabiatu Mtas Regia vobis liberali aio cotulit. In qua re quod amici fuit officiu. ego no pterrmisi. Poetr valeatis.

Legatio a Dominis Consiliariis Vngarie ad Sigismundum primum regem Polonie v. Marcij 1519.

PRemissa salutatione Serenissimi domini nostri Ludouici Regis sacre huius Regie Maiestati nunctiata, presentatisque litteris sue Maiestatis Comendaticiis, tandem premissa oblatione seruitiorum, dominorum Prelatorum, Baronum, ac Nobilium, tocius Regni Hungarie, presentatisque litteris Credencialibus, ipsorum prefatorum Dominorum, Prelatorum, Baronum, ac Nobilium tocius Regni Hungarie, hoc tenore seriem Legationis, coram ipsa Maiestate Regia orsi sumus.

SErenissime Rex. Fraternus ille amor, quo Maiestas vestra Serenissimum dominum Ludouicum Regem, dominum nostrum graciosissimum, prosequitur. et Regia Maiestatis vestre beneuolencia, quam erga Regnum Hungarie semper habuit, et multis in rebus declarauit, animum nobis dederunt. Ipsa vero necessitas, quam pene intollerabilem iam patitur, quodam modo nos compulit, vt ad Maiestatem vestram hoc tempore, nomine tocius Regni confugeremus. et consolaremur, declaraturi onera, que Regnum ipsum patitur, vix tollerabilia, et pericula que eidem multo, quam vnquam alias, grauiora incumbunt. Quibus auertendis atque propulsandis, omne studium, omnem operam, facultates. et vires nostras hucusque impendimus. Sed iam adeo creuerunt, vt maiora, quam ferre vlterius possimus, videantur. Que licet, cum ceruicibus nostris proxime impendant, nostra

solum esse videantur: talia tamen sunt, que procul dubio, nisi q3 primum obuiam eatur, in totius Christianitatis detrimentum, redundabunt. Que quidem omnia etsi Mti vre, cum ob Regnorum suorum vicinitatem, tum quod Hungarie Rei conditiones Mtas vra per certos annos viderit, magna ex parte cognita esse possunt. Pro illa tamen spe et fiducia, quam Regnum ipsum Hungarie, post Principem suum gratiosissimum, in Mte vra collocauit, nos ad Mtem vram Orcs misit, vt eam coram aperiremus Mti vre declararemus, et ab eadem tum Consilium, tum auxilium in hac extrema eiusque Regni necessitate imploremus.

Tandem declarauimus, vti Regnum Hungarie, ne sibi deesse, aut ea, que ad sui conseruationem pertinent, negligere videretur, ternas anno elapso habuit Conuentiones. In quarum vltima, quid pro augmento dignitatis, regiminis, authoritatisq3 Regie Mtis, dni nri gratiosissimi, dni Prelati, Barones, et Nobiles prestiterint, clare Mtas sua ex Articulis, sue Mti per nos pntatis, intelligere potuit.

Deinde causas, cur Regnum Hungarie, contra potenciam tanti hostis, vel ad sui defensione impar videatur, sue Mti exposuimus, Continua scilicet bella incuria Christianorum Principum, qui succurrere saepius requisiti, neglexerunt, Ingensq3 et valida hostis potencia, que non Christianis solum, sed et barbaris omnibus, formidini esse coeperit.

Insuper Regia Mtas dni nri graciosissimi, poterat cum Imperatore, seu Tyranno Thurcarum, foedus inire, latissime Mti sue ostendimus, Nam constituendi foederis gracia Mtas dni graciosissimi, huc usq3 apud se solennem ipsius Imperatoris

Thurcarum Legatum detinet, Quod Mtem Regiam fecisse cum monitis Sūmi Pōtifics, tum Consilio Cæsareę Mtis, pię mēorię imp defunctę, ob spem Expeditionis gnalis, diximus, Sed quid post Cæsareę Mtis obitum Thurcarum Cæsar sibi faciendum ducat, quove se resolvat Mtas Regia, et totum Regnum, non satis exploratum. Licet Thurcarum Imparator quendam suum hominem satis vilem, ad Comitem Bathien, ad Mtem Regiam suis cum lr̄is miserat, quibus tūc q̄ȝ pacem optare videbatur: lr̄ę tamen ipsę plenę erant suspicōis, cum propter alia, tum q̄ in lr̄is ad Mtez Regiam datis nomen Mtis suę mutaverat, Scripserat etēm Sigismundo Regi Hungarię, et non Ludovico, Cui quidem Imperatori Mtem Regiam rescripsisse diximꝰ se mirari, cur nomen ipsius mutaverit, quod facile ab Oratoribus suę Mtis illic agentibus innotescere potuerit, Et ubi mutationis causam cognoverit, de pace illi mox se se responsuram. Quid aūt Imperator Thurcarum postea cogitaverit, vel q̄d statuerit, nondum pro comperto haberi. Fecisse aūt hanc dilationem Mtem Regiam in negotio pacis conficiendę, non tam propter nominis mutationem, cuius error corrigi facile, adhibitis cautelis, potuisset, q̄ȝ ut animos, Pontificis, et Cæsaris tunc viventis, de futura expeditōe accuius exploraret, et quid sibi faciendum foret, maturius consuleret.

Postea Mti suę declaravimus, q̄ licet Thurcarum Imparator ineundę pacis consilium non mutet: attamen Mtas sua Regia, nondum se resolvit, pacem ne magis (si modo

oblata fuerit) an bellu suscipiat, Nam plane incertu est, vtrum sit periculosius. Si enim bellu suscipiet, vel dud susceptu continuabit, impar est viribus, Si pace amplectetur, in pace sæpius maiora Regno Hungariæ damna, q3 in apto bello, ille hostis intulit.

Quamobrem Serme Mti sue, in persona dominorum Prelatorum, Baronum, ac totius Regni Nobilium supplicavimus, tanq3 dno nro clementissimo, Regia Mtas sua dignetur, tum pro charitate Nepotis sui dni nri graciosissimi, cuius ipsi dni Prelati, Barones, ac Nobiles, in hac imbecili, teneraq3 ætate sua, ex fidelitatis ipsorum offitio, curam gerunt, tum pro Regni in Mtem suam perpetua obseruancia et Seruicijs, que eidem pro virili ipsius, sinceris semper affectibus exhibuit, Et q, si rebus suis consultum melius fuerit, tum ecia pro salute Regnorum sue Mtis, et totius Christianitatis, has necessitates, hec pericula, Regno Hungarie impendencia, generoso, Regióq3 animo suo, perpendere, et rebus Regni nostri afflictis, tum consilio, tum auxilio, quatenus per bella, que ipsa cotinue, cum hostibus suis gerit, licuerit, gratiosius adesse. Quo benefitio Mtas sua Regia, Regnum hoc Hungarie, ex deuincto deuinctissimu sibi reddet.

Quoniam aut hostis ipse propinquus est Moldanie, et ad illa occupandam, iampridem aspirat. Cuius Prouincie ammissio, non minus esset Regnis sue

Mtis, q3 Regno Hungarie periculosa, Propterea rogamq Mtem suã, nomine dnorum Prælatorũ, Baronum, ac Nobiliũ Regni Hungarie, vt Mtas sua dignetur committere Officialibus suis, et Capitaneis Generiũ suarũ, ad fines Moldanie constitutis, vt si quando Vayvode Moldanie necessitas ingruerit, si hostis Prouinciam illam inuadere, vel occupare conatus fuerit, pro conseruatione et defensione eiusdem Prouinciæ præfato Vaynodæ succurrere, et auxilio esse debeat.

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie datum Oratoribus Vngaris Petrkovie. 6. Marcii . 1519.

Legatio D. vrarum, Magci dni Oratores, hec in Summa cotinebat. Retulerunt in primis Sermum dnum Ludouicum Regem suum, pro eo amore, quo Sacra Mtas Regia, illius Mtem complectitur, et filii sui loco habet, Proque ea beneuolentia, quam Mtas sua Serma, erga Regnum Hũgarie gerit, et multis argumẽtis declarauit, adductam illius Mtem, dnosque Consiliarios, et Nobilitatem Regni Hungarie fuisse, vt vras D. huc in preses mitterent, et suas, Regnique sui necessitates eius Mti Serme declararent.

Retulerũt deinde, que gesta et Statuta sunt pro bono Statu et regimine dicti Sermi dni Regis Ludouici, et Regni Hungarie in Conuentibus Thulnen et Bacnen, et Capitula Constitutionum ipsorum obtulerũt.

Exposuerũt demum bella, et labores Regni Hũgarie, in sustinẽdo, arcendoque Thurcarum impetu, et aucta nunc Imperatoris ipsorum potentia. Cum quo potuisse illius Mtem, et Regnum suum Hungarie dudum foedus inire, nisi à Sũmo Pontifice, et olim Caesarea Mte fuisset retracta, et spe Generalis Expeditionis vsque huc alita. Censereque illius Mtem, ipsum Thurcarum Imperatorem, maxime defuncta Caesarea Mte, cum nihil amplius agat, actum de Induciis, quas alioqui pro vsu et libidine sua infringere

consueuit, omne studium et impetum suum in se et Regnum suum Hungarie conuersurum.

Postularuntque vestre D. nomine illustrissimi Maiestatis, ac dominorum Prelatorum, Procerum, ac totius Nobilitatis Regni Hungarie, vt in tanta sua, et Regni sui Hungarie difficultate, Maiestas sua Serenissima, illustrissimi, vti consilio et auxilio suo adesse dignaretur, Ac vbi Thurcus ipse, terram Moldauie adoriri vellet, eius terre Maiestas sua suppetias ferri gentibus suis finitimis mandaret.

Ad hec Maiestas sua Serenissima, committere mihi dignata est, ita D. vestris respondere. Imprimis Maiestas sua Regia, pro debito, et summo suo amore, quo Serenissimum dominum Regem Ludouicum non secus quam filium suum complectitur, proque ea beneuolentia, qua gerit erga Regnum ipsum Hungarie, Cuius in se non vulgaria officia, et singularem propensionem semper cognouerit, nihil aeque libenter audiret, quam illustrissimi Maiestatis, Regnique ipsius Hungarie Statum et successus, quam foelicissimos. Nihil item dolentius ferre posset, quam vbi sinistre aliquid (quod omen dominus Deus procul auertat) illustrissimi Maiestati accideret, Cuius Statum et euentus omnes, communes cum suis reputat. Vtque eius studii et affectus sui, nullum vnquam officium, Maiestas sua pretermittere voluit, quo intelligebat se illustrissimi Maiestati, Regnoque ipsius Hungarie commodare, et gratificari potuisse. Neque vnquam grauata fuit eius Maiestas Serenissima, cum Nunctios et oratores crebros, tam in Hungariam, quam etiam in Bohemiam mittere, tum omnia alia exequi, que illustrissimi Maiestati et Regnis ipsius expedire videbantur. Idemque et in posterum Maiestas

sua, semper, quando usus fuerit, facere curabit.

Articulos et Capitula Constitutionum Comitetus Thulnen. et Barrien. abunde Mtas sua intellexit, et solicitudinem dnorum Consiliariorum, et uniuerse Nobilitatis Regni Hungarie, quam de Sermo Rege suo gerunt, comendat. Judicatque easdem Constitutiones, et bono Statui ipsius Sermi dni Regis Ludouici, et Regno uniuerso Hungarie pro: futuras, dummodo ad effectum et executionem deducerentur.

De aucta vero Thurcarum Imperatoris potentia, deque bellis actis Regni Hungarie cum illis, et que pericula nunc ipsi Regno Hungarie immineant. Mtas sua Serma non igno: rat, et plane omnia intelligit. Habebatque et ipsa spem non modicam, futurum aliquando, ut et Summus Ponti: fex, et alii Christiani Principes, in eam curam incumbe: rent, quo Regno Hungarie, quod ceruicibus suis tantam molem discriminis, uniuerse Reipublice Christiane sustinet, auxiliis oportunis adessent. Futuramque eam expeditionem generalem in effectu, que magnis au: spicijs et animis agi et tractari est coepta. Verum sublata ab humanis Caesarea Mte, que potissimum hoc negocium, agere et conficere debuit, neque certum sit, quando alter sit Caesar futurus, et qualem sit ipse animum, vel etiam facultatem, ad exequendam ipsam Generalem Expeditionem habiturus, nullo modo persuadere sibi potest Mtas sua, ut eadem Ge: neralis expeditio, etiam si futura fuit, tam cito, ut opus videtur, ad effectum deducatur.

Et proinde consulit, et optat Mtas sua Regia, vt Sermus dns Rex Ludouicus, cum Consiliarijs et Subditis suis, mature domi rebus suis prospiciat, et prouideat ita Regno suo, non inherendo pollicitis aliorum, vt Tyrannus ille vel furorem suum alio conuertat, vel conuersam in se, Mtas illius, propulsare possit.

Suadetq; illius Mtas, vt ipse Sermus dns Rex Ludouicus et dni Consiliarij ipsius, Inducias, cum eodem Tyranno, denunctiata prius re et necessitate sua Sūmo Pontifici, suscipiant. Nā et eius Mtas, intelligens hanc expeditionem gnalem, difficulter vel tarde processura, vellet simul cum illius Mte, et ipsa Inducias cum eodem Imperatore Thurcarum suscipere.

Quod vero ad Mtem suam Serma attinet, hec, vti coepit, et pro debito suo ac perpetuo amore erga illius Mtem, ac in Regnum ipsius affectu et beneuolentia, nulli vnq; opere et impendio suo parcet, quin pro virili sua Mti illius, ipsiusq; Regno Hungarie semper adsit. Que vtcumq; grauissimis bellis ac difficultatibus domi distinetur, nihil tamen vnq; pretermittet, quod pro illius Mte, et Regno ipsius Hungarie, praestare poterit, ac illi per ipsa bella et difficultates domesticas licuerit, Namq; id inprimis diligenter curabit, vt si que vis terre Moldauie ingrueret, ei cū gentibus suis, iuxta vim foederum, suppetias ferat, Ac alia omnia exequatur, quibus se aliquo modo illius Mti, vti nepoti suo amantissimo, et Regno eius Hūgarie

cui est affectissima, commodare et gratificari posse intelliget.

Superioribus diebus Mtas Regia intellecta quadā difficultate, Rmi dni Carlis Ferrarien, illic in Regno hungarie, ratione cuiusdā Abbacie, et aliorū Sacerdociorū suorū, scripserat et Sermo dno Regi Ludouico, et dnis Cōsiliarijs, postulando, vt ipsū Rmū do. Carlem impetere et turbare nō pmitteret, quādoqđ hec Sacerdocia que habet assecutus fuit in supplemētū commutationis Archiepatus Strigonien, pro Agrien, in gratificatioē Sermi dni Regis Wladislai. Et pinde cū res iusta sit, et idem dns Carlis sit nunc affinitate, et Sacre Mti Regie, et ipsi etiā Sermo dno Regi Ludouico coniunctus. postulat Mtas sua à vris D. vt agant eius noīe, apud eundem Sermū, dnm Regē Ludouicū, dnos Consiliarios, et Regnicolas Hūgarie, quo ipsum dnm Carlem, in Juribus et possessione suorū Sacerdociorū, et Abbatiae permittant, Molestissimū enim esset Mti sue audire nūc durius cū illo agi, qđ alias cū hec affinitas inter Mtem suā, et illū non intercessit. Vbi vero hanc intercessionē Mtis sue, ipse dns Cardinalis sibi pfuisse cognouerit, curabit vicissim Mtas sua, et Sermo dno Regi Ludouico, et toti eius Regno Hungarie, et singillatim vrīs D. omni sua gratificatione referre.

Sigismundus . I.s Rex Polonię Consiliariis et Nobilitati regni Vngarię

Rmi ac Reveren in Chro patres, Spectabiles et Magci, Generosi et Nobiles, amici charmi, et sincere nobis dilecti, Intelleximus factam esse quandam Constitutionē in Conventu Baccien preterito. vt qui plura q3 vnū Sacerdotiū in Regno isto Hūgarię obtineret, illis privaretur, Quę Cōstitutio potissiū in detrimentū Rmi dn̄i Carlis Esten vergeret, vt pote qui iā p Monasterio in Tapolza graviter esset impetitus, Nos, qui cōpertū habeus, quātū ipse Rmus do. Carlis prestiterit Sermo dn̄o Wladislao Regi, Germano n̄ro desyderatissimo, in restituendo eius Collationi Epātū Agrien. quātūq3 damni subierit, in pmutacōe eiusdē Epātus, pro Archiepatū Strigomien, dū ea re dicto Sermo olim dn̄o Regi, obsequi et gratificari studuit, atq3 eius dāni ratione, non sponte fuerūt ei, per illius Mtem hęc Sacerdocia, quę nunc obtinet, concessa, non putavimus illi, cū primū id cognovimus, opā n̄rā deesse. cum ꝑter hoc, iniuriū nobis videtur, eū beneficiis privari, Tanta nobis cū illo benevolēcia, et coniunctio intercedit, vt omne ipsius negociū, ꝓinde atq3 n̄rū ꝓpriū existimeus. Postulaus igr̄ a V. D. opā sua prestare velint, cū apud Sermū dn̄m Regem, et Nepotem n̄rū charmū, tum inter se ipsos in cōmune, ne dictꝰ Rmus do. Carlis hac iniuria indignissime afficiatur, Iuraq3 ipsiꝰ in firmitate et robore suo conserventur, Quare officio et viribus itidem suis non deerunt, et nobis plurimū

gratificabuntur, Qui vicissim D. vris, volumus omni beniuolencia et fauore nro Regio, quacumqz in re opus videbitur semper adesse, Que foelicissime valeat,

S. I. Rex . Pol.
Ludouico regi Vngarie et Bohemie.

SErme Princeps, et dne Nepos noster charme. Significauit nobis Serma dna Coniux nra, sibi nunciatum esse, quater in Conuentu Baccien pto. Regni Mtis vre Hungarie, quedam sit Constitutio facta, ne qs vltra vnum Sacerdotium, in ipso Regno Hungarie possideret, Idqz specialr aduersus Rmum do. Car^lem^ Esten, vt que eciam tum absqz Juris eius cognicoe, decretum fuerit Monasterio in Thopolza priuandum, Que res no potuit nobis no plurimum esse molesta, Quippe exploratum iampridem habentes, singularem virtutem, et veras Pncipis dotes di:cti Rmi do. Car^lis^ eum et amare e vestigio coepius, et Mti vre, Regnoqz ipsius, no mediocri comodo et ornameto esse iudicamus, Sed et no vulgaris affinitas, qua nobis co:iunctus est, facit, vt ipse, et eius oia negotia aeque nobis cordi sint, atqz nra propria, Preterea no ignorans, quantum ipse olim dispendii ceperit in pmutatione Archiepatus Strigomien pro Agrien, dum studuit Sermo quondam patri Mtis vre, et Germano nro desideratissimo, gratificari, quantumqz meruit, reducta, summo suo labore, Collatione Epatus Agrien, ad illius Mtem: Proindeqz ea Sacerdo:cia que habet in Regno Mtis vre, fuisse illi, no ex gracia illius quondam Mtis, sed pro additamento suscepti, in permutatione, damni, concessa. Vnde iniquissimum foret, vt pro eius obsequio, &c Preterito

gratificatione, facta, cum suo ecia detrimento, predi-
cto Sermo quondam Parenti vre Mtis, nunc his Sa-
cerdociis priuari deberet, quibus eius dispendium, fu-
erat vtcumqz resarcitum. Quare cum primum id in-
telleximus, deesse illi hac in re noluimus. Rogamusqz
omni studio vestram Mtem, vt eundem Rmum dnm
Cardinalem, cum Iusticie et aequitatis causa, tum ecia
intuitu nostre cum illo singularis beneuolencie et con-
iunctionis, conseruare et tueri, in retinendis et fruen-
dis suis beneficiys et Iuribus dignetur, Rem profe-
cto neqz digniorem se, neqz nobis vllam, aeque gratam
prestare poterit, Quam vicissim illi, omni studio, amo-
re, et gratificatione nra semper referemus. Foelicis-
sime valeat Mtas vra, et nos diligat.

Ludovicus Rex Vngariæ et Bohemiæ Sigismundo primo regi Poloniæ

SErme Princeps, Patrue nr charme, Lras Mtis vre, in fauorem Rmi ac Illmi, dni Hyppoliti Carlis Agrien, ad nos datas accepimus, quibus Mtas vra affatim declarans, quanti faciat preclaras animi dotes, et eximias virtutes ipsius dni Carlis, quantoqz amore et beneuolentia eundem, cum propter hmoi virtutes suas, tum propter illam affinitatem, que Mti vre cum illo iam no vulgaris intercedit, nos hortatur et rogat, vt ipsum dnum Cardinalem in Abbatia sua de Thapolza, quam huncusqz possedit, Constitutionibus Bachien in contrarium editis, non obstantibus, conseruare vellemus, et priuari eundem non pateremur, Hoc maxime considerato, q magnum in permutatione Archiepatus Strigonien dispendium susceperit, et Abbatia ipsa in aliqualem recompensam hmoi dispendii, eidem dno Carli concessa fuerit, Quodqz Collationem predicti Archiepatus ad Jus pene Mtis, et consequeter nrm, de manu Pontificis reducendum curauit. Serme Rex, nihil profecto est nobis gratius; qz Mti vre, oibq in rebq semper gratificari, Verum hec res no paruam in se difficultatem habere videtur, maxime, q gnali Regnicolarum nrorum decreto, sancitum est, vt conexa Sacerdotia dissoluatur. et nemo, preter vnum tenere possit, Et ad huiq Costitutois obseruatom Juramento se se ipsi Regnicole nri obstrinxerut, Accedit ad hac difficultatem hoc qz, q in presenciarum, maximis et grauissis occupatoibq cum oibq

Regni nri Bohemie, Ducatq Slesie et Marchionatus Mora-
vie, qui solennes et magno numero, apud nos sunt, distinent:
vsq3 adeo, vt dw operosa Regni nri Bohemie, et aliarum
Prouinciarw negocia, plena curarw et laborw tractamus,
res Hugaricas parumper suspendere nos oportuerit, Quibq
fit, vt tam subito de hac difficultate, que in causa dni
Cardinalis incidit, resoluere nos nequeams. Quamobrem
visw nobis fuit, vt Nuncim et Cursore Mtis vre in presés
dilata responsioe remittams, ne hic apud nos resolutioné
deliberaroezq3 nra expectando, insto diucius imoretur.
Cw primw aut Ores pdictorw Regnorw nrorw absolueris.
e vestigio res Hugaricas tractadas aggredietur. neq3 tunc
petiom Mtis vre, p ipso dno Carli apud nos facta obli-
viscetur, sed quantw in nobis erit, et qntw maxie poterig,
enitetur, vt in causa ipsius dni Carlis, Mti vre gratificari
possig. Qua in re, etsi spem certa dare no possumq, opa
tame certissia pollicetur, nihilq3 nos ptermissuros, dw ad
negotiw hoc tractand ventw fuerit, quod ad tuenda di-
gnitate, et ad vita dispédiw, ipsius dni Carlis pertinere
arbitrabimr, Quicqd aut secutw fuerit, Mti vre aliis lris
nris, ppedie pscribeq. Efficiemsq3 vt Mti vre, a nris q3
Cósiliariis, ad quos ipsa in ead causa lrás dederat, tuc
pariter respondeatur, Quos, si nunc Mti vre, non responde-
rint, excusatos habere dignetur. Satis em in presens esse
putamus, si dilate responsionis nre causa, lris solummodo
nris Mti vre significaretur. Qua Deus optims Maxims,
incolumem et felicem q3 diutissime conseruet. Datw
Bude feria quarta proxima post festw beati Va-
lentini Martyris. Anno dni Mo. Do. XIXo. Regnorw
nrorw, Hungarie et Bohemie etc. Anno tertio.

Summa Legationis Caroli Ducis Minsterbergensis Dicta coram Sigismundo primo rege Polonie feria Quarta proxima ante Palmarum Cracovie 1519.

Imprimis post salutationem dixit, qua confidencia habeat Sermus dns Rex Ludouicus de Ste Regia, et quod eam colit vt patrem charum, et in ea spem sua omne collocauit, petiuitqz vt cum Caesarea Mtas excessit e viuis, cui cura sui, vnacum Mte sua, erat per Sermum olim Wladislaw Regem commissa, Mtas sua dignetur consulere, ita vt hactenus fecit, de bono et comodo illius Mtis. Dixit eciam, quod nescit ipse Sermus dns Rex Ludouicus, quid sit futurum de Sorore sua, que est in Germania. Et quomodo dni Australes, narrauerint Mti sue, Sermum dnm Regem Hispanie, scripsisse eidem Sorori illius Mtis quod adhuc non esset diffinitum inter se et fratrem suum Ferdinandum, cui ipsa in Matrimonium cedere deberet. et ob hoc, velle se breui apud ea futurum, et ibi cum ea de his rebus lacius tractaturum. Ipsa tamen eadem Soror, nihil scripsit de hac re fratri suo prefato Sermo dno Regi Ludouico.

Preterea dixit, quomodo processum fuit contra dnm Bornemissa, vt Castra, que habet, libere dimitteret, iuxta decreta et articulos Conuentus Batien, et quibus causis adductus ipse dns Bornemissa, eadem Castra dimittere nolebat, Et similiter Charlazki, et qualiter nonnulli dni Maiores proposuerant medium hoc Mti illi Regie, vt faceret prouisorem Castri Buden ipsum dnm

Bornemissa, vt ita Castra, que nunc tenet, quiete retinere
posset, Et quomodo postea in aduentu dnorum Bohemorum,
cum dns Cancellarius Regni Bohemie, recognouisset pala
coram Mte Regia, quomodo concessa fuerunt Castra
predicta dno Bornemisse, per Serenum olim dnm Wla:
dislaum Regem, et quomodo ipse eum obligauerat no di:
mittere eadem Castra, nisi cum ipse Serenus dns Rex
Ludouicus ad annos, et etatem legittimam peruenirет.
Rursum dni Hungari, instabant cum assessoribus, vt Ca:
stra, tam dns Bornemissa, quam dns Charlaczki, que tenet,
dimitterent. Et cum Mtas Regia, proposuisset medium pre:
dictum, per ipsos dnos sibi propositum et inuentum, dni ipsi
egre tulerunt id, tanquam illos Mtas sua in contentione
cum Assessoribus, et communitate in Discordiam deducere
vellet, eo quod dixit Medium illud, tanquam à dnis sibi propo:
situm et consultum, et quod tunc multo magis omnes insta:
bant, vt Castra predicta dimitterentur, dictumque fuis:
se per dnm Strigonien Mti Regie, quod si id facere nollet,
eorumque consilia obaudisset, vellent eum pellere de Re:
gno, et alium Regem sibi eligere, Et licet statim postea
hec verba tam acuta, ipse dns Cardinalis moderatus
est, dixit enim, quod nisi id facere vellet Mtas sua et exe:
qui, quod per eos est consultum, quod sibi Gubernatorem
in Regno constituere vellent. Verba tamen illa
de pellenda Mte sua de Regno, absque vlla circuitione
dixit, Et quomodo postea in domo Cardinalis Stri:
gonien domo, cum omnes dni cum Assessoribus conue:
nissent, et dns Bornemissa inter eos eciam venisset,
facta fuit grauis seditio, fueruntque circiter mille En:
ses stricti contra dnm Bornemissa, Et nisi dominus
Cardinalis Sedens in sella sua, rem hanc acerbitate

verborum suorum diremisset, et Bornemissa inprimis.
et deinde alii dni, venissent ad magnum vite discrimen,
Et quod postea, Assessores presertim, non ausi fuerunt ve-
nire ad Castrum, Persenserunt enim illic quosdam homines
esse collocatos, nisi prius eos Mtas Regia securos esse
iussisset etc

Item dixit de his, que egerunt dni Bohemi apud Mtem
Regiam, et quod vocarunt Mtem suam ad Regnum, In quo
omnia bona Mtis sue, vacua omnibus debitis, tradere
illi vellent, modo veniret ad Regnum suum Bohemie, et
facto debito suo, sola eis imperaret, Alterius enim cuius-
cumque Imperium nollent ferre. Et quomodo dni Hun-
gari consenserunt se missuros Mtem Regiam ad Reg-
num Bohemie, et statuturos Mtem suam, ad diem
sancti Joannis Baptiste proximum in Posonio. Et inde
cum dnis Bohemis iret ad Regnum suum Bohemie.
nisi Thurcus inuaderet Regnum Hungarie, hanc solam
exceptionem fecerunt ipsi dni Hungari, Quamvis
autem Thurcus scripserit alias litteras Mti sue post illas
primas, in quibus fuit error in nomine commissus,
quod vellet pacem et Inducias cum Mte sua, et Regnis
suis amplecti, Et ob hoc timendum non esse, vt aliquid
hostile aduersus Regnum Hungarie faciat, Volens
tamen Mtas sua, que summopere cuperet ire ad Re-
gnum Bohemie, vt nullum impedimentum illi prestetur
in Rakosch futuro, et ne aliquid contra eam, et factum
suum ibi committatur, rogat vt Mtas dni mei, mittat
ad eundem Conuentum proximum, dnum Archiepum Gne-
znen, et dnum Palatinum Lublinen, qui admoneant
dnos et Regnicolas illos, ad obseruanda Decreta

Conuentus Batiensis, et vt in executionem ponantur,
Preterea, vt mittant Mtem sua ad Regnu Bohemie, et
eam no retineant, Et q iydem dni Oratores comitetur
ecia Mtem sua, et ei in omnibus rebus agendis cosu-
lant, Habeantqz secu aliqne no paruu numeru Eqtum
quonia et dni Bohemi, dni Morani et Duces Slesie,
habituri sunt ecia ad illud tempus circiter mille hoies
secu. Nam ex his, que dixit do. Notarius Regni Bo-
hemie, contra dnm Vayuoda Transyluanie, et dnum
Albertu Perstinski, et que vnus ex Assessoribq dixit
ad dnm Ducem Carolu, q Rex eoru Sermus dns
Ludouicus, no posset diu viuere, quonia cito et subito
cresceret, et qui cito crescut no solere esse longeuos, fa-
cile deprehendi potest, Hungaros cogitare aliqua de Do-
mino suo, Vt ergo securius Conuentu predictu trasi-
gere possit, necessarii erunt Ores Mtis Regie, etc.

Quod si dni Hungari, forte noluerint dimittere Sermum
dnm Regem suu ad Regnu Bohemie, rogat idem
Sermus Rex Ludouicus, vt Mtas Regia dignaretur
secu conuenire in Leuttschouia, et ibi cu de alijs
rebus necessariis, tum de pfectione Mtis sue in Bo-
hemiam constitueret.

Item dixit de citatione dni Carlis et Archiepiscopi
Moguntini, qua citauit duabus Septimanis ante
Carnispriuiu, Sermu dnm Regem Ludouicu, tanqz
Electorem Sacri Romani Imperii ad electionem
noui Impatoris in Frankfordia, ad diem sancti
Viti proximu, Et si sola Mtas sua comparere
illic non posset, quod mitteret Oratores suos, cum

plena facultate etc. et rogavit nomine eiusdem Serenissimi
domini Regis Ludovici, ut consuleret illi Maiestas Regia, quo-
modo se in ea re gerere debeat pro sua dignitate, et con-
servando Iure Regni Bohemie etc. Rogavit eciam
Ut consuleret Maiestas sua, quid in re Sororis sue, que est
in Austria facere deberet etc.

Dixit eciam de Moneta Swidnicen, et rogavit, ut eam
Maiestas Regia admittere velit, ut suscipiatur in Regno
suo, Cuditur enim ad non parvum emolumentum Serenissimi domini
Regis Ludovici, ex quo emolumento, nonnulli proventus
Maiestatis sue in Districtu Swidnicen redimi deberent, Et
quemadmodum Moneta Maiestatis Regie accipitur in terris
Serenissimi domini Regis Ludovici, ita eciam Monetam istam
permittat recipi Maiestas Regia in Regno suo, Quoniam
ipse Serenissimus dominus Rex Ludovicus, non diu vellet cudi
facere eandem Swidnicem monetam, Et pro hac bene-
volencia Maiestatis sue in se, vellet agere cum Statibus Slesie,
ut tota Slesia uteretur Sale Maiestatis sue de Polonia, saltem
ad vitam Maiestatis sue, Cuius quidem Slesie ferme due
partes sale Regni Polonie non utuntur. Vellet insuper
ipse Serenissimus dominus Rex Ludovicus agere, ut una esset
Moneta sub uno gradu et valore in Regno Bohemie,
terra Slesie, et Regno Polonie, etc.

Dixit postremo de domino Marchione, quod querunt modos do-
mini Hungari, ut eum removeant a latere Serenissimi domini
Regis Ludovici, Similiter dominum Bornemissa, Et si illi
a latere Maiestatis sue removerentur, esset ipse dominus Rex Ludo-
vicus in magno periculo, Nam et servos externos noluit

adhibere Mti sue, nisi se obligent, pro seruitio suo receto, non nisi Jure in Regno Hugarie agere, non aut diffidationibus, aut Repressalijs. Quare et Threpka, et alii ãtigni Aulici Mtis sue discesserunt.

Commendauit ipsum dnm Marchionẽ, et eius fidem, et sedulitatem, quam habet circa ipsum Sermum dnm Regem Ludouicum, et exposuit sumptus graues, quos facit in Seruitio sue Mtis, absq3 vllo premio et mercede, Na et Equites sexaginta tenet, et fere semper vino suo alit Mtem Regiã, Rogauitq3 vt Mtas Regia ipsum edoceret, quomodo se vlterius gerere debeat in eo ipso Seruitio.

Et similiter dnm Bornemissa, si dni Hungari alicare deberent à Latere Mtis Regie, significandum erit per orés, qui ituri sunt nomine Mtis Regie ad Rakosch futurum, vt eum non permittant vllo modo remoueri à latere Sermi dni Regis Ludouici.

Summa legationis dñi Ducis Tessnen apud Sigismundum primum Regem Polonie dicte.

De Statuto die dño Duci Casimiro, cum dño Duce Rathiboriensi, per Sermum dnm Regem Hũgarie in Ostrana, ad octauũ diem post Sacra Pasche, ad concordandũ eos inuicem, In qua re petit consiliũ, ipse dñs Dux Casimirus, Mtis Regie, quid facere debeat, Et q̄ ei videretur potius non consentiendũ in aliquã compositionem cum dño Duce Rathiboriensi, sed vt causa eorum Iure diffiniatur per Iudices sibi nõ suspectos, hoc est per Oratores Sermi dñi Regis sui Hungaros, Bohemos, Moranos, ex Slesia, Oratores Mtis Regie, Oratores Ducũ, Saxonie, Bauarie etc. Defert tamen id totum arbitrio Mtis Regie etc.

Item dixit, de Moneta Swidnicensi, et quid de ea constituerint dñi Duces Slesie, q̄ eã nullo modo recipi admittere vellent, Petitq3 dñs Dux Casimirus, vt Mtas Regia informare eũ dignetur, quomodo se in ea re gerere debeat.

Item de bonis quibusdam hæreditariis dñi Ducis Casimiri, que vendidit dño Swolski, et incorporari illa permisit Ducatui Opaniensi, Cui dño Swolski, cauit de euictione, et Fideiussores statuit, Et q̄ eadem bona intellexit impetrata esse apud Sermum dominũ

Regem Ludouicum, per dnm Ducem Rathiborien,
vt ea ad Ducatum suum incorporaret, Rogat vt Mtas
Regia, per suos Oratores ageret apud Serenmu dnm Ne:
potem suum, postqz illuc proficiscentur, vt Mtas sua id
non faciat, neqz admittat, quod pecijt dominus Dux
Rathiboriensis.

Item de Iure ad Ducatum Zathorien, et vt Mtas
pro eo ipso Iure, munificentiorem se erga ipsum dnm
Ducem Casimiru exhibeat.

Thomas Cardinalis Strigomien
Sigismundo primo Regi Polonie

Tantus fuit hys diebus Bohemorum, Moravorum et Slesitarum
concursus, ad regiam Mtem quibus fuit respondendu, ut vix
Mtas sua cum Consiliariis respirare potuerit. Utcumqz tamē
sit negocium Illris dni Ducis Teschen provogatum fuit usqz ad
futurum festum S. Georgii pro Illris eius D.nis comodo
maiore: et ne quid pplex temporis angustiam damni pateretur.
Si quid est aliud quod pro Serma Mte vra valeo, dignetur
michi suo deditmo servitori precipere. Me semp habebit paratissimum.
In rebus vero Rmi ac Illmi D. Carlis Estend, quas michi Mtas vra
omnis comendat, faciā tum ex debito meo, tum vero ex mandato
Mtis vre, quantum erit me. Quis Nobilitas ista usqz adeo inva:
luit, ut nunquā a suis Constitutionibus in Conventu Bacien factis disce:
dere voluit neqz diuelli. Faciā tamen pro virili mea in rebus
suis, quantum michi vires subministrabunt, tum ut desyderio Serme
Mtis vre satisfiat: tum vero prout equum est rebus Rmi eius
pre dignius consulatur. Interea Mtas vra Serma hunc
regem meum et eius regna dignetur habere comendata.

Budę 18 Febr. 1519.

S. i Rex. P.

Marie virgini regini: Ludouico regi:
Anne virgini Ferdinando Archiduci
Austrie: desponsatis: neptibus
S. P. D.

SErenissime Principes, et dne Neptes nre charme. In-
tellexims ex lris vrarum Sertu quo in moerore constitute
sint, ex morte Inuictissimi olim dni Cæsaris Maximili-
ani, fratris et Consanguinei nostri desyderatissimi. Idq3
valde merito, vt qui ambarum, et Patris offitio funge-
batur, et rerum, fortunarumq3, ipsarum, summum Patronum
et Curatorem agebat. Verum hic dolor vrarum Sertum
communis est nobiscum, et cum vniuersa Republica Chri-
stiana. Amisimus nos charmum et fauentissimum, nobis
fratrem, amisit et Respublica Christiana, summum
salutis sue presidium. Sed cum ita dno Deo placuit,
cui refragari non licet, ferendum est æquo animo.
Consolari aut debet vras Sertes, q pro vno Fautore,
et Promotore ipsarum, plures successerunt. Habebut Se-
renissimos fratres, et Sponsos suos dnos. Carolum. Fer-
dinandum, et Ludouicum, Reges. habebunt nos, qui
nullis in rebus officium veri Patris, erga illas pre-
termittemus, et qui vras Sertes non secus, q3 liberos
nros proprios, qua poterius opera, studio; et facultate
nra semp tueri, ornare, et pmouere, curabimus. Et
pinde rogans illas plurimum, ne se afflictet, sed dolore suum
cum fati necessitate, tum etiam spe meliorum successuum, vt
est rerum vicissitudo tepent. Nam vt diximus iacturam hanc Sertum
vrarum dns Deus pluribg Tutoribg et Pronis repedet.
Foelicissime valeant Sertes vre, et nos diligant.

S. I. Rex. P.

Epo Laibacensi

REuerен etc. Litterę vrę Ptis, quibus mortem Cęsareę Mtis significauit, incredibilem nobis dolorem attulerunt, Nouit enim quanta nobis cum illius Mte coniunctio, et fraternus amor intercedebat, Verum cum illi sic placuit, apud quem rerum omnium est potestas, ferendum est ęquo animo, Nos cognitam habentes prudentiam et obseruantiam in nos vrę Ptis, fuisset eius aduentus nobis gratissimus. sed quando casus iste interuenit, boni consulimus. agimusqз vestrę Pti gratias, q de his rebus, et morte Cęsareę Mtis, nos certiores reddidit, Referemus hoc studium illi, omni fauore, et beneuolentia nostra Regia, Quę bene valeat.

S. I. Rex. P.
Georgio Marchioni Brandeburgensi.

Ill. Princeps, Defunctam Cæsaream Mtem, iamdudum quidem ex lris Regentium Austrie, et summo cum dolore nro cognouimus, Experti enim sumus, quo amore, et quibus fr̃nis officiis nos, et Sermum dnm Regẽ Ludouicum, illius Mtas psequebatur. Intelligimusqz planè, quam iacturam, cum vterqz nostrum, tum vniuersa Respublica Christiana, illius morte ceperit. Tamen cum ita dno Deo visum fuit, suscipiendum et ferendum est æquo animo. Nos plurimas agimus et habemus gratias vrẽ Ill, q his turbulentis temporibus perstiterit semper in custodia dicti Sermi dni Regis Ludouici, eciam cum non vulgari sumptu et incomodo suo, Rogamusqz illam, vt et deinceps eadem constantia et cura perseuerare velit, Referet ille postea hanc fidem et studium in se vrẽ Illtis, et nos eciam curabimus omni ope nra, vt vtrique, hoc est, tam illius Mti qz vrẽ Illti, vlla in re, aut necessitate, non desimus, neqz eos quoqz pacto deserere volumus. Et proinde Ill vra nihil tedeat, sed in suscepto offitio et cura, ita vt coepit, psistat. Valeat etc.

S. primus Rex P.
Consiliariis regni Polonie

Rme in Chro pater, sincere nobis dilecte, Venerut nuc ad nos Ores Insignes Sermi dni Regis Gallie, q inter caetera beniuolecie in nos illius Mtis testimonia retulert, quatr adhuc viuete olim Caesarea Mte fuisset illius Mtas p nonullos Electores postulata, vt ad Impiu succedere curaret, Post obitu vero illius Caes. Mts, impensius de ea re ipsa solicitari, taqz eu Pncipem qui inter caeteros nuc magis opibus, Getibus, et fortuna polleret, Quaqz illius Mtas vt Rei Chriae sua opa et psidecia comodare posset, nollet postulacoi magne parti Electoru deesse, Scies vero nos esse Tutores Sermi dni Regs Ludouici, q in differecia pariu auctem habet suffragio suo p vna parte determinadi, rogauert nos illi Mts noie, vt hac in re illi adesseus, pponetes nobis Codicoes no vulgares de Mrioys filiaru mearu, et alys qbuscuqz modis velleq amiciciam et foedus ppetuu cu illi Mte firmare, ad qd totu, plena habet facultatez. Nos vt Prtas vra no ignorat, iam pridez ad postulacoz olim Caes. Mts, declarauiq nos p Sermo Rege Hispanie, et Ores meos in Augusta miseraus, Ex alia vero parte nesciētes qrsu hec alea cadet, et multu interest mea, fauorabile habere Caesare, cu ppter res Prutenicas, tu alias meas difficultates, sumq anxipites prsus, quatr nos in ea re gerere, et qd respodere ipsis Oribus debeaus, Cu itaqz negociu sit tati momēti, significare id Prti vre voluius, hortauqz illa, vt celeriter et secretius nobis cosiliu et suiaz sua pscribat, ppesis oibus in tata re circustaciis, quatr eos Ores absoluere, nosqz in eadē re gerere et coseruare cu dignitate nra deberēus, Pro debito et prudēcia sua factura. Que valeat f.

S. i Rex. P.
Lodouico regi Vngarie

SEx^me Princeps et domine Nepos noster charissime
Facti sumus certiores designatum esse terminum ad
Electionem noui Imperatoris, et cum alios Electores,
tum vram Mtem esse iam pro eodem termino ad
Conuentum Frankffordien vocatam. Quod quare no-
bis Mtas vra non communicauit, valde miramur.
Expedit enim, cum nos Tutores illius simus, et
ipsius ætas non sufficit ad tantum actum, per eam sola
quo sit validus, exequendum, vt mutuo de hac re
inter nos consilio habito id ageremus, quod impri-
mis auctoritatem, et Priuilegium hoc Mtis vestre,
non imminueret, Deinde eciam honorem et commo-
dum aliquod, vtriqz nostrum, et communibus Re-
gnis nostris, afferret.

Cæterum, manifestum facimus vestre Mti, venisse ad
nos Oratores Insignes, Christianissimi domini Re-
gis Gallie, Qui referentes, qualiter adhuc viuente
Cæsarea Mte, demum ipsa defuncta, nonnulli Prin-
cipes Christiani, et Electores eciam Imperii, postu-
lassent ab illius Mte, vt ipsius Imperii Sedem acce-
ptaret, et qualiter illa solo studio, ac desyderio bene
merendi de re Christiana, et ne frustra nomen
Christianissimi habere videretur, id munus suscipere
non recusaret, Postularunt à nobis illius Mtis nomine
vt vbi res in Electione ad parem Electorum dissensioez

veniret, vbi tum Mtis vrę suffragium plurimum valeret,
nos cum Mte vra simul, tanquam Tutores ipsius, suffragi:
um pro eodem Sermo dno Rege Gallię praeberemus,
offerentes nobis ambobus ex illius Mte non vulgaria
commoda, cum ad coniunctionem et affinitatem,
inter nos mutuam, tum eciam ad defensionem, et
bonum Statum communium Regnorum nostrorum,
pertinentia,

Venit deinde ad nos Nunctius à Consiliariis in Ger:
mania, Sermi dni Regis Catholici, hoc idem à nobis
postulans et agens; Verum nos scientes vna ex parte
quę sit affinitas vestrę Mti, cum Sermis Nepotibus
olim Caesareę Mtis, quę illam filii loco diligebat, or:
nabat, et multis paternis officiis est prosequutus,
Quodque ad postulationem illius Mtis Caesareę,
iam nos in Conventu Augustensi, nonnullam, de
ipsa Imperii Sede, pro Sermo dno Rege Catholico,
significationem, communis voluntatis nostrę fece:
ramus, Cui, amore illius defunctę Caesareę Mtis,
vti amici et fratris nostri desyderatissimi, non secus
omnes fortunas, et honestas accessiones faveremus,
quam filio nostro proprio, Perpendentes item alia
ex parte ancipitem eius Electionis eventum, et
quod multum intersit, vtriusque nostrum, et communium
Regnorum nrorum, propensum habere in nos illum,
quisquis sit Caesar futurus, Intelligentes ecia plane
quali nunc opus esset cum toti Rei Christianę, tum
maxime Regnis vrę Mtis Imperatore, non visum

nobis fuit, quieqz ipsius Oratoribus, absqz sciencia et
voluntate Mtis vre, et Consiliariorum eius, quibus
eciam de hac re scribimus, respondere, ne quid sub
hoc munere Tutorio difficultatis et detrimenti vre
Mti fecisse videremur,

Quare plurimum rogamus Mtem vram, vt discusso
secum diligenter tanto negotio, nobis qz primum declara-
re dignetur, quid eisdem Oratoribus in summa respó-
dere debeamus, Nam id à nobis exigunt, vt plane
illis referatur, vtrum ipsorum Regi Mtás vestra,
et nos adherere velimus in casu dissensionis Ele-
ctorum nec ne, Quomodo item hunc alterum Nú-
ctium Consiliariorum domini Regis Catholici, à
nobis remittere debemus.

Deinde eciam nos Mtás vrá edoceat, qualiter nos, et
cum qua resolutione mittere ad Conuentum Electio-
nis oporteat, vt suffragium Mtis vestre in auctori-
tate et robore suo conseruaretur, et occasionem hanc
deuinciendi vtriqz nostrum Cæsarem, quisquis ille
fuerit, non ammittamus,

Videtur aut nobis, vt ad Electionem hanc, vnus Nun-
ctius Mtis vestre ex Regno Bohemie, et alter noster,
tanqz Tutoris, proficiscatur, essetqz Mandatum ad
vtrumqz, Sigillo Regni Bohemie, et mei, obsignatum.
Et proinde nos tempori Mtás vestra cerciores faci-
at, qualiter nos in his omnibus gerere deberemus,
Nam tempus breue est, et nos de illo nunc primum,

quando nobis ex Germania significatum est, intelleximus.
Faciet Mtas vestra rem summè necessariam rationibus
tam suis, q̃ meis, ac nobis oppidò q̃ gratam, & ne
foelicissime valeat, et nos vti facit et debet, amet.

S. I. Rex. Pol.
Consiliariis Prelatis et proceribus regni Vngarie.

REueren in Chro Pater, et dne amice nobis sincere dilecte. Venerunt his diebus ad nos Oratores Insignes Sermi dni Regis Gallie, referentes quatr viuente adhuc Caesarea Mte, deinde etiam post eius Mtis obitu, nonulli Principes Christiani, et Electores Imperij, eundem Sermum dnm Regem Gallie postularunt, vt ad Sedem Imperii consequenda, animu suu induceret, Qq3 illms Mtas, ne postulatis ipsoru deesse, et frustra nomen Christianissimi habere videretur, consensit ad omns hoc suscipiendu, eo solo desyderio; vt hoc difficillimo rei Chriane tpe, du aetate, et animo, nec minus facultate valet, possit aliqd boni, de re ipsa Chriana mereri, Sciens aut Sermu dnm Rege Ludouicu Nepotem nru charmu, vt Regem Bohemie, votum habere in Electione plurimi momenti, vbi inter Electores par dissensio cotingeret, neq3 dum ille aetatem ltima, ad huc actu, vt sit validus, habeat, pecierut impense, vt nos tanq3 Tutor, eiusdem Sermi dni Ludouici Regis, eius Mts noie, votu et suffragiu pro ipso Sermo dno Rege Gallie, prestaremus, offerentes plurima eidem dno Regi Ludouico et nobis, Omnibusq3 Regnis nris, ex ea re comoda ad coniunctionem et affinitatem inter nos, ac bonu Statu et defensionem comuniu Regnoru nroru pertinentia.

Venit item Nuctius Cosiliarioru Sermi dni Caroli Regis Hispanie ex Germania, idem agens, et a nobis postulans.

Nos vero ante omnia intelligentes terminum Electionis

Imperialis esse iam designatum, et ad illum, Sermum domi-
num Regem Ludouicum, uti alios Electores, vocatum, pluri-
mum miramur non esse id nobis per vram Ptem, et alios
dnos Regni Hungarie et Bohemie declaratum,

Memoria vero retinentes, olim Caesaree Mtis, erga nos, et
ipsum Sermum dnm Regem Ludouicum summam beneuo-
lenciam, et multa in illum paterna officia, prestita, Et q
ad illius Mtis Caesaree postulationem, iam nonullam signi-
ficationem, de Sede Imperii pro Sermo dno Carolo Rege
Hispanie fecimus in Conuentu Augustensi, Cui amore
ipsius defuncte Caesaree Mtis, nihil est adeo foelix et ho-
norificum, quod illi non eque faueremus, qz filio nro
proprio, Perpendentes item ediuerso ambiguum huius
rei exitum, et q multum intersit Sermi dni Regis Lu-
douici, et nostra, propensum et fauentem habere Impe-
ratorem, Intelligentes eciam, quali opus sit nunc Rei
Christiane Impatore, et presertim Regnis Sermi ipsiq
dni Regis Ludouici, in maiori discrimine constitutis,
Sciremus quid affinitati, et affectui priuato, qd item com
bono Reipublice Chriane dandum foret, Verum in tanto
negocio, presertim polliceri simpliciter, vel negare opat,
eiusdem Sermi dni Regis Ludouici, et nram, ita ut
à nobis exigitur, no visum fuit nobis absqz sciencia
illius Mtis, cui de hac re pariter scripsimus, deinde ecia
absqz consilio vestre Ptis et aliorum Dnorum Regni
Hungarie, et Bohemie, quicqz statuere. Sed retinuimus
ipsos Oratores apud nos, donec ab eodem Sermo dno
Rege Ludouico, et vra Pte, aliysqz Consiliariis Re-
gni Hugarie, et Bohemie, quid potissimum censeant, edoce-
amur. Quare rogamus eandem vram Ptemitatem,

significare nobis velit q3 primum sua sententia, et quid ipsis Oratoribus ad summum respondere debeamus, et quatenus, quo ad futuram Electionem gerere oporteat, Ne nobis id pretermittentibus, et Sermo dno Regi Ludouico etatem legitimam de Iure ad hunc actum non habente, aliquid illi auctoritatis imposterum, aut Iuris super eligendo Imperatore detrahatur;

Vellemus aut, et videtur nobis consultum, vt res, debitam habeat firmitatem, vt Nunctius vnus ex Regno Bohemie, et vnus noster, tanq3 Tutoris, ad ipsam Electionem proficiscerentur, cum Mandato Sigillis Regni Bohemie, et nostro obsignato. Et proinde rogamus, quo nobis vra Ptas, de his omnibus consilium et Sententiam suam perscribat, Fariet rem valde necessariam dignitati Regis sui, et nobis gratissimam. Que valeat foeliciter, et nos diligat. Crac

Sigismundus primus. Rex Polonie Consiliariis Et Statibus regni ~~Polonie~~ Bohemie

SPectabiles, Magci, Generosi, Nobiles, et Famati, nobis sincere dilecti, Facti sumus certiores designatum esse terminum ad Electionem Noui Imp[er]atoris, et cum alios electores, tum Serenum dnm Ludouicum, Hungarie et Bohemie Regem, Nepotem nrm charmum, esse pro eodem termio, ad Conuentum Frankfordien[sem] vocatum, Quod quare nobis vre D. no comicarunt, valde miramur. Expedit eni, cu nos Tutores, eiusdem Sermi dni Regis Ludouici simus, et ipsius aetas non sufficit, ad tantu actu, per eum solum, quo sit validus, exequendum, vt id ageremus, quod inprimis auctoritatem et Priuilegiu hoc, illius Mtis, et Regni eius Bohemie no imminueret. Deinde eciam honorem et comodu aliquod vtriqz nostru et omibus Regnis nris afferret.

Caeteru manifestu facimus vris D. venisse ad nos Oratores insignes Christianissimi Regis Gallie, qui referentes qualiter, viuete adhuc Caesarea Mte, demu ipsa defuncta, nonulli Principes Christiani, et Electores ecia Imperii, postulassent ab illius Mte, vt ipsius Imperii Sedem acceptaret, et qualiter illa solo studio ac desyderio bene merendi de re Christiana, et ne frustra nomen Christianissimi habere videretur, id munus suscipere non recusaret, Postularunt à nobis illius Mtis nomine, vt vbi res in Electioe ad parem Electoru dissensionem veniret, vbi tum dicti Sermi dni Regis Ludouici suffragiu pluriu valeret,

nos tanq̃ Tutores ipsius, suffragium, pro eodem Sermo do-
mino Rege Gallie, preberemus. Offerētes nobis ambobus
ex illius Mte, non vulgaria cōmoda, tum ad coniunctiōez
et affinitatem inter nos mutuam, tum eciam ad defensiōez
et bonum Statum Cōmunium Regnorum nrorum, pertinencia.

Venit deinde ad nos Nunctius à Consiliariis in Germa-
nia Sermi dni Caroli Regis Catholici, hoc idem à no-
bis postulans et agens. Verum nos scientes vna ex parte,
que sit affinitas Sermo Nepoti nro, dno Regi Ludouico
cum Sermis Nepotibus olim Cæsaree Mtis, que illum filii
loco diligebat, ornabat, et multis paternis officiis est prose-
cuta. Et q̃ ad postulationem illius Cæsaree Mtis iam
nos in Conuentu Augustensi, nonnullam, de ipsa Imperii
Sede pro Sermo dno Rege Catholico, significationem
cōmunis voluntatis nostre feceramus, Cui, amore,
illius defuncte Cæsaree Mtis, vti amici et fratris nri
desyderatissimi, non secus omnes fortunas et honestas
accessiones faueremus, q̃ filio nro proprio, Perpē-
dentes item alia ex parte, ancipitem eius Electiōis
euentum, et q̃ multum intersit Sermi dni Regis Lu-
douici, ac nostra, Cōmuniumq̃ Regnorum nostrorum,
propensum habere in nos illum, quisquis sit Cæsar
futurus. Intelligentes eciam plane, quali nunc opus esset,
cum toti Rei Christiane, tum maxime Regnis Sermi
ipsius dni Regis Ludouici, Imperatore. non visum nobis
fuit quicq̃ ipsis Oratoribus, absq̃ scientia, et volun-
tate eiusdem Sermi dni Regis Ludouici, cui de hac re eciam
scripsimus, et vestrarum D, respondere. ne quid sub
munere Tutorio difficultatis et detrimenti illius Mti

fecisse videremur. Quare plurimum rogamus vras D. vt discusso secum diligenter tanto negotio, nobis qz primum declarare velint, quid eisdem Oratoribus in summa respondere debeamus, Nam id à nobis exigunt, vt plane illis referat, Vtrum ipsorum Regi, Serenus dns Rex Ludouicus, et nos adherere velimus, nec ne; quomodo item hunc alterum Nunctium Consiliariorum dni Regis Catholici, remittere à nobis debemus.

Deinde eciam nos, vre D, edoceant, qualiter nos, et cum qua resolutione, mittere ad Conuentum Electionis oporteat, vt suffragium Sermi dni Regis Ludouici, in authoritate et robore suo cōseruaretur. et occasionem hanc deminuendi, vtriqz meum, Cesarem, quisqs ille fuerit nō omittamus.

Videtur aut nobis, vt ad Electionem hanc vnus Nunctius ipsius Sermi dni Regis Ludouici, ex Regno isto Bohemie, et alter noster, tanqz Tutoris, proficisceretur, Essetqz Mandatum ad vtrumqz Sigillo Regni Bohemie, et nostro, obsignatum. Et proinde nos tempori, per hunc Nunctium, vre D. faciant certiores, quale nos in his omnibus gerere deberemus, Nam tempus breue est, et nos de illo primum intelleximus. Faciet Vre D. rem summe necessariam rationibus et dignitati Sermi dni Regis sui, oppidò qz gratam. Que felicissime valeant. Cracouie.

S. i. Rex P.

Statibus regni Bohemie

SPectabiles et Magci, Generosi, Nobiles, et Famati, sincere dilecti. Accepimus lras vrarum D. Quibus inprimis nobis scribunt, qualiter ipse Sermum dnm Regem Ludouicum, Nepotem nostrum charmum, non expectatis annis suis legittimis, iam in plena administratione, et regimen Regni sui Bohemie, suscipere decreuerunt, et susceperunt, Deinde q eius Mtas, et vre D. sint ad Conuentum Electionis futuri Imperatoris, per Rmum dnm Archiepum Moguntinensem, de more vocate. Postulantqz à nobis vre D. vt dicto Sermo dno Regi Ludouico, pro Imperiali culmine et Sede consequenda, consilio et auxilio nro non deessemus, Quod igitur ad regimen Regni Bohemie attinet, nos quidem illius Mti, vt nepoti, et tanqz filio nro amatissimo, omnem dignitatem, honorem, auctoritatem, no secus fauemus, qz nobis ipsis. Et pinde libenter videmus, pbamusqz, q vre D. illius Mti omne administratione et auctoritatem Regni sui Bohemie iam deferunt. dummodo id ad bonum Statum illius Mtis, et Regni sui cedat. Verum miramur, vt cum aliqui ex vris D, nomie tamen omnium, nos in Tutorem, vna cum Cæsarea Mte defuncta, vsqz ad legittimos annos dicti Sermi dni Regis sui, susceperant, non eam rem nobis prius significarunt. Vtcumqz tamen est, grato et alacri animo, vt diximus, id videmus, et pbamus

De Imperiali vero Sede, et Regno Romanorum assequendo

meminimus quidem nos id Cæsaream olim Mtem, nobis fu-
isse in Cõuentu nr̃o mutuo Viennensi, pro eodem Sermo
dño Rege Ludouico, pollicitam. Verum significauerat nobis
postea illius Mtas, secreto se in ea re, omnem impendisse
opam apud Electores, sed efficere aliquid nullo modo
potuisse, Cœperatqz ob id illius Mtas eam opam, pro
Nepote suo Sermo dño Carolo Hispanie Rege, facere.
Ad eiusqz Mtis postulationẽ, nos quoqz oratores in hoc
negotio, tanqz Tutores Sermi dñi Regis Ludouici,
ad Cõuentum Augustensem preteritum, miseramus. et
iam nonnullam significationem voluntatis et suffra-
gii nostri, pro eodem Sermo dño Rege Carolo, noie
Tutorio, dederamus. Nunc aũt ea Sede vacãte, compe-
tunt, et certant pro illa, duo potentes Reges, Gallie,
et Hispanie, Suntqz apud nos in presens vtriusqz Nu-
ctii, Id quisqz eorum agens, vt Regi suo, cum Sermo dño
Rege Ludouico, adessemus, Prout vris D. paulo ante
lr̃is nr̃is declarauimus. Et vtcumqz intelligimus,
predictos duos Reges, magnis viribus et fauoribus,
ad eam Sedem contendere, Nescientes tamẽ quorsum
res inclinabit; Et nos in omnibus, vti tenemur, potis-
simam rationem, ad commodum et honorem Nepotis
nostri, Sermi dñi Regis Ludouici, habemus, eiqz hac
dignitatis accessionem, libentissime, et omni studio, fa-
ueremus, si intelligeremus id, aliquo modo ad effectum
procedere posse. Dabimus tamen omnem operam, cum
consilio vr̃arum D. vt aliquid in ea re pficere valeaũs.
Vbi aũt id succedere nõ posset, curandum erit, vt fauore
et opera vtriusqz nr̃um is, quisqs Cæsar futurus sit,
nobis denunciatur. Ad quod negocium, vt esset res solida,

et auctoritas dicti Sermi dni Regis Ludovici, et Regni
eius Bohemie, non minueretur, quoniā illius Mtas, in
hac ætate constituta, suffragiū, de Iure præstare non
posset, ad tantum actū, sufficiens et validū, videtur
nobis, vt cū illius Mtis Oribus ex Regno Bohemie,
nostri quoqz ad Electionem hanc proficiscantur, Sitqz
Mandatum vtriusqz meū nomine scriptū, et Sigillo,
Regni Bohemie, et nostro, obsignatū. Quare perne-
cessariū putamus, et postulamus à vris D. vt in tāto
negotio nobiscum mutua intelligencia habeat, nosqz
qz celerius de ipsa missione oratorū, et Instructione
illis danda, certiores faciant, vt sciamus qualiter
nos gerere debebimus. Facturæ pro honore et bono
Sermi dni Regis, ac Regni sui, nobisqz rem gra-
tissimam. Quæ valeant foeliciter.

S. i. Rex. P.

Maximiliano de Berge Sermi Caroli regis Hispanie in germania oratori

Magce sincere nobis dilecte. Accepimus lras tue Magcie, qbus
nobis mortem imprimis Caes. Mts declarat. Deinde postulat,
vt orem nrum Raphaëlem isthic subsistere faciamus. Nos iam
pridem morte ipsa Caesarea coptam habuimus, et pro eo, vt
debuimus, cum propter nram mutuam, et fernam beneuolentiam, tum
etiam Remp. Christianam. Vtraqz enim in re, presertim hoc tpe,
summam et incoparabilem coepimus iacturam, magnopere doluimus,
et etiamnum dolemus. Quia vero, cum illius Mtas in huma:
nis ageret, à nobis optauit, vt sua causa, et Sermi dni Re:
gis Catholici, ores meos, ad Conuentum imprimis Augusten,
deinde etiam Frankfordien, mitteremus, fecimus id no grauate.
vt et illius Mti gratificaremur, et ipsi Sermo Regi Catho:
lico, studio et opa nra, qua possemus comodaremus, Defuncta
aut eadem Caesarea Mte, que Tutorem, vna nobiscum,
Sermi dni Regis Hungarie et Bohemie, Nepotis nostri
charmi agebat, prorsus incerti sumus, et de Comitius tpe,
hac presertim, vt accepimus, Principum Germanorum disse:
sione, et qbus processibus negotium inceptum, transigi debebit,
dictum Raphaëlem orem nostrum reuocauimus, Sed cum à
prefato Sermo dno Rege Catholico certiores fiemus de
Conuentu Electorum, et per eius Mtem edocebimur, qbus in
rebus nra opa illi vsus fuerit, omnia libenter, et ex
animo, que poterimus, pro eius Mte faciemus. Bene valeat
tua Magcia Datum.

Matheus Cardinalis Gurcen: Casimirus Marchio Brandeburgen: B. Eps Tridentinus: Maximilianus de Berghe: Joannes de Sernkein: J. Vilinger: Joánes Renner: Magco dno Andree de Burgos equiti regis Catholici Caroli Consiliario.

In absenᵗⁱᵃ aperiantur per Serᵐ regem Polonie aut per sue Mᵗⁱˢ oratores euntes Frankfordiam ad electionē Cesaris.

Magce dne, amice singularis. Scripsimus ad D. vrã, de xv. presentis, per Vicedñm Austrie, iussimusq3, vt rebus Catholici Regis sic expostulantibus, subito ex Hūgaria D. vra recederet, et ad Sermum Polonie Regē pficisceretur, quemadmodum existimans D. vrām intellexisse, et iam ad prefatum Sermum Polonie Regem puenisse, atq3 ea, que ad D. vrām scripsimus, cum Ste sua egisse.

Interim nos ab Augusta digressi, huc peruenimus, vbi inter alios Principes Confoederationis Sueuie, in persona hic cōgregatos, etiam Rmum dnm Carlem Moguntinum inuenimus, Et quantum circa negocium Electiōis intelligere possumus, iam coeptum est disputari inter Principes Electores, circa votum Electionis Regis Bohemie, an ad Sermum Hūgarie et Bohemie Regem, vel ad ipsos Bohemos, an ad Sermum Polonie Regem spectare videatur. Cognoscimusq3 ab aliquibus illorum existimari, hmōi votum, nomine Bohemie Regis in futura electione prestandum, de Jure ad Sermum Polonie Regem, tanq3 fratrem Patris, Sermi Hungarie et Bohemie Regis, in ætate imperfecta constituti, pertinere, Juxta dispositionem Articuli Auree Bulle Caroli iiij. Cuius copiam nuper ad D. vrām trāsmisimus, et in pñciarum denuo mittimus. Et q, ea rem in hac Electiōe potius orēs et Mādatarii Regꝭ Poloīe, q3 Hūgari siue Bohemi, p Electores admittētur.

Et quamuis nihil dubitemus, quin Ser^mus Polonie Rex expediuerit iam Oratores suos, cum pleno et amplissimo Mandato, ad prestandum in omni casu, et quacunque disposicione ad se pertinente, nomine suo votum, in hac futura Electione in personam Catholici Regis nostri: tamen ne ob defectum Mandati aliqua oriatur ambiguitas vel difficultas, que Electionem turbare seu impedire posset, Idcirco velit D. vestra, cum Ser^mo Polonie Rege agere, atque omnino efficere, ut Mtas sua, dignetur subito aliud nouum expedire Mandatum, in personas Oratorum suorum. iuxta formam et Copiam, quam in presenciarum his annexam, D. vestre mittimus. et quam, iuxta formam in aurea Bulla descriptam, fieri et concipi iussimus. Quamuis eciam incertum habeamus, si huiusmodi mandatum sit sufficiens, atque ipsis Electoribus satisfactorium, Propter quod. ad euitandum omne periculum, et ad maiorem cautelam atque securitatem, velit eciam D. vestra ultra hoc omnino apud hunc Ser^mum Polonie Regem efficere. Ut una cum prefato Mandato, dignetur eciam Oratoribus suis, quos iam in itinere constitutos credimus, cum omni celeritate transmittere sigillum suum, sicuti eciam id nuper in Augusta Oratoribus suis dederat, ut si forte hoc nouum Mandatum, seu Procuratorium, per Sertem suam iam, in personas prefatorum Oratorum suorum expediendum, non esset sufficiens, aut Auree Bulle consonum, et conforme, possit per Oratores suos nouum expediri Mandatum, desyderiis et voluntati Principum Electorum satisfactorium, et ad omnes occasiones oportunum,

Aut si Sertas sua sigillum Oratoribus suis destinare

valde gravaretur: Saltem ultra hoc novum Mandatum eciam transmittat Oratoribus suis Album, sive chartam pargameni mundam seu nudam, manu Sertis sue subscriptam, appenso Sigillo, Ut super illa per Ores suos possit ibi in Francfordia scribi et expediri aliud Mandatum sufficiens, necessarium, et oportunum, in tali forma, quod alii Electores, eosdem Oratores, ad electionem admittere occasionem querere nequeant, Oportet autem Ut D. vra, omnem operam det, ac solicitet, ut omnia ista quantocicius, et sine omni mora fiant. Et ut Oratores supradicti Regis, cum omni celeritate possibili Frankfordiam veniant, Jam enim circa tempus Electois, inter Principes Electores eciam actum est. Et iam videtur pluribus, dies peremptorius ad comparendum Electoribus constitutus non esse XVij Junii, sed X. eiusdem Mensis. Propter quod Electionem longe cicius futuram videmus, quam prius credebamus, Exitque tanto magis necessarium, ut Oratores Sermi Regis Polonie ad Frankfordiam accelerent, et Mtas sua supradictum novum Mandatum, una cum Sigillo, vel charta alba, eisdem subito transmittat, ne aliqs error contingat, qui non solum rebus Catholici Regis, sed eciam Juribus Electionis Sertis sue, et Sermi Nepotis sui, Regis Hungarie et Bohemie, preiudicari possit, Quemadmodum hec omnia Mtem suam, libenter facturam non dubitans.

Nosque ob importanciam huius rei, voluimus hos duos proprios, ad D. vram, expedire Cursores, ut cum omni celeritate, et secure has lras ad D. vram perferret, et quanto cicius cum responso vro ad nos Frankfordiam redeat Datum Eslingen die penultima Maii. M°. D°. XIX°.

160.

340

Post scripta, dum has clauderemus, accepimus lr̃as vestras ex Buda de xxi presentis. Ex quibus cum inter alia intelligamus, Bohemos adhuc constanter in hac persistere sententia, votũ in futura Electione prestandum, pertinere ad eos, existimamus tanto magis oportunũ, imo necessariũ, vt Serenus Polonie Rex, Oratoribus suis, vt supra diximus, sigillũ suũ, aut chartã albã subscriptam et sigillatã, celeriter transmittat, vt ad omnẽ occasionẽ simus muniti et prouisi, Et presertim si forte per Bohemos, votũ in Electione esset prestandũ, possit nouũ super hmõi charta alba, pro illis in Frankfordia expedriri Mandatũ necessariũ atq; oportunũ, ne ex hoc defectu Mandati, aliquis emergat error, intricatio, perplexitas, difficultas, vel impedimentũ. Propter quod cũ à D. vr̃a nunc intelligatur huius rei importantia, tanto magis ab ea elaborandũ erit, vt sæpedictus Polonie Rex, vt totiẽs reiteramus, Sigillũ suũ, aut Albũ, vt premittitur, Oratoribus suis confestim transmittat. Datũ vltima Maii.

Sigismundus primus Rex Pol. Consiliariis Caroli regis Hispanię

Rxme in Christo pater, et dne amice noster charme ac Spectabiles et Magci nobis sincere dilecti. Quando venit ad nos iste Nunctius vrarum D. Jo. Ferrebéger, et lras illarum nobis reddidit, ac comissa exposuit, egimus diligenter apud Sermum dnm Regem Ludouicum Nepotem nostrum amantissimum, ac eius Mtis Consiliarios, tam Hungaros q3 Bohemos, vt quod nos ad postulationem olim Cæsareę Mtis foelicibus auspiciis, in Conuentu Augustensi inchoaremus, ad id perficiendum, ipsi quoq3 consentirent, Nam ęgre tulerunt, q nos inconsultis illis prius in hac re fecimus, et ea causa retinuimus hucusq3 ipsum Nunctium, vt cum certiore responso illum absoluere possemus, Et cōgnouit quidem nobiscum ipse Sermus Nepos noster, et eius Mtis Consiliarii Regni Hungarię, prout D. vrę clarius ex oratoribus his, qui illic fuerunt, cognouerunt. Sed dni de Bohemia nobis contraueniunt, cum quibus caute et modeste agendum censentes, ne quam perturbationem in hoc negotio facerent, presertim vbi intelligerent, nos in vnam partem, absq3 eorum consensu inclinatos, non visum est nobis in presens quicq3 dnis Electoribus et Principibus scribere, sicut D. vrę postularunt. Nam ipsi Bohemi, grauiter de nobis queruntur, qd absq3 illis per nos in Conuentu Augustensi est actum. Verum mittens oratores meos, ad Conuentum Frankfordiensem, et

in Mandatis illis dabimus omnia agere, que per nos pre-
stari poterunt, Vestre eciam D. curabunt D. Bohemos,
qui illuc venturi sunt inducere, vt ab oratoribus
nostris, nõ dissentiant, Declarando illis facultatem no-
stram in eo negotio, tam ex Iure, q̃z eciam dispositione
Bulle aureeᵉ, Dentq̃z operam, ne oratores ipsi nostri,
aliquam illic ignominiam subeant. Nam veremur pro-
fecto, ne ijdem Bohemi, cognito studio nr̃o in eo per-
ficiendo, quod coepimus, aliquas turbas excitent.

Voluimus autem hunc Nuncium premittere, anteq̃z
oratores nr̃os absolueremus, vt hec D. vris nunci-
aret. Que valeant foeliciter, et nos diligant.

Ludouicus Rex Francie. Sigismundo. primo regi Polonie.

Excellentissimo ac Potentissimo Principi etc. Charme ac dilectissime frater et Consanguinee nr. Mittimus ad vos dilectos et fideles nros, Joannem de Langhac Militem, dominu dicti loci, Magistru Ordinariu Requestaru hospicii nostri, et Anthonium de Lamet Militem dnm duplessis, Baillivum moncium in Burgundia, ut nostro nomine, vobis aliqua exponant et communicent, que in utilitatem et commodu utriusqz nostru spectare et pertinere nobis visa sunt, Quorum verbis perinde fidem vos habere et credere optamus, ac si coram loqueremur, et mentem animuqz nostrum vobis declararemus, cum pro singulari eorum in nos fide, studio, ac devotione, nihil dicturos aut facturos esse confidamus, quod in mandatis non habuerint. Charme ac dilectissime frater et Consanguinee noster, Deus optimus maximus, vos, Statumqz vestru, diutissime conservet, ac tueatur. Datu Parisii die XXvij Mensis Januarii

Responsum a Sigismundo primo rege Pol. Datum Oratoribus Francisci regis Galliae

Sacra Mtas Regia, Magci dni Oratores, plurimas agit et habet gracias Christianissimo dno Regi, de hac illius Mtis tam propensa in se beniuolentia et affectu; quod eius Mtem Sermam, adeo longinqua a se existentem, dignata est per d. vras Oratores suos visere et salutare, Cupitque vicissim eius Mtas, vt illa itidem Mtas Serma, et longa optimaque valetudine, et foelicissimis quibusque successibus semper vtatur, Reliqua vero, que vre D. nomine illius Mtis retulerunt, Mtas sua Serma plene intellexit et perpensis illis paulisper, in animo et consilio suo, D. vris alio tempore respondere dignabitur.

Responsum a Sigismundo rege P.
Datum Oratoribus regis Francie

Legatio D. vrarum hec in summa continebat, Retulerunt imprimis, q dolenter et moleste tulerit Sermus, et Christianissimus dns Rex Gallie mortem intepestiua Cæsee Mtis, et quantr ipse, cum viueret adhuc illius Mte, tum maxime post obitum, fuerit per maiore Electoru partem, ad culmen Romani Imperii, postulatus, Quod illius Mtas, ne precibus illoru deesse, et frustra nome Christianissimi habere videretur, detrectare et recusare noluit, Sciens aut Sacra Mtem Regia, Tutore agere Sermi dni Regis Ludouici, Nepotis sui amatssmi Cuius suffragiu in pari Electoru dissensione potissimu valet, postulat a Mte sua, vt vbi ad ea dissensionem Electoru res deueniret, ipsa noie Sermi Nepotis sui, suffragiu dare p illius Mte Christianissima dignaretur Offerens vicissim illius Mtas p eo officio Mti sue Serme Conditiones no cotenendas, ad mutua beniuolencia et coiunctionem sua cu eius Mte pertinetes, et id genus, Que omnia D. vra, sua diserta et eleganti oratione lacius explicauit, Ad que Mtas sua Serma, committere mihi dignata est sic D. vris respondere.

Non vulgari voluptate affecta est Sacra Mtas Regia, Magci dni ores, q Christianissimus et Excellentissimus

dn̄s Rex Gallie, appulerit suū animū, ad coniunctioēz et beneuolenciā mutuā cū M^te sua Ser^ma ineundā, Et q3 illius M^tas dignata sit in his negociis suis, quibus opā eius M^tis sibi cōducere posse intelligit, libere et confidenter huc ad eā v̄ras d. mittere, ac honorem hunc, eius M^ti Ser^me impartiri, Pro quo agit et habet illius M^ti gracias immortales, Equidem nō fallitur ipse Christianissimus dn̄s Rex Gallie, in ea existimatione et fide, qua de eius M^te Ser^ma concepit, Hec em̄ cognita habens, cum virtutem et magnitudinem animi, tum res fortiter gestas eiusdem Christianissimi dn̄i Regis Gallie, nihil gracius habere posset, q3 se illius M^ti carū et coniunctū reddere, Sed et Reipublice Christiane, nō parua, ex suo cum illius M^te amore et beneuolētia, vtilitatem futurā putat, habita illius M^te, tam potenti et magnanimo Principe Socia et Adiutrice, ad hostes Catholice fidei reprimēdos. Quorū impetū M^tas sua Ser^ma, suis ceruicibus semꝑ sustinet.

Quod aūt ad Imperii Sedem attinet, hanc quidē eius M^tas, cū sua, tum rei Christiane causa, vehemēter dolet in presens vacare, Amisit em̄ eius M^tas amicū et fratrem amātissimū, et cuius in se pluria et honestissima exꝑta est officia, amisit et Respꝑ^ca Chr̄iana summū suū Columen, et vt verissime D. v̄re dixerūt, sydus preclarissimū, Cesarem illū Maximilianū incomparabilem, Cum quo, et illius Ser^mis Nepotibus, quanta affinitas sibi et Ser^mo

dn̄o Nepoti suo intercessit, Christianissimus dn̄s Rex Galliæ
non ignorat. Non ignorat eciam illius M̄tas, quam operam,
et quod testimonium vniuerso fere orbi, M̄tas sua pro Ser̄mo
dn̄o Rege Catholico, ad eandem Sedem Imperii sustinen-
do, prebuerit in Conuentu Augustensi, vt pote, cui pro
debito necessitudinis et amore defuncte Cæsaree M̄tis,
nō secus, quam filio proprio, optimos quosque successus ex animo
faueret, nihil tum eciam de voluntate, Christianissimi
dn̄i Regis in ea re, compertum habens. Et proinde
aliter nunc sentire et velle, quendam notam inconstancie,
et obliuionis officy debiti videretur: que ab vno
quoque Principe longe aliena esse debet, Verumenim:
vero M̄tas sua Ser̄ma, vt contigua nunc fidei hostibus,
sciens quo in discrimine Res Christiana sit consti-
ta, et quanta, quamque presenti ope indigeat, neque videns, qui
alter, ad laborem hunc subeundum, magis idoneus, et
accōmodatus sit, Christianissimo dn̄o Rege Galliæ,
qui opibus, gentibus, ætate, animo, et fortuna, pluri-
mum pollet, totus vero rei bene gerende effectus à
Cæsare inprimis dependet, libenter et ex integro
affectu videret, vt idem Christianissimus dn̄s Rex
Galliæ, ad eam ipsam Imperii Sedem proveheretur,
sed polliceri nunc illius M̄ti hanc operam, quam postu-
lat, non est, vllo modo M̄ti sue integrum, et licitum,
Vt videlicet inconsultis Consiliariis Regni Hungariæ
et Bohemiæ, mutare priorem declarationem deberet,
cum res eorum Regis agatur, et sine quibus, idem Rex,
eciam in legittima ætate constitutus, nihil ageret.
Tamen vbi eadem erit voluntas et affectus Consiliariys

Regni presertim Bohemie, ac ecia Electoribus Imperii, quā habet Mtas sua erga comune bonū, et Christianissimū dnm Regē Gallie, vt in illud votis suis cōsentirent, Mtas sua libenti et alacri animo, sua quacumqz opera poterit, illi nō deerit, quin ecia vbi ad eius Mtem vota et sentencie aliquē inclinarent, vellet liberalr id totū in illis Mtem Christianissimam transferre.

Que vero Mtas sua Christianissima dignata est eius Mti significare, et offerre de Matrimonijs, et foederibus, pro mutua inter se affinitate et coniunctione, gratissimo animo Mtas sua Serma amplectitur. Et cū ea res sit in arbitrio et potestate solius Mtis sue, neqz in hoc sit ad consilia et cōsensus aliquos aliorū astricta, consentit et offert se ad omnia eiusmodi vota Sermi et Christianissimi dni Regis Gallie, vt quas cuperet, et dignas Regio sanguine putaret, in Regno suo affinitates, illius Mti conciliaret, vel si placuerit D. vrās, iā hic ea in re cū Mte sua tractare, et inicia aliqua facere et id libēter videbit, Cuperet enim Mtas sua Serma, per omnem occasionem se cū illius Mte Christianissima coniungi, et ei in omnibus rebus placere et gratificari.

Habet ecia singulariter vris D. Mtas sua Regia gras non vulgares de honore hoc et laudibus, Mti sue Serme, per eas ornate simul et grauiter attributis. Et licet Mtas sua id totū quicquid sit, quod de illa dici possit dno Deo refert acceptū, qui humanos actus pro arbitrio suo dirigit: tamen inde affectū in se D. vrarū metitur illumqz gratissimum habet,

Sigismundus Rex . Pol .
Francisco regi Galliæ

SErme Princeps ac Excellentissime, et dne amice fr
et Consanguinee noster charme ac honoran. Venerut
ad nos Oratores vestre Mtis, Magci Joannes de Lang:
hak Mgr Ordinarius Requestaru hospicii eiusde Mtis
vre, et Anthonius de Lameth Miles, dns Dupplessis,
Bailiuus Moncin in Burgundia; qui nobis comissa
vre Mtis, que desyderii ipsius sunt, et no ad vulgare
inter nos beneuolencia et coniunctionem pertinent, di:
ligenter simul et cordate retulerunt, Ac respondimus
nos quidem illis iam, ita vt propensio nra erga vra
Mtem, ac possibilitas item nra postulauit, Tame qa
res etiamnum longiorem ipsoru mora requirere
videbatur, retinuimus illos adhuc paulisper apud nos,
et qz primu nobis integru fuerit, illis ad plenum
ita vt est desyderii nri respondere, mox illos ad
Mtem vram remittere curabimus. Cuius fino et in:
diuiduo amori nos, et nra ex corde comendamus,
Cupien vt sit, diutissime foelix, sospes, et incolumis.

350.

Andreas Cricius Secretarius regis Petro Tomicio Epo Premisl. Vicecancell. Regni polonie.

Rme mi dne, Fui apud Oratores Gallicos, inuenique eos in magno fastidio constitutos, adeo, vt nisi eos verbis, quibus potui, demulsissem, iam crastina die Mtem Regiam accedere volebant, licenciam abeundi petituri, Dicunt enim se conijcere, non habituros se Responsum ex sentencia, et non esse Regem suum hic in precio, Et nisi eos benignitas Rme D. vre, qua sola fretos se esse affirmant, hic detinuisset, iam obtestantur se dudum discedere voluisse. Hec propterea nunc scribo, vt isthic aliqua Rma D. vra de illis expediendis operam facere dignaretur.

Andreas Krziczki : secretarius regis
Petro Tomiczki epo Premisliensi et
R. P. Vicecancell.

MI Rxme dne, Rediens ab Oratoribus, et iam non offendens domi D. vram Rxmam, necessarium putaui, vt prius q cum Mte Regia, vim totam Responsi forma=ret, intelligeret qualiter illi sint animati, Nolunt in summa, vt eis responderetur aliquid ambigue, sed sim=pliciter, vel factura esse Mtem Regiam pro Rege ipsorum, quod petunt, vel non factura. De hoc vero q ei non sit integrum absq Consiliarijs Regni Bohemie aliquid, maxime de mutatione rei incoepte, facere, suscipere aliter nolunt, q pro verbis coloratis, ad euadendum Regem ipsorum. Multa cum fastidio, vel importunitate potius Gallica referentes, de certitudie sua illum, et non alium Imperatorem futurum, deq ista propensione qua fecit eorum Rex erga Mtez Regiam, nunq alias Predecessoribus eius facta et eius parua reparatio haberetur, Tale enim Rnsum dicunt sibi potuisse dari in crastino aduentus, et id genus, Jamq nihil ali=ud petunt, q vt Mtas Regia cito vel aiat vel ne=get, Ego diu cum illis disputaui, modo ad rancorem, modo ad risum, nihil tamen psuadere potui, vt esset conten=ti,

Responsum vltimum a Sigismundo rege Polonie datum . Oratoribus regis Gallie . Cracovie . v . february 1519 .

INtellexerunt vre D. ex priori Responso, q grata extiterit Sacra Mtas Regia, de hac propensione et beniuolencia in se Christianissimi dni Regis Gallie, quam eius Mtas per vras D, illi exhibere dignata est, Intellexerunt eius pariter Mtis summu affectu et studiu gratificandi, et conciliandi sibi Mtem illam Christianissima in his, que per easdem D. vras, à se postulauit.

Que aut causa, compulit Mtem sua, illas hactenus apd se detinere, et quare no erat integru Mti sue quicq absq scientia Sermi dni Nepotis sui, et Consiliariorum ipsius, statuere, vt quibus id pollicita fuit, et lris eciam suis firmauit, tunc, cu munus hoc Tutoriu susceperit, se nihil in rebus alicuius momēti, absq illis agere eciam abundè cognouerunt.

Et proinde egit diligēter per lras, et Nunctios suos eius Mtas, apud dictu Sermu dnm Nepotem suu, et eius Consiliarios, vt eos in eandem sentencia et volutatem, gratificandi Christianissimo dno Regi Gallie, inducere posset.

Licet vero Nunctius ex Bohemia nondu redierit, nec quicq adhuc Mtas sua copertu habet de voluntate illorum Regnicolaru; tamē quia Sermus dns Nepos suus iam ille animu suu, per Nunctiu, qui noviter huc venit, declarauit, q videlicet sequi velit consiliu eius Mtis,

et Christianissimo dn̄o Regi Gallie, gratificari pariter cupit, Ma̅tas sua Ser̄ma, non expectato etiā reditu sui Nunctii ex Bohemia, D. vr̄as diucius iā detinere non vult, ne quid hac mora illi Mti Christianissime incomodare, et vr̄as D. longiori fastidio afficere velle videretur. Hys igitur in summa, Ma̅tas sua Ser̄ma, D. vr̄is respondere mihi mandavit. q̄ alacri et libentissimo animo suffragiū dare vult, et est parata Christianiss̄io dn̄o Regi Gallie, in assequenda hac Imp̄atoria dignitate: quando eo ventū fuerit, vt suffragiū Mtis sue, locū et facultatem esset habiturū, hoc est, in pari Electorum dissensione, Nam alias suffragiū Ser̄mi dn̄i Regis Bohemie, parui est mom̄eti.

Pollicetur aūt id Ma̅tas sua Ser̄ma, ea lege, vt si Christianissimus dn̄s Rex Gallie intelligeret perduci hanc rem in persona suā non posse, faueret pariter sua suffragia que haberet, vel huic Mti, vel Ser̄mo dn̄o Regi Ludouico, et ipsis opera sua, quo id alter eorum consequi valeat, non deesset.

Quod vero ad coniunctionem affinitatis, et foedera, cū dicto Christianissimo dn̄o Rege Gallie ineunda, attinet quia et de hac re significauerat Ser̄mo Nepoti suo, vt, pro firmiori nexu, coniunctione, et vnitate, istorum Regnorū, omnia cōmibus cōsilyꝭ, et decreto agerētur, et illius Ma̅tas renunctiari fecit huic Mti, fuisse Predecessoribus suis, cū Regibus Gallie multa foedera, et societates, haberiq3 in Aerario lr̄as huius rei, sed eas tam celeriter comperiri non potuisse, velle tamē

postea copertis ipsis, transumpta et Copias illarum ad Mtem
sua mittere, vt vel antiqua foedera renonarentur, vel si qd
addendū, mutandumue videretur, in comune cosuli possit co-
modius, Mtas sua, que, aut predecessores sui, forte nulla
adhuc foedera cum Christianissimis dnis Regibus Gallie
habuerunt, et cui cum Sermo Nepote suo et Regnis illig
coniunctio et societas arctissima intercedit, nolens quicqz
in tam angusto tempore de his rebus statuere, et anteqz
ex Copijs sibi mittendis conditioné foederum antiquorum
cognoscat, tractare, et D. vras inaniter, que dudum fe-
stinant, occupare, vult alio tempore comuni consilio
et processu cum Sermo Nepote suo, apud Christianissimū
dnm Regem Gallie, cuncta, que ad foedus, beniuolēciam,
et coniunctionem perpetuam, inter Mtes suas attinet, per
Oratores comunes agere, et singula fine et auspicijs
foelicibus constituere.

Quod reliquum est, Sacra Mtas Regia, Christianissimo dno
Regi Gallie, plurimam Salutem, et optimos quosqz suc-
cessus dicit et precatur, seqz illius Mti, in mutuum et
fraternū amorem ex corde comendat, offerens ad eius
Mtis omne desyderiū et comodum, se, Regnum, populos,
vires et facultates suas omnes, vt illis, eius Mtas Chri-
stianissima in his omnibus, que huic Mti facto possibi-
lia et licita fuerint, no secus vtatur, qz suis proprijs.
Rogatqz Mtas sua Serma illius Celsitudiné, vt de se
no aliter sibi persuadeat, neqz aliam fidem habeat, quā
de his habet, quos sibi fidissimos, et fanctissios esse cognoscat.

Sigismundus .i. Rex Pol.
Francisco Regi Franciȩ.

REvertuntur ad M^tem vestrã à nobis eius Ora^tes Mag^ci. Joannes de Langhack. Mg^r ordinarius Requestarũ Hospicii eiusdem M^tis v^rȩ, et Anthonius de Lamet, quos hactenus nonnullas ob causas, quȩ tum inciderant, apud nos detinuimus. Referent ij abunde M^ti vestrȩ, quid eis, ad illius postulata, responderimus, neq3 dubitamus illam, eis, vt suis, et quorum fidem compertam habet plene crediturã. Cui nos ex corde commẽdamus. Cupimusq3 vt fȩlicissime valeat, et nos mutuum amet. Datum.

356

S. i. Rex. P.

Ludouico Regi Vngarię

Serme Princeps, Discedentibus à nobis Oratoribus Christianissimi dni Regis Gallię, Magcis etc, et illis iter tucius, nostro eciam consilio, per Regnum et Dominia Mtis vestre, sibi futurum indicantibus, dedimus illis Conductorem nostrum, vsqz ad eandem Mtem vram, Quam plurimum rogamus, vt in gratificationem ipsius Regis cum Insignis, tum nostri communis Consanguinei et affinis, pariter Cōductorem suum eisdem Oratoribus per reliquum iter Regni, et Dominiorum suorum, vt illud secure transeant, concedere dignetur, Quo eciam nobis rem non vulgariter gratam faciet, Foelicissime valeat Mtas vestra, et nos diligat.

Sigismundus I. Rex Poloniae Carolo Regi Hispaniarum.

Epistola hec, locum hic non habet. Est inferius loco apto.

SEr̃me et Excellentissime Princeps, et dñe frater, et Consanguinee noster charme ac honorañ, Cumprimũ Nunciatu nobis esset, vestra Mtem Romanorũ Regem declaratã, e vestigio id, quod debiti et desyderij mei in ea refuit, cum summa laetitia affecti sumus, tum eaã dño Deo gratias egimus, q. vota et studia mẽa, quẽ, vivente adhuc Caesarea Mte, conceperamus, illius diuina benignitas, tam foeliciter et tranquille ad optatũ finem perduxerit, Gratulamur igitur in presens, maiori animo et affectu, q3 explicare possumus vrẽ Mti, optamusq3, vt hec amplissima dignitatis eius accessio, sit illi decori et ornamento perpetuo, rei vero Chriae saluti, firmitati et cõtinuo incremẽto,

Non dubitans vero cõpertũ iã satis esse, quo studio, quane cura nos, cũ Ser̃mo dño Hũgarie et Bohemie Rege Nepote mẽo charmo, egimus, et adnixi sumus, vt hoc faustissimũ negotiũ vrẽ Mti sub manus cederet, vtq3 in Conuẽtu Frankfordiensi, Oratores vtriusq3 nostrũ, ad id foeliciter conficiendũ, nihil fecerint reliquũ. Et proinde rogamus illã plurimũ, vt hanc operam nostrã gratam habere, et res, ac negotia nr̃a, Regnorũq3 mẽorũ, sic complecti dignetur, vti mutua nostra necessitudo, ac fides, et integritas mẽa, erga illam, postulat. Et habemus quidem hanc spem firmã et existimationem

de Mte vra, sed mirari tamen satis nō possumus, que causa sit, q hactenus negociū Illme dnē Isabelle Ducis Mediolanen, et Matris nrē charme, quod ad bona, Testamēto illi relicta, pertinet, in suspenso teneat, et preces, ac cōmēdationem nram minoris pendere videtur, q3 amor et propensio nra erga illā requirit. Rogamus igitur plurimū eandem Mtem vram, dignetur tandem id ipsū negotiū, pro voto et postulatione nra determinare. nobisq3 in ea re gratificari, quā eque cordi habeēs atq3 nram propria, et erimus nos, cū dicta Illma dna Matre nra tam ex vsu semper, et honestate vestre Mti, q3 quiuis alter, cui bona ipsa cōferret, Ac curabimus eciā omni studio et facultate nostra, id vicissim Mti vrē referre. Cuius fraterno amori nos commendamus, et quam, sanam, sospitem, et semper foelicem ex animo esse cupimus. Datū Crac die xviij Iulii

Electus est Frankfordie 28 Junij
hora 8. anno dni 1519.

S. 1. Rex . P.

Ladislao de Sternberg Cancell^o regni Boemie

Hec ep̄la locum hic non habet. Est infra

Spectabilis et Magce, nobis sincere dilecte. Accepimus lr̄as tue S. quibus nobis scribit se intellexisse, de nr̄o alienato ab se animo, et quę Proczek Mali illi referre debuit, Petitq3 à nobis, vt illam de hac re certiorem faciamus, subinferens multa in excusaćoēz sui, et de veteri sua erga nos propensione et obseruaćia. Non ignorat S. tua, quo affectu et fauore nos illam sumus semper complexi, et q̄ soliciti fuimus semper vbi opus fuit de cōmuni bono, et rebus ad Regnū Bohemię pertinentibus, non secus, q̄3 de Regno nr̄o proprio, Prout id ex Oratoribus nr̄is, quos isthuc frequenter misimus, clare quisq3 intelligere potuit, Verū edocti sumus ab oratoribus nr̄is, qui in Conuentu Electoris Cæsaris Frankfordię fuerunt, q̄3 ipsa S. tua, longe aliter se gessit erga illos, q̄3 fuerit nr̄a de illa existimatio, quod et prius lr̄is suis indicauerat, cū nobis ad illas rescribebat, quibus illi, et aliis dn̄is Bohemię significauerańs, quid à nobis Ser̄mi dn̄i, Hispanię, et Francię, Reges, optabant. Acrius em̄ nobis quodā modo, q̄3 cæteri scripserat, ne nos ad Electionis munus intromitteremus. Scripsit et ante Magc̄o Christophoro de Schidlowiecz, Palatino Crac, et Regni nr̄i Cancell^rio de sublata nobis auctoritate tutelę, et delato Ser̄mo dn̄o Regi Ludouico mero dominio in Regno eius Boheṁ, cum tamen nos, non vlla nr̄a causa, sed ad postulaćoēz eiusdem Ser̄mi dn̄i Regis Ludouici, et vt debito nr̄o

satisfecissemus, miseramus ad eandem Electioné Orés
nrós, magnis eciā impensis nó parcendo, ne qd illius Mti
et Regno Bohemie facultatis in hac re detraheretur.
Cómiseramusqz illis, ne quid agerent absqz consensu tue
S. et aliorū Collegarum suorū, neqz ad aliqd se ingere-
rent, nisi ad quod illis opus esset. cū sciencia et vna-
nimi consilio vró, omniaqz ad bonū et honestū Serm̄i
dn̄i Regis Ludouici, et Regni Bohemie agerent,
Quod abunde ex Legatione ipsorū S. tua cognoscere po-
tuit. Et propterea fuit nobis nonnihil graue et mo-
lestum, q ipsi Oratores nri, fuerunt illic aliter acce-
pti, operaqz nrá æstimata, qz putauimus, Nihil ta-
men propterea mutati sumus in affectu et animo er-
ga S. tuā, sed vt consueuimus, illā integro fauore
complectimur, et complecti volumus semper, Ipsa dun-
taxat se vicissim erga nos ita gerat, vt existimatio
et fides nrá de illa postulat. Valeat foeliciter. Datū

ANNO DOMINI M.º D. XIX.º

6 Maij. Oratores Regis Galliæ ex Cracovia discesserűt, qui suffragium Regi suo, vt Imperator eligeretur, post Maximilianű, poposcerẽt.

21 Maij. Raphaël Lesczinski profectus est Frankfordiam, ad Conuentum Electiōis Cæsaris.

28 Junij. Carolus V. Rex Hispaniæ, electus Imperator.

Sigismundus primus Rex Polo: Mathie de Drzewicza Epo Cuiavien oratorj.

Reuerende in Chro Pater, sincere nobis dilecte, Non mutauimus, neqz mutamus priorem sentenciam nostram, de mittenda P. vra ad Conuetű Frankfordien, pro nouo Imperatore eligendo, Et cű putamus illam adhuc ex morbo quem habuit, aliquantű languere, nolumq illã huc ad nos fatigare, sed pmittimus vt recta per Posnaniã proficiscatur. Itaqz iam isthic domi se præparet, et quidem expedicius, Opus enĩ est vt in vigilia

Penthecostes, Frankfordia applicet, et ita suum iter, perpenso temporis et vie spatio, dirigat, et instituat, vt illa diem non negligeret,

Et quia ad tam solennem actum, expedit dignitati nostre, eciam Oratores nostros, itidem, vt de alijs audimus solenniter venire, Postulamus à Pte vra, vt quanto honestius possit, pro honore nostro et Patrie, se expediat, Et nos pro Viatico comisimus Joanni Boner illi Mille Aureos Hungaros, et sex Stamina panni rubei Lundensis dari. Volumusqz vt in eo colore triginta vel quadraginta habeat Equites, preter alios, qui aberunt ab ordine, vtqz nobis celeriter significet, quando Pstum sit ventura, et qua deinde illinc iter faciet, vt Collega, quem cum ea sumus hinc missuri, sciret vbi cum illa, et quo die conuenire deberet, Quem quidem Collegam nondum designauimus, sed iam eciam id faciemus, et Pti vre postea declarabimus. Que bene valeat.

Mandatum ad Conuentum Electionis Imperatoris

Nos Sigismundus etc, nomine Tutorio Sermi Pncipis et dni Ludouici eadem gratia, Hungarie, et Bohemie etc Regis, Marchionis Morauie, et Sacri Romani Imperii Principis Electoris, Nepotis nri charmi, notu facimus tenore pñcm vniuersis, q cu electio Romanoru Regis, ex rationabilibus causis imminet facienda, nos de honore Sacri Imperii solicitudine debita intendere cupietes, ne tã grauibus dispedÿs periculose subiaceat, de fide et circumspectionis industria Rndi in Chro patris dni Mathie Episcopi Wladislauien, et Magci Raphaëlis de Leschno Castellani Landen, et Capitanei Schlochouien, Consiliariorū nroru, nobis sincere dilectoru, obtinetes vtiqz presumpcois indubie singularem fiduciã, ipsos, et quēlzt ipsoru insolidu, ita q non sit melior conditio preoccupantis, sed quod per vnu eoru incoeptum fuerit, per alium finiri debeat, et licite terminari, Iure, modo, et forma, quibus melius, et efficatius possumus, seu volũs, nros veros et ltimos Procures, et Nunctios speciales, faciq cõstituimus, et ordinamus, ad tractand vbilibet, vnacu aliis Pncipibus Electoribus, tam Ecclesiasticis, qz Secularibus, et cu ipsis concordandu, conueniendu, et cocludend, de persona quacumqz habili et idonea, in Regē Romanorum eligenda, ac de ipsis tractatibus sup electioe talis persone, habendis, pro nobis, loco, et nomine nros interessendu, personamqz noiandu, et in ipsa cõsenciēd

ac eciam in Regem Romanorum promouendum et Sacrum Imperium eligendum, ac in animam nostram prestandum quodcunque Juramentum necessarium, debitum, seu consuetum fuerit circa premissa, et quodlibet premissorum, Alium, vel alios Procuratores in solidum substituendum, et reuocandum, Omnia alia et singula faciendum, que in premissis, et circa premissa eciam, vsque ad consumationem tractatuum nominationis, deliberacionis, et electionis huiusmodi de presenti faciende, necessaria aut vtilia fuerint, seu eciam quomodolibet oportuna. Eciam si premissa, vel eorum quodlibet, mandatum exigant speciale, eciam si maiora, vel magis singularia fuerint, supradictis et que nos ipsi facere possemus, si huiusmodi tractatuum delibe-rationis, nominationis, et electionis future negocijs, presentes et personaliter adessemus. Gratum et ratum habentes, et habere volentes, et nos perpetuo habituros, firmiter promittentes, quicquid per antedictos Procuratores et Nuncios meos, necnon substitutos, aut substituendos ab eis, seu eorum altero, in premissis, seu ipsorum quolibet, actum, gestum, seu factum fuerit, aut quomodolibet ordinatum. In Cuius rei testimonium, firmissimumque robur, presentes literas, manu mea propria subscripsimus, Sigilloque meo obsignari fecimus. Datum Cracovie die XX Mensis Maii Anno domini M.° D.° XIX.° Regni vero mei anno XIII.°

Instructio summaria a Sigismundo primo rege Polonie data Mathie de Drzewicza epo Cuiavien, & Raphaeli de Lesszno oratoribus ad Conuentu Frankffordiensem ad electionem Imperatoris.

Quum significatum fuisset Mti Regie, per Sermum dnm Regem Ludouicum, eum, uti Pncipem Electore, ad noui Impatoris Electionem, fuisse à Rmo dno Card.lis Moguntino, de more vocatum, et intelligeret Mtas sua, eunq Sermum dnm Nepotem suum, aetatem legitima no habere, et se cum Tutore illi esse, tum sanguine ppinquorem, miserit D. vras, ad eum Conventu Rmorum ac Illorum dnorum Pncipum Electorum, ut que ipse Sermus dns Nepos suus, ex se prebere deberet, neqz tame p aetate posset, et ad que ipsi dni Electores eas admittere dignarentur; quatenqz esset ex facultate Mts Regie p comodo rei Chriane pstare, hec oia obiret, et exequeretur.

Preterea, vtcuqz no dubitat Mtas sua dictos dnos Electores p virtute et prudencia sua, talem Impatorez electuros, qui pre omnibus vtilior Reip. Chriane videbitur, illosq potissimum ronem habituros coins Salutis magis nuc, qz vnqz alias fluctuantis: cum tamen Mtas sua sit, que plus senciat et experiatur, in quod discrimen sensim eat Respublica Chriana, queqz imensa Infidelium et Scysmaticorum molem, suis humeris adeo absqz vllo externo adminiculo, sustinet, vt ab hoc labore et bellis assiduis ne minimum qdem tempus Regni sui respirare potuit, ageret D. vre cum eisdem dnis Electoribus, rogarentqz illos noie Mtis sue, vt in ea cura incuberet, idqz potissimum in electione ipsa Impatoris pre oculis haberet, quod et Sacro Romano

Imperio, et toti Reipublice Christiane proficuum sit et salutare. Cæteraqꝫ id genus cum debita modestia, et sine suspitione, q̃ inde concipi posset, rem ampliando, prout occasio se offeret, et prudencia D. vrarum dictabit.

Agendum cum Oratoribus a regno Boheme missis

Quod cum oratores, Serenissimorum dominorum Regum, Gallie, et Hispanie, ad Maiestatem Regiam venissent, pro impetrando quisqꝫ Regi suo suffragio, noluerit Maiestas sua quoqꝫ, inconsultis dominis Regni Bohemie, illis respondere, significaueritqꝫ literis suis eam rem primoribus illis dominis, consilium et Sententiam illorum perquirens, qui de absoluendis dictis oratoribus nihil respondentes, retulerunt se in rescribendo, ad eas literas, quas Maiestati sue, Comitas et ordines omnes Regni eiusdem Bohemie, ex Conuentu Pragensi nouissimo scripserant. videlicet accepisse se iam Serenissimum dominum Regem suum, in plenum et perfectum dominum, ac ad omnem administrationem Regni sui Bohemie admisisse. vocatumqꝫ eundem Serenissimum dominum Regem suum, vt Principem Electorem, ad Conuentum Frankfordiensem, pro nouo Imperatore eligendo. Cumqꝫ Serenissima olim Cæsarea Maiestas promiserat, vt in Conuentu Viennensi eundem dominum Regem Ludouicum, in Regem Romanorum creari facere, adesset nunc illi Maiestas sua, ad eandem dignitatem consequendam, suo consilio et auxilio; Miserit D. vras, ad ipsum Conuentum Electionis, vt omni studio, cum ipsis dominis Oratoribus Bohemie, et concordibus animis ageret et curaret ea, que in rem ipsius Serenissimi domini Nepotis sui fore viderentur, neqꝫ in aliquo ab illis dissentirent. Preterea vt ageret cum

dñis Electoribus, quo talis Imperator eligeretur, qui utilior
esset rei Christianae, et ut saluti communi consuleretur, nam Maiestatem su-
am ad hoc curandum, discrimina Regni et Dominiorum suorum, et Serenissimi
domini Nepotis sui, et Regnorum ipsius, urgent, et exigunt

Quod vero sua Maiestas, inconsultis dominis Bohemis, prius ad Con-
ventum Augustensem miserat, id, quod omnes Ordines Regni
Bohemie, aegre tulisse intellexit, fecit propterea, quia olim Cae-
sarea Maiestas optavit, ut secreto id ageret, putavitque illius
Maiestatem, cum eisdem dominis Bohemis, aliquam prius de hac re
intelligentiam habuisse. ac intelligebat eciam rem ipsam in ip-
so Conventu Augustensi, terminari non potuisse. Et proinde
significare haec dominis Bohemis, non necessarium Maiestatem suam
existimavisse, neque per angustiam temporis potuisse.

Rogare vero eius Maiestatem dominos Ordines eiusdem Regni Bohemie,
ut pro unitate lingue, et coniunctione, ac propinquitate Regis sui,
cum eius Maiestate, concorditer agerent cum vestris D. ea omnia, que pro
bono Regni sui, et communis rei Christianae, ac etiam pro comodo et ho-
nore horum Regnorum esse viderentur: quandoquidem hac potissimum
causa, easdem D. vestras Maiestas sua illuc miserit, ut in quibus
opus esset opera et facultate Maiestatis suae, pro Serenissimi domini Nepotis
sui comodo, et ornamento, in his illi non deesset.

Et in summa, sic agent, et tractabunt omnia D. vestrae, cum ipsis Ora-
toribus Bohemie, ut in nulla re contra eorum voluntatem aliquid
agere velle viderentur, nullamque suspicionem illis darent, de pro-
pensione Maiestatis Regie ad partem aliquam, praesertim contra eorum
sententiam, ne qua inde perturbatio ac incomoditas et impedimentum
illi sequeretur, que Maiestas sua Imperatore fore optaret. Tamen ubi
eo ventum erit, ut suffragium praestare deberet, ita se in eo casu
gerent, ut a Maiestate Regia, ad id speciale documentum habebunt.

Agend cum Legato Apostolico.

Q pro cōperto habens Mtas Regia Sctissimu dnm nostru
ad Conuentu Electionis noui Impatoris esse missuru, dedit
in Madatis vris D. eius Sctitatis Legatu visere, ac declara:
re suu studiu, et cura de eligēdo vtiliori Impatore Reip.ce
Chrianę, vt illius Pncipis, qui continue tanta Infideliu
et Scysmaticoru molem suis humeris sustinet, adeo vt ab
eo labore, et bellis continuis, nō potuerit vel minimu tēpus
Imperii et Regni sui respirare. Cum vero Mtas sua
non ignoret, quo affectu, et solicitudine studeat illius Sctitatis
rem Christiana et pacare primu, et deinde ab impēdētibus
nunc summis periculis vindicare cuperet, vt is in Im:
peratorem eligeretur, qui cordi esset suę Sctitati, Et
proinde cōmisisse Mtemsuam vris D. referrent ipsi dno
Legato, vt cu ad se pertineret, pro Sermo dno Nepote
suo suffragiu inter alios Electores prestare, id libenter
Mtem sua, in illud collatura, qui esset ex sentencia illius
Sctitatis, Quamquidem sentenciam, si eidem dno Legato
placeret vris do. declarare, persuaderent quod id tuto fare:
re posset, et offerrent in ea re omnem cura et operam
Mtis suę tanquam deditissimi illius Sctitatis, et qui vehe:
menter cuperet Statum ipsius et vniuersalis Ecclesię
Catholicę augeri semper, et in dignitate ac anthoritate
debita conseruari, et aliqua [alia] id genus palpamēta.

Agendum priuatim cu Mandatariis Ser mi D. Caroli regis Hispanie.

Quia Mtas Regia, accepto consilio cu Sermo dno Nepote suo, expedire existimat, nonnulla necessaria negotia cu Mandatariis dni Regis Hispanie tractare et constituere sed periculu esse, ne inde daretur occasio, vel dnis Boheis, vel ecia aliquibus dnis Electoribus suspicandi Mtem sua, rem partis illius agere, opus est vt id D. Vestre, neqz statim illuc venientes, nec sine magna dexteritate et cautione faciant.

Sunt aut hec negotia, Imprimis agendu de Matrimonio Serme dne Anne Neptis Mtis Regie, vt cotractui et conclusioni, Vienne facte, satisfieret, ne tanta Princeps in hac incertitudine et perplexitate, in qua est constituta, diucius teneatur.

Et hec res tractari per vras D. debebit, simul cu Nuncio dni Regis Ludouici, iuxta Mandatu ad id negociu pertinens. Quod et dnis Bohemis comunicari poterit, et dici illis, vt hac sola causa D. vras, illuc esse missas, quia Mtas Regia no dubitat, ea rem Matrimonii Serme dne Anne, illis no displicitura, cu et ad Regnu Bohemie ptineat. Qua ita constituent, et firmabunt modo meliori quo poterint, vt iam Sermus dns Rex Carolus, eand dnam Anna Regina, in vxorem ducturu se pmittat, Na Mtas Regia est edocta, illud Matrimonium, quod ipsa domina Anna Regina per verba de presenti cu dno Rege

Ferdinando, seu illius Procuratore cotraxit, esse nullius mometi, cu ad ea rem ipse dns Rex Ferdinadus legitima ætatem nondu habuit.

Q si eam rem ita D. vre constituere poterut, agendu erit, vt dns Rex Ferdinadus, duceret Illma dna Hedvigim filia primogenita Mtis Regie, idqz ecia si fieri posset firmandu, siquidem dni Mandatarii, tanta facultate habuerint, vel id se posse constituere no dubitarint, Sin minus, fierent saltem de hac re tractatus et fundameta, que melioca fieri possent, iacienda.

Sunt preterea alia negotia Mtis Regie inferius descpta que opus erit valde caute cu ipsis dnis Consiliariis, seu Mandatariis tractare, ne, vt dictu est, suspitio daretur, Mtem Regia, et Serenu dnm Regem Ludovicu, parte vna fauere, Vultqz Mtas sua, vt eadem negotia sua agerent medio Nuncii domini Regis Ludovici, qui erit forte dns Epus Iaurien, vel dns Balbus, eoqz Intermedio comodissimu erit, et sine vlla nota vti, et si ecia esset Dantiscus, no abs re per ipsu agi posset.

Primu est de re Pruthenica, vt Serenus dns Rex Hispanie, opera sua impenderet, et se ad id faciendu inscriberet et obligaret, quo illa componere ex dignitate et comodo Mtis Regie posset. Et similiter bellu Moschoviticum. Quod si rem ipsa Pruthenica componere no posset, obligatio fieret ad aliquod adminiculum adversus eu ordinem prestandum, vel pecunia, vel militibus, vt melius D. vestre constituere possent.

Item, vt hereditatem Illme dne Ducis Barensis, quã dña Regina Neapolitana nuper defuncta illi reliquit, dominus Rex Hispanie nõ adimeret: sed Testamẽtũ ipsius Regine in suo robore, tam in mobilibus, q̃ʒ immobilibus rebus conseruaret.

Vbi aũt premissa omnia D. vrẽ constituerint, darẽt opã vt se dñi Cõmissarii, seu Mandatarii Catholice Mtis ipsi obligarẽt, singula dñm Regem Hispanie rata habiturum, et lr̃is suis firmaturũ. Agerentqʒ si fieri posset, q̃ ipsa Confirmatio omniũ premissorũ à dicto dño Rege Hispanie afferri ad D. vrãs posset, dũ adhuc ibi in Cõuentu essent, Idqʒ agerẽt ipsi dñi Mandatarii cum eodem dño Rege suo Hispanie per postas celeres, anteq̃ʒ Cõuentus solueretur. Et inter agendũ hec preseferent et pollicebuntur illis D. vrẽ, q̃ Mtas Regia hanc opã et significationẽ, quã in Cõuẽtu Augustensi fecit, pro ipso dño Rege Hispanie, sit, quantũ in ea erit, opera et studio suo prosequutura.

Qvando vero ipsi Mandatarii postularent vt D. vrẽ agerent cũ alijs Electoribus de re dñi Regis Hispanie, non videtur Mti Regie, vt id vllo modo facere deberent, sed vt se excusarent, non licere Mti sue se aperte pro vna parte declarare, ne et dños Bohemos et reliquos alios offenderet, maioremqʒ difficultatem rei dñi Regis Hispanie pareret, vbi Bohemi cõtravenirẽt, sed agerẽt ipsi dñi Mãdatarii cũ Pñcipibꝫ Electoribꝫ que expedirẽt, et Mtas Regia, vt dictũ est, q̃ntũ in illa erit opã et studio suo, q̃ ipsa res ad optatũ effectũ deducat, adiuuabit.

Si quererentur v̄re D. à Mandatarijs dn̄i Regis Hispanie utrum M^tas Regia stare vellet pro ipso Rege, secundum Inscriptionem et obligationem Augustę factam cum quatuor Principibus Electoribus, quod unanimibus votis et concorditer eligere deberent illum in Regem Romanorum; respondebunt D. v̄re staturam constanter M^tem suam, dummodo et ipsi dn̄i Principes Electores idem facerent, quoniam M^tas sua sola id peruincere non posset, quod tamen ad hoc, studium et curam omnem impendere vellet.

Si itidem quęrent ipsi quatuor Principes Electores, aut singillatim aliquis eorum, respondebunt M^tem Regiam commisisse v̄ris D. ut in ea re, se voluntatibus et sententijs illorum conformarent, et qualiter ipsi procedere vellent, ita et illi sequerentur. quoniam intelligit M^tas sua ipsos dn̄os Electores, pro sua prudentia et virtute scire qualiter in eo negotio se gerere debebunt.

Si dn̄i Bohemi volent esse cum D. v̄ris concordes, et Oratori Ser^mi dn̄i Regis Ludouici, ad tractandas res priuatas, illic misso ita visum fuerit faciendum, poterint cum ipsis, vel de scientia ipsorum res priuatas suprascriptas, cum Mandatarijs, seu Commissarijs Catholicę M^tis tractare, et concludere.

Sigillum M^tis Regię ad obsignandum decretum Electionis postquam factum fuerit, breui mittetur ad v̄ras D. Nam quod Anno preterito datum fuit ad Conuentum Augusten̄, dn̄s Ep̄us Plocensis Romam secum asportauit.

Si Principes Electores requirerent à v̄ris D. speciale

obligationem, pro fienda ratificatione Electionis, per Serenissimum Regem Ludouicum, ubi is decimum et octauum annum attigerit, facere illas poterint et debent vrę D. vigore Mandati sibi concessi. Promittentes curaturam omnino Mtem suam, quod huiusmodi ratificatio fiat ab ipso Sermo do. Rege Ludouico.

Licet quasi pro comperto habeatur, quod vrę D. admittetur ad tractatus Electionis, et suffragium ferendum, nam id Ius Mti Regię competit, etiam ex tenore Bullę aureę, ut tutori et Patruo Seremi dni Regis Ludouici. Si tamen aliter eueniret, exponent nihilominus vrę D. necessitates Regni et Dominiorum Mtis Regię, et postulabunt à dnis Principibus Electoribus, agere velint apud futurum Imperatorem, eique consulere, ut de propulsandis Christianę religionis hostibus, et subsidio ferendo his Regnis, quę eorundem hostium impetum suis humeris assidue sustinent, mature ac diligenter prouideat, et à tam sancto, et pio opere Imperium suum foeliciter auspicetur.

De omnibus, quę in illo Conuentu agentur, et publicę et priuatim, vult Mtas Regia, ut vrę D. illam plenę et assidue faciant certiorem, et litteras suas mittant, per postas celeres quę ordinabuntur. Et si aliquid tale se offeret, quod opus esset referre ad Mtem suam, et eius consilium requirerent, id quoque vrę D. illi perscribant, documentum ab illa quam primum accepturi.

S. primus Rex Poloniae
Cardinali Maguntino

Rme in Chro Pater, et dne amice noster charme ac honoran. Mittimus isthuc presentes Oratores nostros, Rndum do. Mathiam Epum Wladislavien, et Magcum Raphaëlem de Leschno, Castellanum Landensem, et Capitaneum Schlochowien, et comisimus illis nonulla nro nomine sigillatim, cum Rma D. vra conferre, Quam plurimum rogamus, vt eis fidem adhibere, et quod vtile ac salutare sit Rei Christiane, id pro virtute et prudencia sua curare dignetur. Valeatqz foelicissime et nos diligat. Datum.

S. R. P.
Mathie de Drzewicza Epo Cuiavien
Raffaeli de Lessno. oratoribus.

Rnde in Christo Pater. et Magce sincere nobis dilecti. Expectavimus usqz huc resolutionem ex Hungaria super negotio Principali, hoc est de ferendo suffragio in Electione ista Imperatoris. et propterea non potuimus S. vris citerius hanc Instructionem nostram mittere, Scripsit vero nobis Sermus dns Rex Ludovicus, qd ad evitanda dominorum Bohemorum dissensionem et turbas, quas excitare possent, comisit Oratori suo Illi dno Marchioni Georgio, ut votum, seu suffragium, quod nomine suo prestare deberet, deferret ipsis dnis Bohemis, et ut nos idem faceremus, nobis suadet. Volumus nos tamen, ut S. vre ita se in hac re gerant, ut quicquid prestari deberet et posset, absqz illis, nomine ipsius Sermi dni Regis Ludovici, pmittat dnos Bohemos totum agere, neqz ad aliquod sponte sua se ingerant. Ubi vero auctoritas nra requireretur, et agendum esset aliquid nostro nomine S. vre id omne iuxta Instructionem hanc nram obeant, cum debita tamen moderatione et aequanimitate, Ita ut animos dnorum Bohemorum, quantum fieri possit non offendat, neqz ab illis dissenciat.

Caeterum, quia ipse Sermus dns Rex Ludovicus, aliter de agendis rebus nostris privatis, cum Comissariis Sermi dni Regis Hispanie, constituit, qz conventum erat inter nos, et ipsum Oratorem Balbum, Non misso enim eius rei gratia Nunctio particulari comissum est totum negotium Illi domino

Marchioni Georgio, et Andree Burgos, agi, qui quod ad res nr̃as attinet, presertim Pruthenicas, haud dubie nihil sinceriter et ex commodo nr̃o agent, Et propterea committimus rem ipsam Pruthenicam, cure et industrie vr̃arum Sr̃um, quo ipse eam tractent, et agant, vt cõsultius ipsis videbitur. Sinq̃ aliter constituere non possent cum dictis Cõmissariis Ser̃mi dn̄i Regis Hispanie, de componenda et transigenda per illum cum dignitate nr̃a, eadem re Pruthenica, hoc saltem efficerent, vt illius Mtas ita se gereret in eo negotio, quemadmodum erat inter nos, et defunctam Caesaream Mtem conuentum, hoc est, vt Ordini aduersus nos neq̃ adhereret, neq̃ vllum fauorem, vel patrocinium prestaret,

Hoc aũt negocium, et alia omnia, sita sunt in bona consideratione, et prudencia vr̃arum S. vt quas tempus et occasio, istic clarius de omnibus, q̃z nos hic existentes, edocere poterunt, Quibus sigillum nostrum ad ea que opus fuerint factum, ad hunc actum denuo mittimus, Valeantq̃ foeliciter vr̃e S. Datum

Sigismundus I Rex P.
Mandatariis regis Hispanie.

Rmi Illmi, et Magci, dni, amici charmi. Allate sunt
huc lre vrarum D. ad Magcum dnum Andream de Burgo,
Sermi dni Regis Hispanie, oratorem, quas, eo apud nos
nondum existente, ipsi, vt inscriptum erat, aperuimus,
et singula, que in illis cotinebantur abunde intelleximus,
Quod igitur eundem Oratorem, agere apud nos voluerint,
sciant nos ipsos dudum fecisse. Misimus enim Insignes Ora:
tores nros ad Conventum Electionis, cum Instructione, si:
gillo, et Mandato sufficienti, In maiorem cautelam mitti:
mus illis aliud iuxta tenorem exempli, per D. vras missi,
scriptum, et Instructionem ampliorem super his omnibus,
que in rem esse dicti Sermi dni Regis Hispanie ex
lris earundem D. vrarum cognouimus, ipsis Oribus nris
dedimus, ac deinceps alia omnia, que illius Mti ex:
pedire intelligemus, libenter, et ex integro affectu fa:
ciemus. Foeliciter valeat vre D. et sint incolumes.

S. Rex, L.
Mathie Drewicio Epo Cuiavien
Rafaeli Lesczinski oratoribus

Rme in Christo Pater, et Magce sincere nobis dilecti. Cum superioribus diebus essent apud nos Oratores Serenissimorum Gallie, et Hispanie, Regum, et pari conatu, dispari vero studio, ac voluntate, pro futuris Imperatoriis Comiciis suffragium nostrum, quod nobis tanquam Tutori, et Patruo Sermi dni Ludouici, Hungarie et Bohemie etc Regis competit, suo quisque Regi efflagitaret, cum neutro illorum quicquam constituere voluimus, nisi exploratis prius animis Consiliariorum Hungarie et Bohemie Regnorum, presertim cum ipsorum Regis nomine, nos acturi sumus. Et cum, ne Rex quidem ipse eciam, si sibi per etatem agere liceret, quicquam illis inconsultis acturus foret,

Quorum quidem sentencias, varias et plurimum inter se dissidentes cognouimus. vendicantibus sibi Jus omne Suffragii pro Rege suo dnis Bohemis, atque inde quoscumque alios, ac nos denique excludentibus, Dnis vero Hungaris aliter sencientibus, vt pote, qui eius rei, Jus omne, nobis tanquam tutori et Patruo, equissime quidem et merito, deferunt, suadentque vt suffragio, et voto nro Sermo Carolo, Hispaniarum Regi adsimus.

Nos vero eciam vicinitatem Regnorum, Sermi dni Nepotis, et eiusdem Regis Caroli, ac communium Regnorum nrorum, attendimus, habemusque debitam rationem affinitatis, que nobis et dicto Sermo dno Nepoti nro cum eodem ipso

Dnatorem tocius Russie, et Magnu Duce, suos ores nō mittebat, neqȝ de omnibus istis satis fecit, Volūtas aut dei est facta, Pater nr magnus D. migravit à Seculo, et super ista Dnia pater nr magnus D. benedictionem, ac gracia fecit nobis suo filio magno dno. E cia Rex Alexander, per voluntatem Dei, migravit à Seculo, Et in Regno Polonie, ac magno Ducatu Lithuanie, cōstituerūt Consiliarij illu Sigismundu Regem, Sigismundus aut Rex, et sui Cōsiliarij, ex suo callida consilio, simili modo inceperunt magnas iniurias nobis facere, Et bene notu est hoc fratri nro Max, Electo Impatori Rorū. ac supremo Regi, quia scripsimus sibi etia cu nris et ipsius oratoribus, illa omnia sibi demandavimus, Posthoc vero Sigismūdus Rex missos habuit ad nos suos oratores, quatenus nos essemus cu eo in charitate, et cōfoederatiōne, tunc nos causa amiciciē et fr̄tis, ecia ppterea, vt inter nos esset pax et quies. atqȝ sanguis Christianus magis nō effunderetur, cum Sigismundo Rege facti sumus in charitate atqȝ cōfoederatione, Qui vero dni ac Nobiles, cæterīqȝ homines, Lithuanie ante suu regimen in nostris manibȝ fuerūt. nos istis dnis, atqȝ Nobilibus, cæterisqȝ hominibus libertatem fecimus, De nris aut hominibus, tuc tpis nulli erant, apud ipsu.

Magnus dnūs Basilius. Dei grā Impator ac Dnator totiȝ Russie, et magnus Dux, mandat dicere vobis, Nos vero ecia, et nūc, ob amorem fratris nri Max. E. Impatoris Rorū, et supremi Regis, cu Sigismūdo Rege pacem, aut inducias volebamus, sicut conveniebat inter nos pacem et Inducias fieri, Que aut magne iniurie nobis à Sigismūdo Rege facte sunt, nos itaqȝ ob amore fr̄is nri Max. E. Imp. Rorū, et supremi Regis, illas

iniurias volebans omittere, Sigismudusq3 Rex de qbq discordijs se obtulit, ad voluntatem fris mei Max. E. Impatoris Rom, et supmi Regis, et istis discordiis nolens satisfacere, ecia nobiscu, volens pacem, et bona vita, talia frustratoria vba interposuit, q inter nos nec pax, nec Inducie conueniunt esse.

Magnus dns Basilius, Dei gra Impator ac Dnator tocius Russie, et magnus Dux, mandat dicere vobis, Ecia nunc si vult Sigismundus Rex, pacem aut Inducias nos ob amorem fratris mei Max, Electi Imp. Roru, et Supremi Regis cu Sigismudo Rege pacem volug ecia Inducias qnquenales cu eo volumq. Conuenit aut inter nos cu Sigismundo Rege pax, aut inducie esse tali modo, sicut nos vobis Responsu fecimus, per Cosiliarios nros, Ecia in scriptis mandauimus vobis dare per antea.

Quo audito Responso, ac conclusione, respondims, q tali responsione pterriti, qua vero no expectabamus, Pro vltimo ex nobis volebamus, tanq3 Sertis sue optimis Seruitoribus, qui honorem, vtilitatemq3 sue Sertis toto cordis affectu desiderabamus, que nobis occurrebant, silentio no pretermittere. Imoq3 ecia Magcias suas hortabamur, vt ipse quoq3 vellent, sicuti sui Cosiliarij ac optimi seruitores, pro omni debito rationis, ipsas Inducias Serti sue persuadere, supplicareq3 vt ipsis annuere pro beneficio Reipublice Chriane, proq3 desiderio, et satisfactione Impialis Mts fratris sui charissimi contenta esse.

Suasio Antonij oratoris Duci Moscouie

Ea quę habuimus, ab Oratore Cęsareo, agente penes Sermum Polonię Regem, Serme Basili, Princeps poten: tissime ac magne dne, illa heri Mageis Sertis vrę Consiliarijs exposuimus. Expectantes vero Sertem vram, omni religione plenam, attentis simplicibus In: duciarum legibus, initis inter omnes alios Principes Chrianos, nobis respondere, pro benefitio, comodo, ac decore, totius Reipublicę Chrianę, desyderioqz Cęsa: reę Mtis, talibus Inducijs annuere velle, sicuti et Sermus Polonię Rex, respectibus predictis assensit. Sed cum hodie per Consiliarios Sertis vrę eosdē, post multa nobis exposita, conclusum fuerit, Sertem vram ad ipsas Inducias cōdescendere nolle, nisi cum Cōditiō: nibus, nobis ore et in scriptis perantea datis, Nos igr tali Responso pterriti, beneficium totius Chriaitatis cōsiderantes, atqz fr̄nalem cōfidenciam, Cęsareę Mtis erga Sertem vram, necnō et ipsius vrę Sertis honorē, non possumus tanqz sui optimi seruitores, quę nobis occurrunt haud silentio mādare, Ex quo hortamur, persuademus, ac ea, quę nobis conuenit reuerentia Serti vrę supplicans, vt ipsis Inducijs annuat, iuxta Cōditiones, ac leges omnium aliorum Principum Chriaorum qui eas simpliciter, sine relaxatione captiuorum, sine aliqua expressione Ciuitatum ac locorum inierunt, Et animaduertat Sertas vra (quę vero erga Seruitores suos in aliquo bono offitio non desinit, tanqz Princeps optimus) q si inter Sertem vram, Sermumqz Polonię Regem, non erūt Inducię, non ppter illud Sertas vra

illis captiuis, melius tempore belli, q̃ Induciarum subue-
nire poterit. nec ꝓpter illud illos ex captiuitate liberabit,
nec ꝓpter illud eciam iniendo bellum certam victoriam
sperare poterit, quia, vt prudentissima, vr̃a Serenitas nõ
ignorat, ancipites semper euetus bellorum habentur. Et
quod deterius, si nõ sequetur Induciẽ, ab omnibus dicẽt
Serenitatem vr̃am causam fuisse solam, quod Expeditiõ in Thur-
cas tam laudabilis, tamq̃ necessaria, iam inter omẽs
alios Principes Chr̃ianos conclusa, ac determinata om-
mittetur, cum tanta iactura, damno, et dedecore Chr̃iani
nominis, sicuti sapientissima vr̃a Serenitas, coniecturare
potest. Nec nobis, Prouerbium quoddam Serenitati vr̃ẽ allegare
inconueniens videtur, quod in Italia quottidianum habeg.
Dicitur enim, Melius est cum multis errare, q̃ solus videri
sapiens, Igitur, si Induciẽ sequetur, omne beneficium ac
cõmodum Reipublicẽ Chr̃ianẽ sequetur, In quibus nõ ne
dubium, quod per Cæsaream Maiestatem inter Serenissimum Poloniẽ Re-
gem, Serenitatemq̃ vr̃am, pax ac bona cõcordia tractabit.
Natura enim Induciarum est, ad animos placandos, ad ip-
sam pacẽ, et nõ ad aliud. Nam volunt Philosophi, quod in-
ter duo extrema semper detur medium, Quamobrem sup-
pliciter iterum, atq̃ iterum clementissime Serenitati vr̃ẽ supplicamus,
tamq̃ boni seruitores, vt ipsis Inducijs, pro bono
Reipublicẽ Chr̃ianẽ, ac desyderio, et satisfactiõe ma-
xima Cæsareẽ Maiestatis, simpliciter sit cõtenta Serenitas
vr̃a assentire.

Quod si per nos apud eandem impetratum nõ erit,
Serenitati vr̃ẽ supplicamus. (ad quam, nr̃a mala sorte,
aduentum nostrum infructuosum fuisse cognoscemus.)
vt nobis licenciam impartiri dignetur, cum circa talem
materiem nihil aliud tractare sciamus, vel possimus.
(in qua vero, nobis testis Deus, nullo bono officiõ, defuimus.)

cum Orator Cæsareus, à Ser^mo Polonie Rege discesserit, sine quo mea hic mansio superflua et frustratoria est. quos semper Ser^ti vre cum omni humilitate se commedatos reddimus.

Die xxiij, supra noiati dni Consiliarij etc. ad nos venerunt, taleqz Responsum nobis dedere. vt infra.

Responsum Ducis Moscorum Oratoribus Cesareis.

Magnus dns Basilius, Dei gra Impator ac dnator totius Rußie, et Magnus Dux, mandat dicere vobis. Dedistis in scriptis Cosiliarijs meis, et ita scripsistis. q habuistis ab oratore fris mei Max. E. Imp. Rom. et supremi Regis, à Georgio, qui fuit penes Sigismundum Regem, vos illa nostris Consiliariis declarastis, petentes nos de Induciis simplici modo, sicut Induciae inter fratrem meum Max. Electum Impatorem Rom. et supremum Regem, et alios Reges, et Principes, vt nos vobis Responsum faceremus, ad beneplacitum et vtilitatem omnium Regum et Principum, propter comune negocium, et desyderium fratris mei Max. Electi Imp. Rom. ac supremi Regis, vt ad illas Inducias descenderemus, sicut Rex Polonie vult descendere.

Magnus dns Basilius, Dei gratia Impator ac Dnator totius Rußie, et magnus Dux, mandat dicere vobis, iam per Consiliarios meos multociens locutum est, ac si nos ad istas Inducias descendere volemus, preterqz sicut vobis ex parte mea dixerunt mei Consiliarii.

quod in scriptis vobis dederut, Vos vero de tali Respō:
so perterriti estis, et beniuolenciam omniu Regu, et
Principu considerates, et in nos confidencia frīs nrī
Max, Electi Jmp. Roru, ac supremi Regis.

Magnus dn̄s Basilius, Dei grā Jmpator ac Dn̄ator tocius
Rußie, et magnus Dux, mandat dicere vobis. Vos
aūt petitis nos, cu magnis hortationibus, vt nos ad
illas Inducias Quinquenales vellemus descendere, sine
restitutione captiuoru, et sine expressione Arciu et opi:
doru, Et si nō descenderemus ad hoc, tunc ab omibꝫ
diceretur, nos causa fuisse impedimētis, expedicōis
contra Thurcas, Et si nos ad istas Inducias descende:
remus, tunc omne bonu et bnplacitu omnibꝫ Regi:
bus et Principibꝫ et Reipublicē expeditiō erit, In qua,
dante Deo, absqꝫ dubio frē nr̄ Max, E. Jmp. Rorum
et supremus Rex, inter nos et Regem Poloie, tracta:
bit bona pacem et cōcordia, Quia natura Induciaru
ad placādos animos ad ipsam pacem et non ad aliud.
Quamobrem vos nos petitis cu magnis hortationibus,
vt nos ad illas Inducias vellemus descendere propter
comune bonu Regu et Principu, ecia propter horta:
tionem fratrꝭ nrī Max. Electi Jmperatorꝭ Ror.
ac supremi Regis.

Magnus dn̄s Basilius, Dei grā Jmpator, ac Dn̄ator tociꝫ
Russie, et Magnus Dux, mandat dicere vobis. Sicut
et nos antea ob fratris nrī Max, Electi Jmpatoris
Roru, et supremi Regis hortatione, nō negauimus.
et propter ipsius frīs nrī petitionem, et propter cau:
sam ista, vt inter nos esset pax, et quies, atqꝫ Chriāo:
ru sanguis magis nō effunderetur, cu Sigismundo
Rege pacem volumus habere, aūt (etiam) et nūc causa frīs

nri Max. Electi Imp. Rom. et supmi Regis, et ppt ista,
vt inter nos esset pax et quies, atqz Chrianus sanguis
magis no effunderetur, cu Sigismudo Rege pace voluig.
et ecia Inducias qnquenales volumus, nco tali modo, sicut
coueniunt inter nos Inducie esse.

Magnus dns Basilius, Deigra Impator ac Dnator tocig
Russie, et Magnus Dux, mandat dicere vobis, Vos aut
nunc dicitis, ac si nos ad istas Inducias Quinquenales
no vellemus descendere.

Magnus dns Basilius, Deigra Impator ac Dnator tocius
Russie, et Magnus Dux, madat dicere vobis, Francisce
et Anthoni, ponite in vro intellectu, Sigismundus Rex
vtrum iuxta opa et pba interponit, sicut antea voles
nobiscu esse in pace, et in bona cocordia, et ille cum
suis indirectis excogitationibus, cogitauit iniusta opa,
Ita et nunc, nolens nobiscu pacem, nec bona concordia.
Et ille cu suis no rectis excogitationibus, excogitat
iniusta opa, et interponit non vera dicta. Notuqz et
fratri mo Max. E. Imp. Rom. et supremo Regi
putauimus, q ecia et vobis notu, qualia iniusta opa
Sigismudus Rex nobis fecit, fraterqz nr Max. E.
Impator Rom. et supremus Rex, no vna vice nobis
significabat cu suis Oribus, atqz in lris suis nobis
scribebat, et postea missu habuit ad nos Orem suu
Sigismundum Erberstayn, Ipseqz ex parte fratris
nri nobis declarauit q de omnibus discordys Sigis-
mundus Rex obtulit se fratris nri Max. E. Imp.
Rom. et supmi Regis voluntati, vt nos causa fris
nri hortaros, Sigismudo Regi, et ipsius iniusta acta
in qbus nobis non satisfecit, omitteremus, et cu ipso
nos essemus in pace atqz in bona cocordia. Nos vero

ob amorem fratris mei Max. E. Imp. Rom. et supremi
Regis, et causam istam, vt inter nos esset pax, et quies,
sanguisq[ue] Christianorum magis nō effunderetur, Sigismun-
do Regi, qualia facta volebamus omittere, in quibus
nobis non satisfecit, Sigismundusq[ue] Rex missos ha-
buit ad nos suos Oratores, Et quomodo antea excogi-
tabat suis iniustis cogitationibus, iniusta opa, etiam
nunc in animo habuit iniusta opera, nolens nobiscum
pacem, nec bonam vitam, Dixeruntq[ue] sui Oratores, qua-
lia iniusta negotia, et dicta, fratrisq[ue] mei Orator
Sigismundus illa audiuit, qualia iniusta negocia et
dicta interponebant, predicti Regis ores, Nos vero pu-
tamus, q illa et fratri meo ab oratore ipsius bene sit
nota, sed inter nos tunc pax nō fuit facta, nō ex parte
mea non fuit pax facta inter nos, sed ex parte Regis
propterea q ipse suis oratoribus iniusta negocia, et di-
cta commisit, Vos autem nunc dicitis, q nos ad illas In-
ducias quinquenales nō inclinemus. Sed nos istas In-
ducias quinquenales nō negamus, volumusq[ue] cum Sigis-
mundo Rege Inducias per quinq[ue] annos, sicut conueni-
unt inter nos Inducias esse, Sigismundusq[ue] Rex
sicut antea, nolens nobiscum pacem et bonam vitam, ta-
lia iniusta negocia et dicta interposuerat, q inter
nos cum eo pax nō conuenit esse. Que vero iniuste cause
et dictiones (actiones) mei Sigismundus Rex interponebat, de hoc
vobis notum est, et q antea ipsius mentis oratores sui
dicebant, quas iniustas causas et dictiones, nos illa
mandauimus vobis declarare nostris Consiliariis.

Francisce et Antoni, que iniuste cause et dictiones Sigis-
mundi Regis ores dixerint Magnus D. noster mandauit nobis
illa vobis narrare,

Magnus dn̄s n̄r, mandavit cū Oribus loqui suis Cōsilia-
rys. Fratr autē dn̄i nr̄i Max. E. Imp. Ro. et supremi
Regis Orator Sigismundus Herberstein ibi presens
fuit, magniq3 dn̄i nr̄i Cōsiliarii locuti fuerūt Oribg
Regis de Patrimonio dn̄i m̄ri, de Ciuitatibus Rußie,
quas Ciuitates, Patrimoniū dn̄i nr̄i Sigismundus Rex
nunc tenet sub se iniuste. Notūq3 hoc fratri dn̄o n̄ro
Max. E. Imp. Ro. et supremo Regi, q̄ à Progenitoribg
dn̄is n̄ris, Rußie Castra et terre, totaq3 Rußie terra
ab initio Patrimoniū dn̄orū n̄rorū, Sigismundus aūt
Rex, sicut ante hoc cogitabat suis iniustis cogitacōi-
bus iniusta opa, et nunc suis iniustis cogitationibg
cogitauit iniusta facta, Dixerūtq3 Oratores sui in-
iusta dicta, vt magnus dn̄s n̄r, restitueret Regi
de suo Patrimonio Rußie, Ciuitatesq3 cū Dei volū-
tate, à Progenitoribus dn̄i n̄ri eorū Patrimoniū
est. Voezmam Dorogobusam, Belam, Toropsam, Bri-
anseam, Nouū Castrū, Sebenensem, Putiblem, et alia
Castra, atq3 totā Sebiriā, que Castra cū Dei volūtate
recupatus est Genitor dn̄i n̄ri, magnus dn̄s Joannes
Dei grā Impator, ac Dn̄ator totius Rußie et magnus
Dux, Et q̄ suū Patrimoniū recupauit Dn̄s n̄r Ma-
gnus dn̄s Basilius, Dei gratia Impator ac Dn̄ator to-
tius Rußie, et Magnus Dux Arcem Smolen-, Ipsi
de illo dixerūt, vt dn̄s n̄r illud suū Patrimonium,
quod sibi Deus dedit, Sigismūdo Regi, redderet, at-
tamē Francisce et Anthoni, ponite in v̄ro intellectu.
vtrū recta illa facta, et dicta, Sigismūdus Rex inter-
ponit, et vtrū conenit ita inter dn̄os pax confici.
et dn̄s n̄r illud suū patrimoniū permitteret, quod
cū dei volūtate, ex progenitoribg ipsorū, eorum

Patrimoniu est, Et ille sicut antea interponebat in-
iusta dicta, ita et nuc interposuerat iniusta dicta,
nolens cu dno nro parem, neqz cocordia, Tuc etia
Consiliarii dni nri, in presentia Max. E. Imp. Ro.
et supremi Regis, Oratoris, Sigismudi Regis
Oratoribq dixerunt, Ita q dns nr suu prioniu, qd
cu Dei voluntate recupauit, Sigismudo Regi nulla
tenus vult pmittere, Francisce et Anthoni, Tunc
Sigismudus Rex, ex callido et iniusto suo cosilio
interponebat iniusta facta, et dicta, Dixerutqz sui
Oratores iniusta dicta de hæreditate dnoru nroru
q à Progenitoribus dni nri hæreditas est ita, Cosi-
liarii dni nri ipsis negauerut, Sigismudus aut Rex
etia et nuc interposuit, alia iniusta facta, q inter
dnm nru, et Sigismudu Regem, no pot pax cofici.
Ponite Francisce et Anthoni, in vro intellectu, propter
qua causa Sigisdus Rex, vult tenere penes se dni
nri homines, et à dno nro, no vult accipe suos hoies,
Dni nri hoies Regi no hæreditas, nec Lithuanieses
hoies dno nro hæreditas. Dns vero nr, et antea cu
Sigismudo Rege factus fuit in pace, et dns nr si-
bi tunc no ipsius homines reddidit, quia tpe fris
ipsius, qui Lithuanienses homines inciderut in ma-
nibus dni nri, Dns aut nr volens cu eo pace, et
bona cocordia, istos homines sibi restituit. Et si for-
tasse Rex, propter aliqua alia causa, hoies dni nri
vult apud se tenere. Et sicut dns nr cu dei volun-
tate obtinuit suu patrimoniu Ciuitatem Smolesem,
atqz terra Smolensem, ita dns nr cu Dei voluntate
illud suu Prioniu vult sub se tenere, Illud vero suu
patrimoniu dns nr nullatenus pmitteret. Pace aut

dns nr ob amorem fratris sui Max. E. Imp. Rom.
et supremi Regis, sicut antea cu Sigismudo Rege voluit,
ita et nuc cu eo pacem vult, si vult et nuc Sigismudus
Rex cu dno nro pacem vel Inducias, tunc cu Sigisdo
Rege esset paratus. vel Inducias accipet illo modo,
sicut vobis à dno nro Consiliarii sui in Responso di-
xerut, et in scriptis vobis dederunt.

Qua audita Responsione, et querela, dixius, q valde
dolebamus Sertem sua, ad illas simplices Quinquenales
Inducias codescendere nolle, sicuti Mtas Cæsarea, et
nos, noie sue Impialis Mts tociens, pro benefitio, bono,
vtilitateq3 vniuerse Chrianitatis hortati sumq sua Sertem
ac ecia nos tanq3 boni Seruitores sue Serti psuasiq
supplicauimusq3, eo magis, cu nulli dubiu esset, q
in ipsis Inducijs pax et bona concordia, inter Sertes
suas, per Mtem sua Cæsarea, pertractata fuisset.

Quod vero ad ppositiones, petic0esq3 Sermi Polonie Regis
Oratoris, diximus Mti sue Impiali, illa omnia nota
esse, Et q illa de causa, volebat sua Mtas Cæsarea,
vt pax iuxta Conditiones foederu, que prius inter
Sermu Polonie Regem, Sermuq3 suu Principe fa-
cta fuerut, cocluderetur, quod vt Ds suis costabat,
Sermo suo Principi no placuit.

Quibus à nobis perceptis, propositionem in scriptis
suo Idiomate solito suo more legerunt, que no-
bis ab Interpretibus exposita fuit vt infra

Responsum a Mosco oribȝ Cesareis

Magnus dn̄s Basilius, Dei gratia Imperator ac Dominator totius Russie, et magnus Dux, mādat dicere vobis, Misimus ad vos Cōsiliarios n̄ros, in mandatisqȝ eis dedimus, vobis loqui, q̄ nos ob amorē fr̄is mei Max. E. Imp. Ro. et supremi Regis, cū Sigismūdo Rege pacem volumus, si voluerit nobiscū et Sigismundus Rex, et Inducias qnquēnales, nos vero cum eo Inducias volumus.

Magnus dn̄s Basilius Dei grā Imp̄ator, ac Dn̄ator totius Russie, et magnus Dux, mandat dicere vobis, Etiā illud nos mandauimus n̄ris Consiliariis, vobis dicere, q̄ vos nos petiuistis, vt nos, propter fr̄is mei Max. E. Imp. Ro. et supremi Regis hortatiōez cū Sigismūdo Rege arma deponeremus per qnqȝ ānos. Nos aūt mandauimus n̄ris Cōsiliariis, vobis dicere, q̄ nobis ad qnqȝ annos arma deponere nō conuenit. Propter aūt fr̄is mei Max. E. Imp. Ro et supremi Regis hortationem, Sigismūdo Regi arma deponim̄ ad tempus, In quo inter nos, et fr̄em meū Max. E. Imp. Ro. et supremū Regem, potestis vos oratores transire in quatuor Mensibȝ, aut in quinqȝ, Vos aūt dixistis n̄ris Cōsiliariis, q̄ illud tempus est breue, vt nos vellemus tempus prolongare.

Qua propositione intellecta, respondimus nobis non

attinere in Induciis tempus augere, vel minuere, et q
sicut pro satisfactione Imperialis Mtis ipsis Inducys
simpliciter ad tempus annuere volebat, etiã sua Serenitas
ipsis quinquenalibus Inducys assentire poterat, vt rem
gratissimã sue Cæsaree Mti, beneficiũqz vniuerse
Reipublice Christiane faceret, Qui nobis replicarũt,
illã sui Serenissimi Principis vltimã esse voluntatem,
et q aliter ad ipsas simplices Inducias condescendere
nolebat, Nos tunc respondimus, q postqz res ita deter:
minata se habebat, q vero nobis audire molestissimũ
erat, supplicabamus, q ad minus Serenitas sua nobis li:
centiã impartiri dignaretur, qui omnia illa Serenitati
sue referre velle dixerunt.

Die sequẽti XXiiij, dñs Joannes Georgiovich, cũ Secre:
tarys, Interpretibusqz ad nos venit, dixitqz Serenissimo
Principi retulisse, nos à Serenitate sua licenciam petere.
Qui Serenissimus Princeps nobis significabat, velle nos die
penultimo presentis expedire. Insuper q ad manus
nr̃as Serenitas sua, suos Nuncios, ad Mtem suã Imperialẽ
dare volebat, Quibus diximus q nobis gratissima li:
centia erit, cũ nr̃a hic mansio infructuosa esset.
Sed quo ad Nuncios vero, q illos sine saluo cõductu
Serenissimi Polonie Regis, super Dominia Regie sue Mtis
conducere nõ ausi essemus. Adducẽtes, q quãdo ad
istas partes Serenitatis sue Orẽs (qui ad Cæsareã Mtem
fuere) reducere volebamus, ex Vienna, nisi prius
à sua Regia Mte, habitis patentibus nõ discessimus.
Et q vt Serenitas sua nõ crederet nos suos Orẽs recusare,
qui vero Mti Imperiali semper fuerũt, necnõ et erũt gra:
tissimi, pro Saluo Cõductu mittere volebamus, Qui si:

venirent, insimul omnes per vnam viam iuissemus. Sin autem
eum propter habitam aegritudinem, adhuc etiam ego Anthonius
non bene me habebam, per Lithuaniam proficisceretur, et ego
Franciscus cum ipsis suae Serenitatis Oratoribus per aliam viam
irem. Qui responderunt se omnia Principi Serenissimo ex-
ponere velle.

Die sequenti solennissimo Natiuitatis domini nostri Jesu Christi,
ad nos supra nominatus dominus Joannes, vnacum Secretarijs
et Interpretibus ad nos rediit, nobisque replicauit, pe-
nultimo praesentis Serenissimum Principem de omnibus nos ex-
pediturum esse, et quod a nobis cum omni instantia Serenitas
sua requirebat, vt hic Joannem forarium meum pro soci-
etate Oratorum suorum dimitteremus, expediremusque
Nuncium nostrum pro Saluo Conductu. Qui vero Nuncius
si saluum Conductum a Serenissimo Rege impetraret, nobis
cum illo obuiam veniret, quem, ad meas manus per-
uentum, ad suam Serenitatem mitteremus, quo habito, quod ci-
tissime suos expediet Oratores. Sin autem ipsum obtinere a
Regia sua Maiestate non potuissemus, quod per literas meas Serenitatem
suam certiorem redderemus, quia circa illos, aliam expe-
ditionem pararet, Quibus petitionibus (vt nobis
visum) honestis, contradicere nescientes, omnia illa
corroborauimus, petiuimusque vt nobis specialiter
illud verbum, ad tempus, prius nobis propositum,
declararent. Qui responderunt, quod ipsum intelligebant
ad quatuor, vel quinque menses. Quibus diximus, quod no-
bis impossibile, ac fere derisorium videbatur, quod in
quinque Mensibus Oratores sui possent ire ad Caesarem
insimulque tractare, ac redire, Et quod melius fuisset,
quando Serenissimus Poloniae Rex ipsis Induciis daret locum
ad tres annos, ad duos, vel ad minus vnum, ipsas

Inducias cõcludere, Que omnia referre dixerunt Ser^mo^
Principi.

Die aut xxviij. idem dñs Joannes, cũ supradictis ad nos venit, reiterauitqȝ expeditionẽ nr̃am vt supra, Dixitqȝ q̃ Ser^mus^ Princeps cõtentabatur ipsas Inducias cũ Ser^mo^ Polonie Rege, simpliciter ad annũ, quãdocumqȝ Regia sua M^tas^, ipsas habere vellet, Qui vero annus haberet principiũ à die Natiuitatis dñi nr̃i Jesu Chr̃i pto, vsqȝ ad diem futurũ similiter Natiuitatis, vt per suã scripturã hic infra apparet. superqȝ formã capitulorũ disputationem habuimus, quibus tamẽ conclusimus, q̃ tantũ opeprecium erat, vt quilibet ipsorũ Principum arma deponeret, et vt quatr̃, et q̃ quisqȝ possideret, illud per id Induciarũ tempus, quiete teneret.

Responsum Ducis Moscorum

Magnus dñs Basilius. Dei gratia Jmpator, ac Dnator tocius Russie, et magnus Dux, mandat dicere vobis. Nos aut propter fr̃is nr̃i Max. Electi Jmp. Rorum et supremi Regis hortacõem, Sigismũdo Regi arma nr̃a deponemus, per annũ, à festo Natiuitatis Chr̃i anno septimo Millesimo, vigesimo septimo, vsqȝ ad festum Natiuitatis Christi ad annũ septimũ, Millesimũ vigesimũ octauũ, vt tempore illo inter nos, et frem nr̃ũ Max. E. Jmp. Ro. et supremũ Regem Or̃es possit ire et redire, Eciã vt inter nos cũ Sigismũdo Rege pax, et bona concordia effici possit, Jn eodem antẽ tempore Sigismũdus Rex mittat ad nos suos Or̃es

de pace. Nos aut, sicut antea propter fris nri Max. E.
Imp. Ro. et supremi Regis, hortationem cu Sigismun-
do Rege pace volebamus: ita et nunc, ob amore fris
nri, cu Sigismudo Rege, pacem et bona cocordiam
volumus, Et si vult nobiscu Sigismundus Rex et In-
ducias, nos cu eo et Inducias qnquenales volumus.
Et quomodo couenit inter nos cu Sigismudo Rege
pax, vel Inducie esse, illa vobis nri Cosiliarij in Re-
sponso dixerunt, et in scriptis dederunt, tali modo
inter nos cu Sigismudo Rege pax aut Inducie co-
venit esse.

Dieq3 sequenti, ad nos prefatus dns Joannes redijt, in-
timauitq3 nobis, vt supra, expeditionem, exposuitq3
Sermum Pncipem, metis esse, vt expediremus pro
Saluo Coducto, vnu, ex nris familiaribq, sup qua
expeditone habuimus difficultatem, et nihil conclu-
sum, habuimusq3 disputatione super titulos, vt in
aduetu nro Regie vre Mti exponemus.

S. I. Rex. P.

Nicolao Radiwilo palat° vilnen

Magce etc. Quando ad nos venit, Joannes Christophorus, à Nunctys defuncte Cæsaree Mtis, qui erat in Moschonia, et ex eo, ac lris pariter, quas attulit, intellexissemus, Ducem Moschonie, non nisi ad inducias vnius anni consentire voluisse, licet breue hoc nimis tpus Induciarw nobis visw fuit, tamen et causa Rei chriae, et ne labor, et opa dictorw Nunctiorw esset frustra, cōstitueramus S. tue cōmittere, vt ad eosdem Nunctios accedens, edoceret eos iuxta Instructionem hanc, quā illi mittimus, qualiter se vlterius in eo negotio Induciarw gerere deberent, Sed quia certo accepimus ipsos Nunctios ad nos aduētare, et ppediem hic futuros, et scientes etiam quia ~~Sertas~~ t.S. tua celebratura est Nupcias filie sue die Dnico pximo, decreuimus aduētw eorundem Nunctiorw expectare, et quando huc venerint, eodocebimus eos ipsi, qualiter ad Ducem Moschonie scribere debeant, eius animu pertentando, vtrw defuncto Cæsare, ipsas vnius anni Inducias, seruare vellet, nec ne, Et interim tua etiam S. nobis consiliw et sententia per huc Cubicularium nostrw describat, qualiter illi hec mēa deliberatio, quam ex Instructione cognoscet, placeat, vt si quid aliud magis expedire putabit, declaret. Et bene valeat. Piothrcouie in Conuentione gnali feria quarta pxima, post festw sancti Valentini M.° D.° XIX°. Regni nri XIIJ°.

Instructio a Sigismundo Rege Polonie que missi debuit in Moscouiam ad Oratores defuncti Cesaris Maximiliani.

Quando Mtas Regia, intellexerat vras D. cu Oribq Ducis Moschonie, ab ipso Duce redire, scripserat illis de morte Cæsaree Mtis, sibi vehemeter tristi et dolenda, hortataqz illos fuit, vt quoquomodo curarent se illinc ex Moschonia educere, ne apud hentem illa effera, et ois humanitatis expertem, ad discrimē vel seruitutem aliqua venirent. Supuenit deinde ab illis Joannes Christophorus cu lris. ex quibus Mtas sua illos ad Lithuania peruenisse cognouit. simul et oia intellexit, quē in descriptione tractatuu, p vras D. in Moschonia habitoru, qua idem Christophorus attulit, cotinebatur.

Et licet Mtas sua parue vtilitatis sibi et rei chriane esse censet, vt Inducias ad vnu duntaxat annu cu Duce Moschonie suscipiat: tamē ne eiq Rei chriane aliq modo ex se deesse videretur, et ne ecia earundq D. vraru tam diuturna opa frustra foret, cotenta esse Mtem sua, easdem Inducias vnius anni, conditionibus per eas condictis suscipe. sed velle, vt quasi nulla ab ea resolucoe habita, vti longe in Regno existente, scriberet ex se ipsis Duci Moschonie in eum sensum.

Peruenisse vras D. ad Lithuania, vbi, licet de morte Cæsaree Mtis, cerciores essent facti: tamē intelligentes hanc sua actionem, non de solius eius defuncte Mtis instituto, et desiderio, sed ecia de studio, et intelligēcia in

primis Sumi Pontificis, demum aliorum Regis et Principum Christianorum processisse, quo ita cocordia, vel induciys inter omnes, nihil obstaret ad expeditionem tam necessariam, contra communem Christianae religionis hostem, prosequendam, non visum fuisse vestris D. infectis penitus rebus hinc discedere, et operam suam in nihilum verti permittere, hortarenturque nomine suo Ducem Moschoviae, vt cum eorum Nuncio Georgio, mittat ad eos suum leuem Nunctium, coram quo Induciae vnius anni, de quibus conuentum est, à Mte Regia firmarentur: Quandoquidem Oratores illi, quos cum eis destinauit, iter prosequi non deberent, defuncta Caesarea Mte, vel si videretur illi potius, vt si Mtas sua leuem suum Nunctium prius ad illum pro Confirmatione earundem Induciarum destinaret, mittat ad eos quam celerius pro eodem Nunctio Saluum Conductum. Ipsas vero D. vestras curaturas esse apud Mtem Regiam omni studio, vt easdem Inducias ita suscipere dignaretur, Et licet adhuc nihil coperti haberent à sua Mte: tamen se sperare, quod propter Rem Christianam, et vt hortatibus Sumi Pontificis, et aliorum Principum Mtas sua satisfacere videretur, saltem ad easdem Inducias vnius anni, non granate cosentiret.

Et proinde hortabuntur D. vestrae, vt et ipse Dux in ea re dicto Sumo Pontifici, et alys Germanis Principibus, qui nunc Imperium Christianum, humeris suis sustinet, demum et futuro Imperatori gratificetur. qui haud dubie omnia, per suum Praedecessorem, de expeditione generali coepta, prosequi curabit. voletibus et ad hoc cocordantibus omnibus alys Regibus et Principibus Christianis.

Ad hanc sentenciam, vt scriberet vestrae D. Duci Moschoviae, extendendo et texendo rem, prout melius ex sua prudentia, et cognitione, quam de illo Duce iam ceperunt, intelligent, Addendo et ea quae putabunt efficacia esse, ad rem, ita cum dignitate Mtis Regiae perficiendam.

Sigismundus primus Rex Pol. Carolo V. Romanorum Imperatori

SErme ac Excellentissime Pnceps, Agimus immẽsas
grãs vrẽ Mti, q de componendo inter nos et Ducem
Moschouie bello, studium et opam sua adhibere digne-
tur, quo pacatis itidem rebus nris, et aliorũ Chriano-
rum Principũ, possemus cõmodius, vnitis viribus,
arma nr̃a illuc conuertere, vnde Rei Chrianẽ ma-
ior calamitas et discrimen imminet. In quo negotio
quanto magis cessatur, eo periculũ acrius inualescit.
Verũ hunc Nunctiũ Mtis vrẽ nõ permisimus in pre-
sens, ad ipsũ Ducem Moschouie pficisci, q ratiões hu-
ius tempors id minime postulare videbantur. Et pro-
inde remittimus eũ rursus vrẽ Mti, Quem q sedulũ
et fidelem esse in negotio sibi cõmisso, cognouimus,
eum Mti vrẽ nõ vulgariter cõmendamus. Hanc vero
beneuolenciã, et curam Mts vrẽ, de rebus, et Statu
nostro, volumus illi vicissim omni studio. viribus, et
facultate nr̃a semper referre. Cui nos ex animo cõ-
mendamus, et cupimus, vt sit diutissime foelix, sos-
pes, et incolumis.

S. I. Rex. P.

Locumtenentibus prouinciarum Australium

Illme Princeps, Rmi in Chro pres, et Spectabiles ac Magci dni, amici nri charmi, Fuit apud nos Hildebrandus iste profecturus in Moschoniam, noie Sermi dni Ro. et Hispanie Regis, ad denunciandum illi Duci, aduentum Oris eius Caesaree Mtis, qui de pace inter nos et illum ageret, et ad obtinendas simul ab illo lras securitatis pro eodem Ore, Nos ipsum Heldebrandum, per id omne tempus, apud nos detinuimus, expectantes occasionem, per quam ille dictum Ducem, cum profectu aliquo, et citra indignitatem tam eius Caesaree Mtis, quam eciam nram adire potuisset, ne res importuno tpe aggressa, ita vt inutiliter succederet, vt Sereme olim Caesaree Mti cotigit, que suis crebris Nuctys, nihil in hac proficere potuit. Quare intelligentes hoc tempus non satis aptum esse profectioni eiusdem Hildebrandi, ad ipsum Ducem Moschonie, remittendumque illum duximus ad vras D. Et agius imensas gras imprimis Caesaree Mti, demum eciam illis pro ea beniuolencia, et cura de nobis, et Republica Chriana, Cui magis expediret, vt nra et aliorum Pncipum arma illuc conuerteret, Vnde illi magis piculum et calamitas imminet. Et proinde rogamus vras D. vt alias, quando tpus et rones nre postulare videbuntur, agere velint, apud Caesaream Mtem, vt mittere velit Orem, ad ipsum Ducem, causa eiusque pacis coponende, si Reipce Chriae comodare dignabitur; aduersus quam Thurce se magis indies accingunt, Referemus hanc opam, illius Caesaree Mti, et vris D. vicissim, omni offitio et studio nro. Que foelicissime valeant, et nos diligant. Thoruniy XV July.

Carolus quintus Electus Romanorum Imperator semper augustus. Hispaniarum Sicilie rex Basilio Duci Moscoviae.

Serenissime Princeps, frater charissime. Postquam divina aspirante gratia, ad Sacri Imperii Romani culmen, nuper provecti fuerimus, nihil aeque in huius Regni nostri primordio ad nos pertinere existimavimus, quam ut Reipublicae Christianae, quam maxime consuleremus, illiusque conservationi atque exaltationi studeremus, Cui instituto nostro prosequendo, cum inter alia potissimum Christianorum Regum ac Principum, concordia nobis videatur admodum necessaria, ut concordibus consiliis, iunctisque viribus Christiani nominis hostes arceri, et quae in commune omnium utilitatem facerent, aliquando possent promoveri, Cumque circa differencias, inter Serenitatem vestram, ac Serenissimum fratrem nostrum Polonie Regem, iamdudum versantes, non ignoremus foelicis memorie, divum Caesarem Maximilianum, Avum nostrum colendissimum, summo studio elaborasse, ut huiusmodi inter Serenitates vestras differencie sedarentur, atque honestis mediis componerentur, fueritque ea res, immatura Maiestatis sue morte, interturbata, et derelicta, dignum duximus, non tam pro nostra in hunc Avum nostrum Sacratissimum observantia, vestigiis illius inherendo, quam ob commune Reipublicae Christianae utilitatem, negocium istud resumere, studiumque nostrum inter Serenitatem vestram, et prefatum Serenissimum Regem Polonie interponere, quo huiusmodi inter vos differencie concordari, aut saltem Inducie, usque ad nostrum in Germaniam adventum, quem Deo favente, infra paucos dies futurum speramus, firmari possent, Cogitavimusque eius in causa spedicem Oratorem nostrum ad Serenitatem vestram destinandum, qui huiusmodi, inter eam atque

Sermu fratrem nrum Polonie Regem, differecias co-
ponere, aut saltem Inducias usqz ad aduetu nrm in Ger-
mania concludere et conficere debeat.

Vt aut hmoi oratori nro, ad Serttem vram venturo ma-
ior bene negociandi occasio detur, Serttem vra pluriu
hortatur, velit cotemplatione nri, interim nihil contra
prefatu Sermu Polonie Regem, via facti, suie armoru
attemptare, Quod eciam, eundem fratrem nru Polonie Re-
gem, ad requisitione nram facturu minime dubitamus.
Cui ecia de ea re oportune scripsimus, ne noue interim
difficultates, quibus cocordia inter Serttes vras turbari
posset, oriantur. et rei bene gerende spes et occasio tolla-
tur et auferatur. Velitqz Serttas vra in securitatem
Oratoris nri ad se venturi, et tocius Comitiue sue, libe-
ru ac saluu Conductu, pro prefati Oratoris, et suorum
persona, cu pnti Nuntio ad nos transmittere. De qbus
omnibus honesto studio respondere sumus parati. Datu
ex Molendino Regio die vj. Mensis Nouebris Anno
Dni M.o D.o xviij. Regnoru nroru Ro. et Electionis
Imperii, primo. Aliorum vero omz, quarto.

S. I. Rex. P.

Vilnensi et Trocensi palatinis

Magci etc. Veniens huc ex Moschovia Orator Cae-
saree Mtis, retulit nobis idē qd Nūctii nri se de pace,
aut Inducys nihil illic effecisse. Verū ducere secū Orēs,
hostis nri, qui vt intelligit, nihil aliud in mandatis hnt.
q3 de nobis queri, et rem illius excusare. Nos cōsultū
censemus, vt idem faciamus, mittimusq3 Nunctiū
ad illius Caesareā Mtem, qui nrā, ad omnia aequa
et iusta, propensionē suae Mti declaret, et q p nos
nihil stetit, quominus decētibus cōditionibus, pax
esset cōposita. Voluimus tamen id significare prius
S. vris, vt si quid eis videbitur adhuc cū illius Mte
agendū nobis perscriberent.

Caeterū quia idem Orator Caesareus retulit nobis hostē
nostrū non detractare, vt essent Induciae inter nos et
illū, Sed ea conditione, vt pro illis ad eū mitteremus.
quas eciā ita facere vellet, vt ei videretur. Nos nullo
modo vellemus amplius ad eum mittere, et hāc indi-
gnitatem magno Ducatui perpetuo inducere, et nobis
Vnde et hostis ipse magis animari possit, et nos impotē-
ciā nrām testaremur. Nec id quod nūc frustra ad eū
miseramus, vllo modo fecissemus, nisi voluissemus
Caesareae Mti gratificari, nrāmq3, ad aequā pacem et
concordiam, propensionē declarare, Tamē quia, vi-
detur nobis valde necessariū et vtile, vt aliquātū
respiremus, et interim vires nrās melius colligamus,
censemus, vt significaremus ad Caesaream Mtem,
quo illa, quasi nobis id nō poscentibus, sed suo

motu proprio, faceret inter nos et ipsum hostem Inducias ad tres annos, ut possemus intra hoc idem tempus triennij Magistrum Livonie, in auxilium nobis adducere. Cuius Inducie cum hoste, etiam intra ipsum tempus, expirabunt. Et proinde significent nobis S. vre in hoc suam sententiam, utrum habere velint tales Inducias, et si censeant agi per illius Cesaream Mtem hoc modo de illis absque missione oratorum meorum in Moschoviam, Quia nos non mittemus ad eius Cesaream Mtem Nunctium, donec a S. vris consilium et sentenciam earum habeamus. Que bene valeant. Datum.

Summa Legationis Hieronimi Balbi Prepositi Posonien: a Lodouico rege Vngarie et Bohemie.

Imprimis, que mala euenerunt in Regno Hungarie, ex dissensione omnium Ordinum inter se, presertim vero Plebis et Baronum, et quomodo in Conuentu Bathiensi Variensi, qui habitus est anno preterito, multa indigna fuerunt constituta, que furor Plebis exegerat, et quod assessores, qui tunc fuerunt electi, et ad consilium Regie Maiestatis adhibiti, plus auctoritatis in omnibus actionibus et negocijs Regni, vendicare sibi volebant, quam vtilitas publica et eorum conditio postulare videbatur.

Quod dni videntes nimiam Plebis, et eorundem Assessorum licenciam, indigneque ferentes, quod plebs tantum auctoritatis et imperii sibi arrogare volebat, depositis omnibus suis priuatis simultatibus, conuenerunt in vnam sententiam, quod volunt esse concordes inter se, et vnanimiter consulere, pro bono Serenissimi Regis et Regni sui, illosque Assessores excluserunt de consilio Regio, et soli absque Plebe, vt prius erat factum, res omnes et negocia Regni agere volunt.

Quietis ergo animi dnorum inter se, plebs etiam tranquilla est, cum desunt qui eam excitent, Preterea Inducias cum Regno Hungarie Thurcus firmiter obseruat, atque ita hodie in Regno Hungarie, et foris et domi est pax et tranquillitas.

Et quoniam viuente olim Caesarea Maiestate, dni Hungari

et Nobilitas, nunq̃ volebant recte et ~~bene~~ plene cõsentire in tutelam eius olim Cæsareę M^tis, et Ser^mo dño meo delatam, eo q̃ videbant, q̃ vtraq̃ M^tas omnia cõiter agebat per Oratores suos, apud eos vero fuit inuisum nomen Cæsaris et Germanicum, negocium tutelę nunq̃ potuit venire ad effectum, non propter M^tem dñi mei, cui Jure naturę et sanguinis nexu, eadem tutela debetur, sed propter defunctum Cæsarem.

Nũc vero mortuo Cæsare, et sublato hoc impedimẽto, dñi Consiliarii, deferunt tutelam Regis, et Regnorum suorum, Ser^mo dño Regi meo, habent tamẽ et habere volunt hanc rem in magno secreto apud se, timẽt enim, ne si pmanaret ad plebem, interuenirent, ita vt prius est factum, multę difficultates. Sperãt autẽ q̃ et dñs Vayuoda Transyluanię ibit in eorum sententiam, qui nũc est absens à Buda, Qui si etiam aduersari huic rei vellet, certum esse eum contra multos nõ preualiturum, presertim q̃ fauor Plebis in eum, est multum diminutus.

Deinde dixit, q̃ orẽs vtriusq̃ M^tis, qui missi erãt ad Conuentum Electionis Cæsareę, valde, et inepte, et negligẽter se gesserũt in rebus, illis cõmissis, presertim in negotio Matrimonij. In quo hoc R^mis sui^um retulerunt. q̃ Ser^mus Rex Carolus, petit in ea re habere adhuc Inducias vnius anni, vt intra illum possit se explicare, cum auctoritate Sedis Ap^licę à priori nexu et cõnubio, quod cõtraxit cum filia Ser^mi dñi Regis Gallię.

Quę res multum pmouit animos dñorum Hungarorum Considerant enim q̃ Ser^ma dña Regina, quę iam est

xvj annorum, manet tamdiu in suspenso, in manibus alienis, cum magna indignitate tam dni Regis sui, q3 etiam Sermi dni nri, resq3 videtur eis ridicula, quam pretendunt Comissarii Sermi dni Regis Caroli de Inducijs unius anni, et dispensatione aplica, Nam nulla sunt sponsalia ante septennium; Quod etiam attinet ad Ducem Ferdinandum, licet eius nomine, quidam fictus Procur contraxerit Matrimonium cum dna Anna, per verba de pnti, Certum tamen est, illum tunc, imo nec adhuc ætatem ltimam ad contrahendum Matrimonium habuisse. Et ob hoc Carolus Rex, posset nunc optime contrahere cum dna Anna, Nam sponsalia soluuntur per Matrimonium, per verba de presenti contractum.

Tunc habuit xi años. nunc est in xiij año.

Quia aut scripserunt Comissarii Sermo dno Regi Ludouico, quod futuri sint circa festum omnium sctorum in Isburg, ad componendas res illius Prouinciæ, et deinde in Linz, et tandem ad Austriam circa festum sancti Martini venire deberent, postulant vt illuc Mtas sua, Oratores suos mittere velit, cum quibus tractare possent de negotio Matrimonij predicti, dixit, quod Sermus dns Rex Ludouicus, deliberauit omnino mittere illuc Oratores, aut Oratorem suum. et quod etiam Sermus dns Rex nr mittat illuc Orem suum, vt ibi tractetur etiam de Mrionio Sermi Ferdinandi, cum primogenita Mtis sue, Et quod si ibi non posset concludi negocium hoc matrimonij, quod Ores ipsi vadant inde recta, ad Sermum dnm Regem Carolum.

Dixit posthac, quomodo dni Bohemi à multo tempore postulant, quod Sermus dns Rex Ludouicus vadat in

Bohemiam, et q nullo modo possit componi debite Sta-
tus illius Regni, absqz presencia illic Mtis sue. In-
terponen ecia minas. q nisi venerit, vellent sibi co-
stituere aliu Regem, et dnis Hungaris, et Regno Hu-
garie bellu movere. E diverso vero dni Hungari
no censent, vt illuc vadat, timent em ne subeat dis-
crimen corporis et vite sue illic Mtas sua. et iam
nuc respoderunt Oribus dnoru Bohemoru, q Mtas
sua non potest nuc ad eos venire, Designarunt
vero Oratores ad eos cu plena facultate, omnia age-
di et concludendi ac si solus Rex ibi esset, dnos
Ducem Carolu, et Epum Janorien, qui tamen om-
nino nihil ibi facient. Sed et dns Janorien ire
no poterit propter adversam valetudinem suam.
Referunt itaqz hanc rem dni Hungari cu Sermo
dno Rege suo ad Mtem Regiam, et rogant, vt cosu-
lat quid sit faciendu.

Hic dixit. q cu tutela, que defertur Mti Regie publi-
cari no posset, neqz modus illi statui, nisi cu Mtas
Regia, cu Sermo dno Rege Ludovico Nepote suo co-
veniret. Dnis vero Hungaris no esset tutu, neqz
integru, Mtem suam ad se vocare, propter suspitionem,
que de eis haberi possit, in eam devenerunt sentenciam,
et ita nunciarunt per ipsu dnm Balbu, q Mtas sua
declararet per eum Mti illi, q propter negociu Ma-
trimonii, et alia multa, cuperet Mtas sua cu illius
Mte convenire Posonii, aut in Moravia in aliquo
loco, et prefigeret diem, quo is Conventus fieri de-
beret, si id fieri posset. Sin minus, q de die Conventus
nihil adhuc statueret, sed q illu per lras suas Mti

illi posthac tunc, cum esset soluta his difficultatibus quibus nunc est implicita, significare vellet. Ita enim putant hoc secretum sunt occultum futurum, et nulli impedimento obnoxium fieri posse.

Caeterum de negotio Prutenico, quod cum allatae essent litterae ad Serenissimum dominum Regem Ludovicum litterae Maiestatis Regiae, quibus declarata sunt molimina Magistri Prussiae, et quomodo coniurasset contra Maiestatem suam cum Moschis et Thartaris, et Gentes adversus Maiestatem suam ex Germania duceret, molesto animo id tulit Maiestas illa, et domini Hungari, qui non minus eam rem in animum suum induxerunt, ac si capiti uniuscuiusque illorum, grande incendium ac periculum immineret. Norunt enim, si quid adversi accideret Regno Maiestatis suae, id etiam in Regnum Hungariae, et Regna alia Serenissimi domini Regis sui Ludovici redundaret, Sed et indignabantur, quod Magister oblitus debiti sui, et eius coniunctionis, quae illi est cum Maiestate Regia, talia contra illam moliri audeat.

Et proinde imprimis, id quod optabat Maiestas Regia, datae sunt litterae ad Bohemiam, Moraviam, et Slesiam, ne gentes permitterentur ire illinc ad Magistrum Prussiae contra Maiestatem suam.

Praeterea designatus est Orator ad summum Pontificem dominus Philippus More, qui nomine Serenissimi domini Regis Ludovici, declaret illius Sanctitati ea, quae facit Magister Prussiae, adversus Maiestatem Regiam, ut illius Sanctitas, mittat contra illum, et eius subditos Censuras Ecclesiasticas, ex eo quod confoederatus cum scismaticis

et Infidelibus tantu negociu exhibet Mti sue Regi Chriano, et qui cotinue pro fide et nomine Christi depugnat. Non dubitant vero dni Hugari, q id haud granate faciet illius Sctitas, et indignati aio feret hanc Mgri ptervia, et nimia audaria,
Sed et preter solum dnm Marchione Joachimu, q vt homo venalis, voluit vendere Imperii Romani libertatem, et transferre Impiu ad Gallos corruptus peccunia, exclusis eciã fratribus Mgri, no dubitat dni Hugari, q ceteri dni Electores, et Principes Germanie, propter coiunctione et affinitate, que est Sermo dno Regi Ludouico et Mti Regie, cu Sermo dno Rege Carolo, erunt omnes pro eadem Mte, nec in causa tam iniusta et iniqua Mgro adherebunt.

Quia vero timet Mtas Sermi dni Regis Hugarie cu suis Cosiliarijs, ne si Thartari et Moschi simul irrumperent, vt inter eos est conentu, in Dnia Mtis Regie, et Mgro ex alia parte, Regnum et Dominia Mtis sue inciderent in grane periculum et ruina, comisit dno Balbo, vt si ita visu fuerit Mti sue, ipse nomine illius Mtis, ad Mgru vadat et eu ab incoeptis cohibeat honestis suasionibus, Id quod totu reponitur, in arbitriu Regie Mtis etc.
Misit eciã in eadem causa dns Georgius Marchio Nunciu suu specialem etc.

Responsum a Sigismundo primo rege polo^c datum Hieronymo Balbo oratori Ludowici regis Vngarie & Bohemie.

Que D. vra, nomine Sermi dni Regis Húgarie, et Optimatu illius Regni, cora Sacra Mte Regia graviter et copiose disseruit, coru hec súma fuit.

Retulit imprimis, quanta, et q3 perniciosa fuerit hactenus dissensio inter Optimates et Plebem Regni Hungarie, fouente illa nonullis ex Optimatibus eciam ipsis. Quo factu sit, vt et multe indigne Cōstitutiones Regni fuerint in Conuentibus edite Plebis arbitrio, et tutela Cæsaree olim Mti, et huic Mti Regie comissa, nō potuerit, inuiso apud Plebem ipsa, Germanoru nomine, debitu et verum effectu suu sortiri.

Nuc aut Optimates inuicem omnes redisse in graz, et in vnu omnes sentire, decreuisseq3 plebis iugum excutere, Decreuiße ecia tutela Sermi dni Regis sui, Regnorumq3 eius huic Mti Regie comittere ac deferre.

Veru id secreto agi oportere, ne plebi suboleat, ac inde turba aliqua cōcitetur, neq3 id ipsu confici posse cōmodius et tucius, nisi mutuo vtriusq3 Mtis conventu. qui vt nō ex dnis Regni Hungarie pcessisse

videretur, ex his iustissimis causis statui, et res ipsa obtegi posset. Videlicet propter negotia communia Regnorum vtriusque Mtis, et præsertim Matrimonium Illme dne Anne Reginule in perplexo constitutum, neque vnacum aliis negocijs necessariis curatum et prouisum per vtriusque Mtis Ores in Conuentu Electionis Imperialis, vt oportebat, et per omnia verba illis esse data, Et quod ex hac, et aliis causis necessarijs significaret Mtas sua Sermo dno Regi Hungarie, se cupere et oportere cum illius Mte conuenire, vtque iam Mtas sua diem eius Conuentus, vel per D. vram illius Mti designaret, vel per suum Nuncium postea declararet.

Cæterum retulit Commissarios Sermi dni Regis Caroli scripsisse Mti dni Regis Hungarie, se circa festum sancti Martini in Austriam venturos, et postulasse, vt mitteret illuc Mtas sua Orem, cum quo negocium ipsius Matrimonii conficeretur, et vbi id per eos transigi non posset, iret cum illis in Hispaniam vsque ad ipsum Regem.

Decreuisse vero Sermum dnm Regem Ludouicum mittere illuc vnum Orem. postulareque vt alterum hec quoque Mtas mitteret, ad conficiendum hoc ipsum Matrimonij negocium, et Viennam, et si opus foret in Hispaniam proficiscerentur, quodque interibi agi, et de matrimonio primogenite filie huius Mtis, et confici posset,

Retulit preterea qua pertinatia et cominationibus instant dni Bohemi, vt Sermus dns Rex Ludouicus ad Regnum illud concederet, Dnos vero Regni Hungarie vereri ne illius vite veniret, et propterea
" in discrimen "

recusasse illius Mtem mittere, Consiliu tamē in hac re Mtis Regiē sequi velle,

Postremo declarauit, quid Sermus dns Rex Ludouicus, et dni Regni Hungariē ad postulationē Mtis Regiē, de negotio Pruthenico effecerint, et de Nuncio ad Pontificem designato, necnō etiā de profectione D. vrē ad Mgrum, vbi id ex re videretur.
Ad quē omnia Mtas sua Serma, hoc D. vrē Responsu dare mihi commisit.

Imprimis libentissime audiuit Mtas sua, mutuam factā esse cōcordiā, et cōsensu inter dnos Regni Hūgariē, Non dubitat em̄ sic omnibus, cu Sermi dni Nepotis sui negocijs rectius prouisu iri, tum Statum illius Regni meliorem, firmioremq3 futuru.

Quod aut illoru Dnes tutelā Mti suē Sermē offerunt, quamq3 illam Mtas sua nunq3 ambiuit, et satis sit illi negociorū, et curaru domesticaru, ne foris quērat: tamen ne hanc Dnoru Hungariē beniuolentiā in se, et munus oblatu reicere et paruipendere videretur, vtq3 illoru studia, et propensioēz in se retineret, libenter eā tutelā acceptabit, idq3 totū ex se præstare curabit, quod viribus et facultate sua pro bono Statu Sermi dni Nepotis sui, et Regnoru ipsius consequi poterit, nihilq3 sine voluntate, et com̄ consilio dnoru Hungariē vnq3 aget.

Vt aut ea res tranquillius et ~~securius~~ secretius conficiatur. statuit Mtas sua, ita vt illaru D. censuerut conuenire, vna cu Sermo dno Nepote suo, ex his causis,

quas D. vra, vere et copiose explicavit, videlicet de Matrimonio Illme dne Xme, nullo certo fine constituto, ac alijs negocijs communium Regnorum vtriusqz Mtis.

Et postulat Mtas sua, vt iam vra D. eam voluntatem suam conueniendi cum Sermo dno Rege Ludovico, illius Mti referat, ex causis predictis, Id.[?] vel Posonij, vel in Berna, Diem vero ipsius Conuentus primam Dominicam Quadragesime illius Mti declaret, Sperat enim Mtas sua, se interea tpris suas difficultates, aliquo modo sistere posse, et comodius ex Regno discedere.

Quod aut Sermus dns Rex Hungarie, Nunctium ad Mandatarios dni Regis Caroli, vel eciam in Hispaniam, causa confiriendi Matrimonij dicte Illme dne Xme, mittere destinavit, et probat Mtas sua, et suum eciam, vt illa postulat, vna libentissime mittet.

ipsam impediret, lis coram Iudice nulla pendet. Et que extra iudicium humana cupiditate orte sunt simultates, hac ratione compescentur. Quod ut fiat Sanctitatem suam officium suum, et utilitas publica hortari debet. Cum enim bella pactis et conditionibus latis fere finem accipiat, exigit communis utilitas, ut que pacta sunt, etiam si parum equa sint observentur. ne velut caput hydre unius belli finis plurimorum sit initium. maxime cum pacis et cocordie observatio, non solum de iure gentium sit, sed et divino. Unde dubium non est initam concordiam solo partium consensu ratam esse. confirmari autem vel ex partium voluntate, vel etiam ea non accedete, sola Superioris authoritate posse. in nostra quidem perpetua pace utrumque concurrit, et partium consensus et auctoritas Superioris per Legatum interposita. deinde & voluntas partium ad prioris consensus et concordie confirmationem. Unde omnino existimamus ab una tantum partium petitam confirmationem denegari non debere. Cum enim in ipsa confirmatione antea legati Apostolici auctus intercesserit: partes quod ad maiorem cautelam confirmationi faciende per pactum dispositivum consenserunt: Sanctitas domini nostri, cuius officii est pacem fovere, et dissidentes ubi imminet Reipublicae turbatio, vel invitos ad pacem compellere, qua ratione iam firmate pacis confirmationem negabit? Populare est per Germaniam et Poloniam ut in privatis factionibus, que per vim extorte sunt promissiones in Latronum captura, et ludis etiam, tanquam legitime habeantur, ad maiora mala vitanda. quid igitur in tali pace faciendum, a qua sine multorum exicio discedi non potest? In ea tamen, si qua Capitula tanquam illicita Sanctitati Sue displicuerint, parum interest, si ea tanquam reproba ex certa scientia, et eius motu proprio tollantur: approbatis aliis. cum utile per inutile non vicietur. Quod etiam magis convenire putamus

rebus nostris, q si ipsi in illarum cassationem consen:
tiremus. His ac aliis racionibus vra Ptas inducere
Sanctm Do. nostrum curet ad confirmationem ipsam.
agatq id totum, quantum potest secretissime: nulli rei
et impensis parcendo. Nam si id nobis illius Sanctas
denegabit: nos qui continue per Magistrum Prussie la:
cessimur varijs et multiplicibus modis, quibus subditos
nros premit et infestat: non poterimus ulterius ferre.
Et quod hactenus causa illius Sanctis fecimus, et
illi per fratrem Nicolaum Schonbergum promisimus
a bello gerendo continere nos nequibimus, quod pro:
culdubio vniversa vicina regna & dominia sit in:
vicem commovebit, ut hec turba difficillime deinde
sisti poterit. Itaq vra Ptas diligentia adhibeat
ut id apud illius Sanctem obtinere possit, quod
alioqui ipsa sua sponte, causa publici boni et quietis
facere deberet. Referemus hanc operam vre Pti
abunde gra et beneficentia mra regia. que bene
valeat. Cracovie 25 Julij. 1519.
Regni nostri xiij.

Sigismundus Rex sst.

Particula Eplae regie: ad Erasmum Epm Ploc: Oratorem Rome agentem: Datae Cracouie 20 Augusti . 1519.

Ceterum non ignoret vra Ptas tristem hiis diebus nobis casum incidisse. Tartari enim maiori et instructiori vi, quam vnquam consueuerunt, fracta fide, et inopinato, in terras nras Russie irrumpentes, damnum ingens fecerunt, et presidia nra que illic collocaueramus, vnacum Duce Constantino, aliis que illic proceribus fuderunt: id que nescimus quo alio, nisi aduerso fati nostri impulsu. Nam neque Dux ipse Constantinus, neque aliarum Copiarum Prefecti, continere milites potuerunt, quin pauci numero contra hostium ingentem multitudinem temere congrederentur. Et licet non perierit ex nris vllus insignis: et omnium paulo plus mille etiam cum promiscua plebe desyderentur: hostium vero magna multitudo et prestantior cecidit: tamen quia superiores et cum preda euaserunt, nobis est valde dolendum. Proficiscimur que Sandomiriam, consultari illic cum Consiliariis illo conuocatis, qualiter vbi eadem vi rediret hostes, non impune discederent. Haec Pti vestre significare voluimus, vt si rumor aliter istHuc, vt fit, spargeretur, ipsa sciret quemadmodum res gesta sit et Sanctmo do. nro declaret, cum quibus hostibus sit nobis continuum negocium. Et comendet nos eius Sancti. Ipsa etiam valeat feliciter. Datae Cracouie XX Augusti. 1519.

Sigismundus primus Rex Polonie:

Cardinali Forliuien: tocius ordinis fratrum minorum protectori.

S. P. D.

Rme in Chro pr. In terris nris Prussie fres Ordinis minorum
de obseruancia magnam nobis de se suspicionis prebent materiam
quoniam non subsunt Jurisdicioni ministri prouincialis eiusdem
Ordinis in regno nro/ plerumqz enim bella Et tumultuaciones
perseuerant in illis terris inter nos Et vicinos earundem ter:
rarum. Principem videlicet et Magrm Cruciferorum. Et in:
terdum contingit mitti sub specie fratrum contra nos negocia re:
gno nro nocumentum afferencia, id quod iam experimento per:
didicimus. Proinde ad tollendum huiusmodi suspiciones, Et
mala inde impendencia operepreccium erit per commoditatem pre:
sertim istius Venerabilis Capituli dictos fres ad vnione
Et obedienciam prouincie Polonie redigere dehinc sub obe:
diencia Saxonum prouincie degentes necessitate publica vr:
gente de locis illis nobis subiectis cogamur ipsos alienare.
In terris eciam Slesie que Regnum nrm a Bohemia diuidit.
sunt nonnulla loca Ciuitates Et Oppida nobis subiecta Et
presertim Bedzin. Cozieglowi. Slawkow. Sieworz. Cze:
ladz. Oswiencim. Zathor. Mziglod. etc quorum Ju:
risdicionem fres de prouincia Bohemie questus faciendi gra
sibi vendicare contendunt, non sine iniuria Et incommodo
fratrum prouincie regni nri. qua racione fiunt quedam di:
ssensiones inter fres harum prouinciarum, que procul dubio
parerent inter ista duo regna appertum dissidium. Rogamus
vram Rmam Ptem prohibeat fres illos de prouincia Bohe:
mie, ne quouis pacto, ad loca eadem nobis subiecta audeant
se ingerere. Alioqui necesse esset nobis, auctoritatem secula:
rem contra illos extendere, quod facere nollemus, nisi Ptis
vre prouidencia his malis viam intercluserit. Quandoqz
sine magno scandalo id fieri non posset. Credimus tamen. P.

vram Rx mam et necessitatis huius et desiderii nostri habituram racionem. Quam foeliciter valere optamus Dat Crac vi Marcii M° D XViii° Regni nri XII

Ludouicus Rex Vngarie & Bohemie Sigismundo Regi Polonie: patruo suo: Salutem et felicium successuu cotinua incrementa

SERmé Rex Patrue nr honoranme. Ex lris Mtis vré proxime ad nos datis intelleximus Magistrum Prussie conductis ex Germania gentibus aduersus Mtem vram bellum moliri et terras eiusdem Prutenicas velle inuadere conarique vt eciam ex nrá Bohemia Morauiaque ad augendum Exercitum suum milites stipendio sibi comparet. Que res vt est indignissima et ab omni pietatis necessitudinisque officio alienissima ita nobis plurimum displicet et incredibiliter certe dolenda est, Miramur autem vehementer quid Magistrum ad hoc agendum impulerit, Qui cum sit Iure Sanguinis Mti vré coniunctus magnis alioqui beneficiis ab eadem et ornatus et auctus: Cum Moscis et Tartaris hostibus Mtis vré coniuret. vt tam atrox et plusque Ciuile bellum in Mtem vram meditetur/potuisset Mgr ipse saniore consilio vsus longe commodiores vias inuenire. res suas componendi: Sed forte adhuc resipiscet. Quod si vt cepit perrexerit: Deus optimus Maximus iustam Mtis vré causam procul dubio prosperabit. et Magrm aliquando huius consilii factique sui penitebit. Nos vero si res Mtis vré iuuare aliquatenus possemus id certe nobis esset iucundissimum. Et multo id faceremus libentius quam vel ipsa forte desiderat, faciemus autem animo cum propenso tum syncero quicquid poterimus/de qua quidem re Prutenica et de multis aliis plura Mti vré per Oratorem nostrum quem ad eandem propediem missuri sumus iam designatum nunciabimus. quem hoc biduo hinc dimittemus ea celeritate profecturum, vt, prius attingat si fieri poterit Craccouiam quam istinc Mtas vra discesserit: Quod autem ad Bohemos et Mora:

uos milites attinet pro voluntate et desiderio M^tis vre misimus litteras nras per proprium hominem nostrum ad omnes status Regni nri Bohemie Et Marchionatus Moraviae, quibus omnibus strictissime mandauimus vt nemo ex eis audeat ad stipendium Mgri Prussie se conferre, aut eius Exercitum ingredi contra vram M^tem, Quin potius ita se teneant vt si quando inter tot hostes suos et tam grandia bella, M^ti vre necessitas incubuerit gentes aliquas conducendi, eas in eisdem Regnis nris, M^tas vra paratas semper habere possit: Omnipotens Deus Maiestatem vram q foelicissime conseruet, et optatam eidem victoriam contra omnes inimicos suos concedat. Dat Bude duodecima die Octobris Anno domini M^o D XIX Regnorum nrorum Hungarie et Bohemie anno quarto

Sigismundus primus. Rex Polonie

Reueren in Chro patribus: Mag^cis generosis et famatis: Prelatis. Dignitarus. Officialib^s Consiliariis nris Terrarum Prussie: sincere nobis dilectis:

Rndi in Chro pres. Mag^ci. Generosi. Nobiles. Et Famati, fideles nri dilecti. Ea que nobis ex Conuentu proximo Graudmien de Ser^mo Rege Danie, de Marchione Joachimo Brandeburgen, et de Magro generali eorumq molimimbus scripsistis, cum his nouitatibus que per Consulatu Gedanen ad vos perlate sunt, sane intelleximus accepimus etiam hec prius ex aliis, et nouissime ab Illmo Duce Pomeranie. qui huius negocii non paruam gerit curam, ex quo et ex aliis coniecturis assequimur, hoc presertim duro tempore quod instat non bene conuenire peditibus Germanis in Castris diu agere vel q huiusmodi machine que struuntur sic subito confici possint. Nihilominus in omnem euentum, quicquid sit quod illi conantur non est conniuenter transeundum: probamusq in hoc operam Et Consilium vrm quod de bono ordine

statuendo, quo obex istis rebus poni possit dedistis Commi:
simus itaque ad quemlibet Districtum, et illius incolas dari,
mandata: ut omnia sic quemadmodum consuluistis, dirigere:
tur. Proinde volumus ut lrē hac in re universales, per
quemlibet Palatinum in suo Districtu Nobilibus ac oppida:
nis, precipue Castrorum Capitaneis et ceteris quibuscumque
Subditis nris, notefiant et manifeste, atque ab omnibus sic ut
illarum tenor continet observentur. Quod eo facilius fiet,
Si quisque vrm et sui officii debito, vices suas ad id inter:
ponet. Sicque hys rebus quemadmodum astrictus est, invigi:
lauerint. in quo ut confidimus, neque studium neque diligenciam
aliquam omittetis Rem nobis et vobisipsis debitam. Et grā
nrā dignam facturi Datum Cracovie

Sigismundus primus Rex Poloniae
Incolis ac Subditis suis palatinatuum Culmensis. Marienburgen. pomeranie.

Universis et Singulis, Palatino, Castellano, Succamerario Ca:
strorumque et Oppidorum nostrorum Capitaneis, et Tenutariys,
Nobilibus Proconsulibus et Consulibus, ceterisque officialibus
et Subditis nris in terra et Palatinatu † existentibus, Sincere
et fidelibus nris dilectis. fauorem et grām nrām. Magcē Ge:
nerose Nobiles, Famati, et Prouidi, fideles nri, dilecti, Co:
gnitum est nobis ex rumore non incerto Sermus Rex Da:
nie, qui a suo regno est eiectus, cum domino Joachimo Mar:
chione Brandeburgen. cumque Mgro generali aliisque quibusdam
Ducibus Exercitum Equitum et peditum collegerit non con:
temnendum sub pretextu, quod illo restitui speret, illumque fortassis
prope oras terrarum nostrarum Prussie, que Marchionatui
vicine sunt est collaturus, unde licet nihil nobis cum hoc rege
sit dissidii et cum Mgro generali, ut satis Inducias habea:
mus, tamen iuxta hodierni orbis habitum, non visum est nobis
ut hoc tempore in utramque aurem dormiamus. volumus itaque

† Culmensi Marienburgen Pomeraniae

et vobis omnibus serio precipimus, vt cum primum presentibus
requisiti fueritis quilibet vestrum sic vt nobis militare obliga:
tur cum equis, armis et curribus suis in omnem euentum se pa:
ret et expeditum faciat, vt cum aliqua vis ingrueret, Et
per Palatinum Et officiales adhoc consuetos ad occurrendum
pro certo die et loco vocaretur, sine omni mora adesset, fru:
menta preterea et quicquid bonorum quisque in locis non be:
ne tutis habuerit, ad proxima nostra Castra et munitiora op:
pida transferat, quo illic securius maneant et hostibus comme:
atus precludatur. Vobis vero Capitaneis, Castrorumque
Et Oppidorum nostrorum Tenutarijs, Ciuitatumque et Oppi:
dorum nostrorum Proconsulibus Et Consulibus seorsum man:
damus, et sic omnino habere volumus, vt Castra Et Oppida
nostra vobis commissa et obligata, sic curetis, vt ea cum genti:
bus armis Tormentis pulueribus Commeatu et quibuscunque
alijs rebus bellicis bene munita Et instructa habeatis, Ne
nobis aliquod in eis detrimentum, quod a vobis repetere
cogeremur impendat. Nos etiam in hoc Conuentu Regni nostri
omnem operam sumus daturi, vt vobis omnibus Et singulis
si quid se huiuscemodi offeret, tempori adesse, et quemadmodum
consueuimus, ab omni vos vi Et iniuria defendere Et tueri
possimus, vestrum igitur erit in omnibus istis tales se exhibere
quo fides et virtus vestra, et hinc erga vos gratia nostra, ho:
stibus nostris formidabiles redderetur. Sic ergo et sub penis
in bellicis expeditionibus solitis aliter non facturi Datum

Sigismundus primus Rex Polonie Gdanensibus:

FAmati. Intelleximus ex lris vris qualiter Rex Danie abscesserit ex Swecia simul ac de nonnullis eius gentibus que istic apud vos applicuerunt, quas cum consistere apud vos prohibueritis, commendamus et probamus in ea re prudenciam et diligenciam vram. Non potuisset enim eorum mansio, nisi cum aliquo damno subditorum nostrorum fieri. Et quamuis nihil suspicamur Magistrum inceptusrum aduersum nos, maxime nunc hiemme. tamen volumus vt si, qui adhoc ex dictis gentibus in Ciuitate, vel dicione nra substiterunt eos manere non permittatis. Et nos scribimus etiam Palatinis & Capitaneis nostris istic in Prussia. vt se aduersus eos vbi opus esset. moveat Et vos pariter Consilio simul & auxilio quantum potestis adsitis ne quod subditis nostris damnum inferatur. Facturi pro gratia nra.

[illegible]

Edictum Regis Poloniae Sigismundi primi in vim primarum et secundarum Restium: vt omnes subditi Regni parati sint ad bellum: contra Magistrum Cruciferorum de prussia.

SI

VNiversis et Singulis Palatinis Castellanis Capitaneis Dignitariis. Officialibus Burgrabiis et Nobilitatum comunitatibus. Aduocatis et Scultetis ceterisque subditis nris terras Regni nri incolentibus. vbique: et presertim terram
et Districtum de Iure et consuetudine ad expeditionem bellicam obligatis. Sincere nobis et fidelibus nris dilectis. gratiam Regiam / Magca. Generosi. Nobiles. famati et prouidi sincere nobis et fideles dilecti.
Iam vnicuique vrm satis constare potest Quemadmodum Mgr Prussie, non habita ratione cum affinitatis nre mutue. tum etiã debiti ac professionis sue. varias hucusque occasiones belli nobiscum gerendi querebat. premendo multifariam et continue Subditos nros, et cum hostibus nris Moscis, et Tartaris aduersum nos conspirando. que omnia cum hactenus dissimularemus, Speran illum nra modestia et tollerantia posse aliquando ad officium suum reduci; res eo deuenit vt ille cognitis difficultatibus nris modernis, que nobis ab aliis hostibus incumbunt Conduxerit ex Germania magnas Militum copias. statueritque cum omni celeritate Arces et Ciuitates nras Prussie adoriri et expugnare. Nolen vero nos. cum iam aliter fieri non potest. iusticie et terris illis regni nri deesse. quas predecessores nri multo Sanguine et impendio partas nobis reliquerunt. idque intelligentes absque publica ad bellum motione fieri non posse.

propter vim et celeritatem hostilem decreuimus ipsi cum vniuer:
sis subditis nris ad Prussiam proficisci et terras ab impetici:
one hostis pro virili nostra tueri et defendere. Quare
has putes literas in vim primarum et Secundarum Restium
mittamus quibus vobis vniuersis et sigillatim vnicuique vrum
mandamus. vt visis illis arma capiatis et quilibet vestrum
capiat. vosque ita preparetis. vt cum alijs literis nostris fue:
ritis requisiti. possetis absque vlla mora nobis ad tempus et
locum qui designabitur adesse et hostilem impetum cum Dei
auxilio vna nobiscum ita retundere. vt inde amplius Res pu[bli]ca
nullum sentiat detrimentum. vosque laudem et gloriam vrre
bellica pluribus victorijs iam acquisitam quoad fieri poterit
augere et ampliare valeatis. Et ne quispiam vestrum de hac
preparatione bellica et mandato nro aliquam ignoranciam suam
pretendat volumus vt vnus ad alium viciniorem putes
lras Restium cum illas perlegerit transmittat. vltimus vero castri
loci Capitaneo representet sub bonorum suorum ammissione ali[ter]
facere non ausurus. Datum Cracouie feria Quarta proxima
ante festum Sancte Heduigis Anno dni. M°. D°. xix°
Regni nostri Anno tredecimo

Sigismundus primus Rex Polonie
Capitaneis in Regno:

Generose fidelis nobis dilecte. Jam tue F[idelita]ti satis constare pot[est]
Quemadmodum Mag[iste]r Prussie non habita ratione cum af:
finitatis n[ost]re mutue, tum etiam debiti ac professionis sue varias
huc usq[ue] occasiones belli nobiscum gerendi querebat. premendo
multifariam et continuo subditos n[ost]ros, et cum hostibus n[ost]ris
Moschis et Thartaris adversum nos conspirando. que omnia
cum hactenus dissimularemus, Speran[tes] illum n[ost]ra modestia
et tollerantia posse aliquando ad officium suum reduci, res eo
devenit vt ille cognitis difficultatibus n[ost]ris modernis que [nobis] ab
aliis hostibus incumbunt: conduxerit magnas Militum copias
statueritq[ue] cum omni celeritate Arces et Civitates n[ost]ras
Prussie adoriri et expugnare. Nolentes vero nos, cum ia[m]
aliter fieri non potest. iusticie et terris illis regni n[ost]ri deesse
quas predecessores n[ost]ri multo sanguine et impendio partas nob[is]
reliquerunt, idq[ue] intelligentes absq[ue] publica ad bellum fieri
motione fieri non posse. propter vim et celeritatem hostilem decrevi:
mus ipsi cum universis subditis n[ost]ris ad Prussiam proficisci,
et terras illas ab impetitione hostis pro virili n[ost]ra tueri et de:
fendere. Quod vt ad omnium noticiam perveniat, et ne nos in
tanta calamitate aliquid neglexisse videremur. l[itte]ris n[ost]ris
id denunctiare et palam omnibus facere volumus. quas mittim[us]
in manus tue F. Mandamusq[ue] illi et eas statim omni mora
posthabita per terras et Districtus sui Capitaneatus trasmit:
tat. et circumferri vt moris est faciat. Ac in foris Civita:
tum et Oppidorum, et circa Ecclesias diebus Solemnibus
proclamari et ad noticiam universorum et singulorum, ad ex:
peditionem bellicam obligatorum deduci faciat. vt equos ar:
ma et alia bellica necessaria parata habeant. quo vbi necessi:
tas incumberet. que non nisi repentina esse solet. et l[itte]re n[ost]re in

vim ultimarum Restium per nos mitterentur possit unusquisque sine mora ad locum quem in eisdem literis Restium designabimus proficisci. Factura Maiestas Vestra pro debito officii sui et grata nobis. Datum Cracovie feria quarta proxima ante festum Sancte Hedwigis Anno domini M°. D°. XIX° Regni nostri Anno tredecimo

Petrus Tomiczki Episcopus Premislien. Regni Polonie Vicecancellarius

Lucae de Gorka Castellano Posnanien. Capitaneo Maioris Polonie generali

Accurrerat huc his diebus modo cursorio et cum omnium hominum admiracione Dominus Archiepiscopus qui mox veniens agere cepit in consilio, ne Maiestas Regia Conuentum ageret in Prussia sed in aliquo alio loco Regni causam pretexens insecuritatis quasi tunc securius fuerit cum peditatus ille aduentabat quando omnes domini Conuentum Thoruny habendum censuerunt. suasit etiam ut milites isti quos Maiestas Regia quottidie scribit iam bellum ordirentur aduersus „Magistrum„ cum de hac re maxima et difficillima erit pars consilii et deliberacionis quale id bellum erit instituendum itaque tunc cuestigio sentenciis omnium et Maiestatis Regie non est persuasio ipsius suscepta. Postero die nescio que secreto egit cum Maiestate Regia, et iterum mox discessit impetratis tamen literis a Maiestate sua ad vestram Magnificentiam ut vel peccunias pro Colo daret, vel possessionem ipsius cederet. ego repugnaui huic rei, tamen cum Maiestas Regia iussit, coactus sum dare literas. / Vestra Magnificentia sciet qualiter se in hoc negocio gerere debet, non opus est ut a me doceatur Jam hinc die lune proximo post festum Sancti Martini egrediemur. / Magnificentia vestra rogo efficiat ut frater meus dominus Nicolaus ante id tempus huc veniat. neque aliter ipse faciat / Comedo me

Petrus Tomiczki eps et Vicecancell
Alberto Gastolt Palat° Vilnensi
et Magni Ducatus Litua^e Cancellario

Magce domine amice et fautor honoran non libenter video quod nonnulla differentia suborta est inter vram M: et dominum Pallatinum Trocen, nunc presertim, cum ista Respnca Magniducatus Lithuanie sit in tantis fluctibus et discrimi: nibus constituta, cui si mutua esset vrarum D. concordia et unitas adhuc certe consuli et provideri posset. et cum difficillimum sit foris bellum. intus autem dissiduim et dis: cordia. que spes relicta videtur salutis? itaq Mtas Re: gia id gravi ferens animo, et cupiens hoc reipublice nocu: mentum removere, comisit domino Hilynicz et domino Bo: grssio inter vras D. concordiam tractare, commisit idem eciam domino Electo Camenecen, qui utriq illarum liben: ter inseruit, itaq ego, cuius professionis est mutuam pacem et benivolenciam hominum cupere et conciliare quiq liben: tissime viderem omne bonum reipublice Magniducatus Lithuanie non secus quam regni. plurimum rogo vram M: non desit ipsa quo in reconciliacionem mutuam cum ipso domino Pallatino Trocen veniat, seq facilem ad honestas condiciones concordie prebeat. ut hec difficultas non acce: dat quominus respnca vra possit ab his discriminibus li: berari, faciat vra M: rem sua virtute et prudencia dignam ac Mti regie multo gratissimam, quam non ignoret Prus: siam cum apparatu bellico profisisci provocatam indignissimis conatibus Mgri a quo iste omnes difficultates Regni et Ducatus Lithuanie promanarunt et augentur, itaq non po: tuit Mtas Regia iam aliter facere quam operam impendere ut

ut illum coercere possit. me vrē M.ti et obseqnia mea ex animo commendo. et cupio ut sit felix et incolumis etc.

XV. Novembr

Anno dni 1519. Ser^mus Do^s Sigismundus primus Rex Poloniae: et Magnus dux Lituaniae, Cracovia Egressus est: ad Prussiam, ad Conventum generalem in Torunio agendum: et ad bellum adversus Illustrem Albertum Marchionem Brandeburgen, et Magistrum ordinis militaris Theutonicorum, seu Cruciferorum in Prussia: Nepotem suum ex sorore germana, gerendum.

ii^a Xbr Torunium venit.

Responsum a Sigismundo primo Rege Polonie datum dominis Prussie in exceptione sua per eosdem prutenos facta.

SAcra M^tas Regia R^mi J Mag^ci domini gras habet nō vulgares vris D. de hoc in se officio et cura ac diligencia in agendis hisque que pro communi bono utilia et necessaria videntur. / M^tas sua Ser^ma audiens iam pridem in quantis angustiis et calamitatibus fuerint he terre sue constitute et quibus aduersitatibus acte: venisset dudum ad consulendum et prouidendum illis libentissime, nisi fuisset aliis grauissimis cum suis, tum Ser^mi Hungarie et Bohemie regis, nepotis sui char^mi negociis impedita verum cum primum exoluere se vtcunque potuit, venit huc M^tas sua Ser^ma eo animo et rebus sic instructis vt vras. D. et alios subditos suos fideles ex his fluctibus et perturbacione vindicet idque totum exequatur quod illis ac aliis dominis Consiliariis regni sui pro pace et bono statu harum terrarum proque dignitate M^tis sue Ser^me factu utile et oportunum videbitur

Conuentus Torunensis ad diem S. Catherine in fine anni 1519 institutus: in sequentem annum 1520 productus fuit.

Sigismundus primus Rex Polonie primariis Consiliariis Regni.

Mag.ce Sincere nobis dilecte. Jam ea omnia discrimina et difficultates reipu.ce que antea a nobis prouisa et sepe in Co:
uentibus predicta fuerunt sed vel inercia vel infelicitate
vra minus in consulendo et prouidendo perpensa q necessi:
tas exposcebat, nunc rebus et factis ipsis magis constant
q vllis verbis exprimi possint. Nam preterea ingentia
damna que hac estate tum in Russia Tartari tum Mosci
in Lithuania nobis intulerunt, Edocti sumus per Nunchos
et exploratores nros ex Tartaria vtrumqz hostem statuisse
omnibus viribus artes nras finitimas oppugnare et circa
illas hibernare/porro Mag.r Prussie licet simul cum predictis
hostibus, nos vti conspirarunt inuicem adorire neglexit
tamen vt certius habemus documentum illum conductis
ex Germania gentibus etiam in media hieme bellum
ordiri velle, nullamqz occasionem pretermittere qua nos
vel inopinantes, vel certe cum aliis hostibus occupatos
agredi posset, his vero malis circumdati, quod factu con:
sultius videbatur vt videlicet terris Prussie q celerius
adessemus quas predecessores nri multo Sanguine et in:

pendio partas nobis reliquerunt, ne illi subditi nri se à nobis desertos putantes in spe deficerent, et ad aliquod discrimen venirent, atque (?) a quo ceu fonte omnia hec mala promanarunt cohercere, et ad officium et debitum suum prestandum reducere possimus. Prussiam ire cum Exercitu decreuimus, relictis in terris Russie quibus potuimus presidiis, vt illic existentes et consulere simul difficultatibus istis, et prouidere antequa difficiliores sint, commodius valeamus, atque ita necessitate postulante ac de Consilio tam Colen quam Cracouien Conuentuum nuper habitorum, generalem Conuentum pro die Sancte Catherine futuro in Ciuitate nra Thorunen indicendum duximus et indiximus, quem de more etiam particulares precedent ommissis tamen Colen et Noue Ciuitatis Conuentibus, vt minus ad pns necessariis, et id angustia temporis exigente. Quare hortamur S. tuam vt constituta prius in particulari Proschouien, qui erit feria quinta proxima post festum omnium Sanctorum, atque illic de eligendis cum plena facultate terrarum Nunctiis opera diligenti facta, demum ad Conuentum generalem Thorunen pro festo Sancte Catharine veniat, illic nobiscum vna tantis periculis et difficultatibus vtinam melioribus auspiciis consultura pro debito suo et gra nra facture. Datum Cracouie feria sexta proxima ante festum Sancte Heduigis Anno domini Millesimo quingentesimo decimo nono Regni nri tredecimo

Sigismundus primus Rex Polonie
Castellanis minoribus regni Polo(nie).

Generose fidelis dilecte. Quia Mag(iste)r Prussie contempto usque huc debito suo quod nobis prestare tenetur non solum subditos n(ost)ros spoliis latrocinijs incendijs Et carceribus premit. Sed etiam coniuratione cum hostibus n(ost)ris Moscis et Thartaris facta, nititur nobis illa eripere que iure ad regnum nostrum pertinent, et que predecessores n(ost)ri nobis multo sanguine et impendio parta reliquerunt. Jamque conductis ex Germania gentibus alijsque bellicis preparamentis, nichil pretermittet quo institutum suum ad effectum perducat. Quare volentes huic discrimini consulere et fontem istum, unde omnes n(ost)re difficultates emanant precludere. de consilio prelatorum et procerum Consiliariorum n(ost)rorum ac de rei necessitate et ratione Conuentum generalem in Ciuitate n(ost)ra Thorunen(si) pro festo Sancte Catherine proximo celebrandum instituimus quem particularis in feria

de more precedet. hortamur itaque tuam F. ut constituta prius in Conuentu predicto particulari nobiscum una et cum alijs Consiliarijs meis, tante tamque subite necessitati et periculo consultura pro officio suo et gra(tia) n(ost)ra. Datum Cracouie die Sancte Hedvigis Anno domini M° . D. xix° regni n(ost)ri Anno tredecimo

S. Rex Polonie
Nobilitati Regni Polonie.

Generose fidelis dilecte. Quia Mgr Prussie contempto obsequio debito suo quod nobis prestare tenetur non solum assidue subditos nros. Spoliis. latrocinijs incendijs, et carceribus. sed etiam coniuratione cum hostibus nris Moscis et Tartaris facta, nititur nobis illa eripere que iure ad regnum nrm pertinent et que predecessores nri nobis multo Sanguine et impendio parta reliquerunt. Jamque conductis ex Germania gentibus alijsque bellicis preparamentis. nichil pretermittit quo institutum suum ad effectum perducat. Quare volentes huic discrimini consulere, et fontem istum unde omes nre difficultates emanant precludere de Consilio Prelatorum. et procerum Consiliariorum nostrorum, ac de rei necessitate et ratione Conuentum generalem in Ciuitate nra Torunen pro festo Sancte Catherine proximo celebrandum instituimus, quem particularis in feria

de more precedet. hortamur itaque tuam f. vt ad predictum Conuentum particularem proficiscatur illicque auditis ex Nunctio nro necessitatibus reipublice quo illis in Conuentu generali debito modo consuli et prouideri possit, operam faciat vt Nunctij ad ipsum Conuentum generalem cum plena potestate deputentur. Factur pro bono reipublice et gra nra. Dat Cracouie die Sancte Heduigis Anno domini M. D. XX.
Regni nostri anno tredecimo

Sigism. prim. Rex Pol. Capitaneis Regni polonie

Generose fidelis dilecte. Quia Mgr. Prussie contempto vsqz huc debito suo, quod nobis prestare tenetur non solum assidue subditos nros spoliis, latrocinijs incendijs et Carceribus premit. Sed etiam coniuratione cum hostibus nris Moscis et Tartharis facta, nititur nobis illa eripere, que iure ad Regnum nrm pertinent, et que predecessores nri nobis multo Sanguine et impendio parta reliquerunt. Iamqz conductis ex Germania gentibus, alijsqz bellicis preparamentis, nichil pretermittit, quo institutum suum ad effectum perducat Quare volentes huic discrimini consulere, et fontem istu vnde omnes nre difficultates emanant precludere de Consilio Prelatorum et Procerum Consiliariorum nrorum Et de rei necessitate et ratione Conuentum generalem in Ciuitate nra Thorunii pro festo Sancte Catherine proximo celebrandum instituimus quem particulares in feria

de more precedet. Quare mandamus tue F. vt istos Conuentus proclamari faciat in omnibus foris et congregationibus populi Oppidorum et aliorum locorum publicorum Capitaneatus sui. lrasqz nras, quas ad officiales et nonnullos Nobiles scripsimus, ad eosdem mittat. Et perferri q primum faciat pro debito suo et gra nra Datt Cracovie die Sancte Heduigis Anno domini M° D° XIX° Regni nostri Anno XIII°

Credentia a rege ad Nobilitatem in conuentibus congregatam

Vniversis et Singulis, Prelatis Proceribus, Consiliarijs et officialibus ac ceteris subditis nris in Conuentu congregatis Sincere et fidelibus nris dilectis Salutem et gratiam nram Regiam. Mittimus in medium vrarum Dominationum Generosum cui commisimus presentes reipublice necessitates et voluntatem nostram de illis, eisdem S. vris referre. Quare hortamur illas vt ei plenam fidem adhibeant idque exequi curent, quod nostro nomine ad consulendum Reipublice necessarium postulabit debitum suum, Et nobis rem gratam Facturi Et bene valeant Datum Cracovie die Sancti Luce Euangeliste Anno domini M. D. XIX Regni nostri Anno XIII°

Litere ad eos qui ad legationem in Conuentibus exponendam designati fuerunt

Generose fidelis dilecte. Instituimus Conuentum generalem regni pro festo Sancte Catherine proximo in Ciuitate nra Torunensi quem de more particularis in feria

precedet, ad quem, cognitam habentes tuam industriam et diligentiam, te Nunctium designauimus. volumusque vt illo proficiscaris, et mandata nra iuxta Instructionem nram quam tibi mittimus exponas, adnitarisque omni studio, quo Nunctij cum plena potestate ad Conuentum generalem eligantur, ita exigentibus summis difficultatibus reipublice. pro gratia nra quam hanc operam tibi rependemus Datum Cracovie

Legatio a Sigismundo I rege P. data nunctiis ad Conuentus particulares omnium palatinatuum.

Post dictam Mtis regie gratiam et oblatas lras, Referrendum qualiter in omnibus Conuentibus preteritis, Mtas Regia denunctiari faciebat, que Mgr Prussie aduersus illam et regnum nrm moliebatur vt hoc toto tempore, quo prefecturam Ordinis accepit tormenta bellica comparabat et globos fundebat, pontes portatiles construebat, arma, Secures, Et alia instrumenta bellica comparabat. faciebat delectus hominum, implebat orbe terrarum querimoniis sugillando indigne Mtem regiam et regnu, auxiliaqz et fauores omnium implorando.

Cum tamen ipse, Mte illius nichil aduersus eum agente, premeret continue subditos eius Mtis in terris Prussie vectigalibus insolitis, Carceribus, Latrocinniis, incendiis, cedibus, adeo vt nt indignius ac hostile magis geri ab eo potuerit

Nichilominus illum talia patrantem occasionemqz et commoditate sui propositi semper expectantem, cum vt dictum est, referri in Conuentibus solebat parua harum omnium rerum ratio est habita, vt quod in omni malo saluberrimum est principiis obstari potuisset.

Tandem eo processum est vt Mgr ipse omnibus rebus libere dispositis coniurationeqz cum Mosco et Tartaris aduersus Mtem Regiam facta vt vno tempore ac impetu regnum et dominia Mtis sue, simul omnes adorirentur, conduxit ipse Magnu

Exercitum ex Germania. qui nisi aliquanto serius venisset, magnam cladem. tunc presertim cum alii hostes vrgebant inferre terris Prussie potuissent

Iam enim notum est omnibus, qua vi et Tartari Russiam et Mosci Lithuaniam aggressi fuerunt, quantaque damna dederunt et vtrumque Magr ceptum suum ita vt statuerat neglexisse videt habet tamen Mtas Regia certissima documenta, illum vel media hieme ceptum suum prosequuturum, cum ita inter eos Conuentum sit et decretum. quod Mosci et Tartari Arcem Kiiouien et alias finitimas oppugnare, et circa illas hibernare debent. Magr vero suas partes agere

Et quidem cum Tartaris hostibus perpetuis nichil habet Mtas Regia constitutum, nichil firmatum, qui et nunc circa fines Russie degunt et continue sunt timendi

Quare Mtem suam vt de his periculis et discriminibus commune omnium subditorum suorum consilium caperet simul et terris Prussie quod celerius adesset, ne illi subditi nisi se desertos in desperationem venirent, Consulentibus id etiam dominis Consiliariis Conuentus preteriti Colen et Cracouien statuisse Conuentum generalem Thorunii profesto Sancte Catherine futuro celebrandum Nam aliter nullo modo id quod necessarium et vrgentissimum est fieri potuisset et vt consuleretur simul his difficultatibus et terris Prussie subueniretur

Venturam autem esse Mtem suam ad eum Conuentum cum omni bellico apparatu et milite. vt facilius et efficacius quod consultum videbitur exequi possit et animi subditorum Prussie confirmarentur.

Reliquisse vero Mtem suam pro presidio terrarum Russie

Equitum mercenariorum tria millia. Reliquisse etiam Mgcum dominum Palatinum Lublinen' qui cum Consilio aliorum dominorum in his partibus existentium ageret. id cum ipsis Militibus quod necessitas postulabit.

Itaque cum difficillima erunt negotia tractanda et consulenda hortandi sunt domini Consiliarii et Nobilitas. ut Nuncios viros graues et prudentes ad predictum Conuentum generalem eligant. eisque facultatem omnem dent. cum Mte regia et dominis consulere et statuere quod vtilius et commodius pro communi bono videbitur

Et cum iter sit ad eum Conuentum longius solito et res tractande ardue et que omni celeritate indigent et impense sint grauiores, Nuncii quam pautiores numero fieri potest eligantur. et negotia domestica pro alio Conuentu generali qui liberius agetur reseruentur, ne Mtas regia et Consiliarii his occupati, ea que maximi sunt momenti et moram non patiuntur negligant

Petrus Thomiczki Eps Premislien
& Regni Poloniae Vicecancellarius
Erasmo Epo Plocensi oratori regio
Romae agenti.

Reuerenme in Christo pater: et domine maior honorandissime.
Multi sunt in Regno, quibus actiones vestrae P.tis isthic in vrbe placent; multi item quibus displicent; qui se peruestigare omnia referunt, quaecunque illa pro sua exaltatione, cum hic apud nos, tum Romae: et alibi agit, eosque se habere exploratores dicunt, quorum illa ministerio in hisce negotiis vti solet. Et quia illi ipsi personae sunt insignes: fit saepe magna instantia apud Mtem Regiam, contra P.tem vestram, vt vel reuocaretur, vel offitio legationis, et omni isthic authoritate exueretur, idque non priuatim solum agitur sed etiam publice, ita vt ex Conuentu Colensi, nomine omnium dominorum significata fuerint, per dominum Gorski plurima contra P.tem vram, et petitum vt reuocaretur. Ego teste Mte Regia, et dominis qui aderant: hiis omnibus semper obstiti, et de prouidenda illa egi: effecique id, quod nunc Mtas sua illi mittit: quanquam haud scio quo modo mihi id referatur a P. vra: et quam fidem illa de me habeat, ex meis enim et meorum negotiis, hactenus parum illius fauoris cognoui. Habet fortasse P. vra maiorem fidem in hiis qui eam verbis lactant, et more Curiae cum illa agunt, quod et ego facere scirem, si vellem fumos vendere, sed id non consueui, Vtcumque est ego offitium boni viri non omittam, atque vt coepi honestati et decori P.tis vestrae, contra illius aduersarios consulere volo. quod clarius huc rediens cognoscet. interim tamen commendo illi adhuc negotium meum, de Prepositura Miechouien. Commendo item et negotium mei Nepotis domini Cricii de Prepositura Posnanien, in quo quid facturi

sumus prorsus ignoramus, nihil comperti habentes expedierit ne P.tas vestra licentiam resignandi domino Administratori Wilnen necne, si minus rogo quam celerius illam mittat. nam magnam iacturam cepit ex ista mora nepos meus, et bona illius magis destruuntur, quae res et displicet M.ti Regiae: et mihi ab his exprobratur, qui sciunt, qua fide ego, cum V.ra P.te ago. pro qua quidem fide, nolo illam latere, gravi, et indigno animo tulisse M.tem Regiam q pluries ei scripserat acrius expostulando, de suis isthic servitiis: et sui promissione. Dixit enim M.tas sua nullum esse Cardinalem, qui sic acerbe, et contemptibiliter cum illa ageret: ac non libenter quoduis obsequium isthic illi praestaret: sine tanta efflagitatione mercedis. Itaque rogo illam, levius post hac eius M.ti de his rebus scribere velit. novit enim molles esse aures Principum. nec oportet nisi blandis, et mollibus verbis uti. qui vult, ut non offendantur, et boni consulat ea, quae illi animi mei integritate scribo. Valeatque fel.me. et me diligat. Ex Ugyasd XXI Novembris Anno domini M.o D.o XVIIII.

.1519.

Sigismundus Rex Polonie Erasmo Epo Plocensi oratori Rome agenti

Sigismundus Dei gra Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiaeque etc Dominus et haeres.

Reverende in Christo pater, sincere nobis dilecte. Iam ex aliis litteris, intellexit V.ra P.tas, ad quid ventum est nobis cum Magistro, atque ita quod ad confirmationem pacis perpetuae attinet, molesto: et indigno animo feri:

mus : ꝙ hoc negotiũ, greca isthic fide tractetur : quasi nos
non simus soluendo, vel promissis non soleamus satisfacere
quodq; summa totius rei tanti momenti, ex sola pecunia
et ea presenti dependeat, idq; magis est nobis molestum
ꝙ ea ipsa res : quam nos Secretissimam esse voluimus, non
ad multorum solum aliorũ, sed eorum etiam notitia peruce:
nit, qui aduersariorũ sunt fautores . et proinde nos val:
de pudet . Vtcunq; est, nos nichil neglex[i]mus . Nam cũ:
primũ nobis littere vestre P.tis per c[an]c[ellarium] eius Vytmic, qui
multũ remoratus est, reddite fuerunt, prouidimus e
vestigio de pecuniis et aliis, pro quibus scripsit . Nunc
autem vbi negotiũ ad istas facultates peruenit inter:
uentu domini Cardinalis de Medicis, et nos vim vi repel:
lere coacti : bellum cum Magistro gerimus, credimus
quidem iam vel difficilius negotiũ hoc ex sententia nra
perfici posse, vel parum nobis in hoc casu belli profutu:
rum, cum putamus omnia iam rescissa, et ad pristi:
nos terminos relapsa, tamen si P.tas vra intelligit,
si hanc confirmationem hoc modo impetrare posse, vt
sit firma, ac non reuocabilis, prout de Warmien est
factũ, ac nobis in euentu isto bellico prodesse possit,
consilio peritorum super hac re disquisito, curet vt id
fiat, et sumptũ quem designauit faciat . Moderari
etiam hos solos duos articulos permittimus, quibus
Piotrkouie presente vra Pte, cum domino Kasmiro
Marchione, et fratribus ordinis, tam ex Prussia
et Germania, quam etiam Liuonia, fuit res moderata
et constituta videlicet, vt non teneretur Magister
et ordo, nobis et Regno nostro : contra vllũ aliũ
hostem assistere, et seruire, quam contra Scismati:
cos et infideles, vtq; de recipiendis ad ordinem Po:
lonis, articulus tolleretur, alioquin si P.tas vra

intellexerit, vel aliter mutari rem velle aut plura moderari, quodque ipsa res nec firma esse deberet, nec nobis bellum iam gerentibus profutura, potius ab illa desistat, et sub silentio relinquat. malumus enim impensam facere pro milite, quam pro inani charta et plumbo. Itaque P.tas vra hac in eo negotio resolutione habita, sic illud agat, et tractet, prout illi utilius et nobis honestius videbitur, quod totum prudentiae, et illius virtuti comendamus.

De Nunctiis Pontificis in Moscouia mittendis, licet iam statueramus, nichil agendum esse, ne id a Sede Apostolica emendicare videremur: quod ipsa sponte sua pro pace, et bono statu rei Christianae facere deberet, tamen cum ex litteris P.tis vestrae intelleximus illos iam venire suscipiemus eos grato animo, et ipsi Summo Pontifici gracias agemus: utemurque illorum opera, prout nobis, et dignitati nostrae melius expedire videbitur.

Displicet nobis vehementer, quod servi nostri, sunt isthic Romae tantopere in expeditione benefitiorum domini Electi Wilnen spoliati, presertim in ijs quae sunt Iurispatronatus nostri, nam id in exemplum aliis cedet, quod audatius Sacerdotia collationis nostrae impetrabunt et pacta, ac compositiones pro illis facient, quando ita isti successit, cum quo P.tas vra de illis composuit, egisset ille potius quod vellet, nos servos et iura vra tutati essemus, nec permisissemus, permittemusque nunquam nobis invitis, Sacerdotia Iurispatronatus nostri quemquam obtinere

De firmo animo: et gracia vra in se, P.tas vra non sit sollicita: nichil illi eius obtrectatores, si qui sunt efficient, ipsa dumtaxat iustam nobis alienandi a se animi nostri causam non prebeat. Et valeat faelicitur Datum Torunii Die XXVI Ianuarii. Anno domini M°

Dº xxº Regni nostri Anno xiiijº.

Sigismundo primo Regi Polonie
Erasmus Epus Plocensis orator
apud Papam Leonem decimum.

SAcra Mtas domine gratiose. Commendatis orationibus et seruitiis meis in graciam Mtis vestre. Post longa expectationem accepi tandem quaternas litteras suas per manus Ludouici Josti, domini Bonarj affinis, qui huc tertia Mensis presentis applicuit: et me de variis, sic vt habuit in com:missis, plene reddidit informatum. Reuera multum oportu:ne littere ipse simul et earum lator aduenerunt, quandoquidem iam inter tot fabulas, et latrantium ora, mutus pene effectus stupebam, super his, que indies fingebantur. Nunc enim Mos:corum Victorias de Lithuania recensebant, quam in toto per eosdem occupatam, impudenter predicare ausi sunt. Nunc Tartarorum potentia, magnam partem Regni de:uastatam: et electissimum militem vestre Mtis, cruentis et multis preliis commissis per eos penitus † ingressum: et plu:ra Castra, cum oppidis, et Ciuitatibus Primariis Dicioni sue subegisse: que eis ante per Predecessores vestre Mtis iniuste fuissent ablata, inter quas Calumniantium malignitates, dum tociens impugnando sepius demum silentio eadem transire oporteret: ecce fores pulsant desideratissime littere vestre Mtis. Tunc enim recitabatur

† deletum. Non deerant qui palam referrent, Magistrum Prussie cum valido exercitu Dominia Mtis vestre

coram Pontifice secretius Tragedia certa novo Auctore composita, paucis domesticis adhibitis, in qua calumniæ quædam, et figmenta miro Judicis et Advocati ingenio detegebantur.

Missus fuit intro Jodocus: obtulit litteras: quas illico lectas dum Armonia Musicæ partes Scenæ divideret, ad aurem Papæ brevibus explicavi. Viderat enim litteras me legentem, quippe qui tercius in ordine, lateri suæ Sanctis tunc adhærebam. Allusi ad Materiam representatam quam plurimum ad propositum Nuncius ille simul, cum litteris vestræ Mtis tunc advenisset, vbi calumniarum: et figmentorum falsitas ingenue detecta est, et confutabatur Magistri insolentiis, et fabulis, ac falsis ipsius querelis in medium adductis, quæ Sanctas sua iucundissimo vultu accepit: vt lator ipse videre poterit, qui omnibus aderat, et ista deinde post Actus omnes completos, plenius suæ Sanctti declaravi: quemadmodum litteræ Mtis vestræ continebant. et Jodocus paucis iam etiam explicaverat: interim quod recitatio eadem continuabatur. Totamque illam cœnam, quæ ibidem lauta et letissima fuit, Materia hæc de fratrum istorum insolentiis occupaverat. sæpius Santte sua de variis inquirente: et quod vra Mtas invita transitum hunc paraverit, multis ipsorum excessibus provocata. quorum omnium illic honestissima facta est mentio. Pontifice, et singulis qui Cœnæ aderant gesta Mtis vestræ approbantibus. Recensitis etiam victoriis totiens in Moscis, et Tartaris habitis, cum magno ipsius et suorum gloria. Addebat præterea sua Sanctas, quod ex tempore Nuntios suos ad vram Mtem miserit, optima in eis spem reponendo quod omnes has discordias complanare debeant, et plura ad rem hanc.

Expectabitur hic in horas nouum aliquod, quem tandem finem cum his fratribus vra Mtas constituet, ego vero talem cuperem, vt plantata noua vinea, fidis et operosis agricolis eam collocet, qui alium fructum afferent. sic prudentissimi illius Ferdinandi Hispaniarum Regis vestigiis imitetur qui similibus Magistris abolitis, vt nulla eorum amplius remaneret memoria, in se et successores omnes suos, perpetuum transtulit Magisterium. Super quo nuper scripsi vestrae Mti de principio huius Mensis per Postam Ill.mae dominae Ducissae: ad quae me refero. hoc vnum repetere volui, vt quamprimum hic de progressu Actionis istius significetur. primi enim motus in talibus optimam partem amplecti solent. dum ipsi pro parte sua nihil negligunt.

Habui demum alias litteras per eundem, super negotio Confirmationis pacis illius Prutenicae; cum informatione et Cautelis debitis, vt res expedienda firma foret. pro quo etiam septem Millia. apud Dominos de Fukeris deposita sunt. Tarde admodum in facto hoc vt in aliis mihi responsum est: et impensa tardissime ordinata: quae celeritate magna absolui debuerant.

Scripsi ego latissime in re ista de medio Julii, et postea de Augusto, in quibus terminis negotium consistebat, et vt quamprimum Summa pecuniarum pollicita ordinaretur, et quod sperabam litteras Cesareae Mtis in hoc facto. sed dum ita negligenter ordinatio ipsa Auri curaretur. Superuenerunt expectatae litterae Cesaris, ad quas se Pontifex referebat. Commissa fuit illico bullae expeditio. quesitum apud me aurum per intermedias personas. quae dam ex defectu dilationem acciperent: Superuenit dominus Cardinalis de Medicees, cuius consilio Pontifex omnia facere solet, et qui toto illo tempore quo rem hanc inceperam Florentiae manebat. Protector is

est Magistri, et sui ordinis, vt ante scripseram.

Quae deinde impedimenta successerunt, ex defectu impensae per Kylowski Curiensem Mtis vestrae, in fine Octobris abunde descripsi, simul cum exemplari litterarum Caesaris et quiam opus esset aliam viam accipere, quam vra Mtas suis etiam litteris designauit. Vt vero Pontifex aliquos articulos in dicto Priuilegio pacis contentos, tanquam ex se reformaret. Ego descripsi vestrae Mti vnicum quem reformare admisi, super fratrum susceptione, vt in libero eorum arbitrio sit accipere ad religionem hanc quem ipsi volunt, et vt quamprimum vra Mtas descripsisset michi alia Capitula, et hoc simul de susceptione, quibus modis reformanda forent, per Pontificem, et vt sit illa reformatio cum scientia Consiliariorum suorum Primorum, et sub Sigillo, et manu propria vestrae Mtis signata, ne postea in me culpam talium retorqueant, quemadmodum pro consuetudine quadam omnibus fere Oratoribus nostris contingit qui loco benedictorum maledicta reportare solent.

Expecto itaque informationem hanc, dum sciam easdem litteras per kilowski missas, sub Conuentu Thorunensi, vestrae Mti allatas, vbi commode super talibus Consultare, et Concludere potuit. Reuera, tarditas haec, multa negligere solet, ad eas enim quas de Julio et Augusto scripsi, Nunc in Januario post medii Anni decursum responsum tuli. Non bene tam ardua negotia mittuntur, per eos qui occurrunt. Lento enim transitu tales, vt saepius, veniunt, et redeunt. Infirmitas etiam, et plures aliae itineris contingentiae multa interdum impediunt. Celerrime deferuntur, quae per Bancum mitti possunt. Ego non audeo seruitio eorum vti, quae impensam augent, nisi sint praegnantia aliqua quibus commode vestra Mtis parare debeat, vt fuerunt Breuia illa ad saluandum Jubileum in Regno, et nu:

per Breue possessionis Episcopatus Vilnen. pridie etiam fasciculus de finali expeditione Nunciorum Papæ, et exitu ~~tum~~ ipsorum: Nunc vero cum his quæ ad Lithuaniam atti: nent. Alia communi cursu, per quoscunque occurentes mit: tere oportuit. Dum vra Mtas hoc modo eos sua satis ma: gna impartantiæ credere solet. Et quæ huc per viam Banci in quatuordecim diebus afferuntur per alios missa vix in quadraginta diebus ad manus meas perueniunt. Quantum attinet Conditiones et puncta Confirmationis expediendæ, ut firma sint omnia sine scrupis et inuo: lucris, et quod re et nomine sit bulla, quæ postea reuocari non posset, Nichil dubitet vra Mtas, quod ea omnia recte curabuntur, quamprimum huius rei expeditio decreta fuerit. Ab illo enim tempore, quo dominus Cardina: lis aduenit de Medices, Pontifex semper est in deli: beratione: quamuis satis propensus esse videatur, ad Confirmandum, cum aliquorum Capitulorum reformatione, et itidem dominus de Medices pollicetur. Ego nimium ur: gere non possum, donec informationem sufficientem super modo reformationis, eorundem Capitulorum a vra Mte accipiam. Nollem enim quidquam istorum transgredi: quæ mihi committere dignatur. ex quo maxima illa oportu: nitas, Litteris Cæsaris allatis in absentia Cardinalis Medices, ita negligenter ob defectum impensæ amissa fuit, prout in primis litteris de Octobre, satis abunde progressum totius negotii Mti vestræ descripsi.

Pecuniæ depositæ, ad unicum hunc effectum conseruabuntur apud eos qui respondere debent. Utinam cum primis Mts vestræ litteris, quibus rem hanc curare commisit, itidem ordinatum fuisset, Absoluta iam habuissem omnia. aliisque liberius intendere potuissem. Adhibebo tamen supre: mam diligentiam, quam etiam pro salute propria im:

270.

pendere deberem, et votis Mtis vestrae satisfiat. Ve-
rum informatio illa de Capitulis reformandis, sine ulla
dilatione huc transmittatur. Aut si forte novi aliqui Tra-
ctatus, et Conclusiones cum Magistro intervenerint. Ipse
enim per Germanos suos quos hic tenet, et fratrem Nico-
laum Schemberk qui totus est pro eo, vigilat in rebus suis
et qualibet fere hebdomada, mittit suos ad Curiam, aut
scribit multa fingendo: querelis variis intermixtis: qui-
bus omnibus pro possibilitate resisto. Sum enim saepius
illic ubi dicti fratres Magistri intrare non possunt, et
datur tempus liberum ista confutandi.

Ausus est idem frater Nicolaus, quod secretius dictum sit
in fine Aprilis praeteriti michi dicere, noluit Rex ve-
ster concordare cum Magistro: videbitis quae ista aestate fient, et
tunc libenter concordaretis, sed iam non erit modus. Ad
quae bene sibi fuit responsum: quamvis tunc parum considera-
re poteram, ad quid prophetiam hanc referret. Sciebam enim
pacem aliquot annorum per eum constitutam, inter Mtem
vestram, et Magistrum, et ideo nihil ante hoc scribere vi-
sum fuit. Nuper vero, dum venit hic novum in fine Novem-
bris, quod vra Mtas pararet exercitum validum contra Magrm
de quo hic mira praedicabant, vidi fratrem eundem,
in Camera ~~ipsi~~ Pape stantem, depresso vultu, et cogitabundum.
qui postea ad me accessit, et inquirebat de praepara-
tione eadem, et quod iam vra Mtas, de Cracovia exi-
visset, quae multis rationibus improbabat. Repetii ego
dicta illa sua prima, et quod in aestate praeterita bene
promissum fuit, tam Moscorum insultibus: qui in Lithua-
nia pulsi, et fusi sunt, quam Tartarorum praedationibus
qui etiam a finibus Regni, retrocedere coacti fuerunt:
et quod haec omnia, ex Magistri suggestione facta sunt
prout ipse praedixerat. Coram quo satis exprobratum

est, quod talia incitamenta infidelium contra Principem Christianum non bene liceant, tanto Praelato Religioso crucesignato, qui alias ex debito professionis suae teneretur contra Infideles arma sumere, quem etiam tunc quaesivi si superesset modus Regi nostro, ad resistendum tot Magistri insolentiis. Iam enim aestas transiit. Subiratus fuit ipse admodum, et damnabat temerarie vestrae Mtis transitum, et quod tota Germania ordini assistere deberet. Ad quae etiam bene replicatum fuit: repetita illa avi sui victoria: qua Germanos, et ordinem hunc simul bene castigaverat. Dixi etiam de foedere pacis quod ipse inter vram Mtem, et Magistrum, ad aliquos annos constituerat, an ita facere licuisset, qui tunc Nuntium suae Sanctis gessit. Magister vero fide fracta, omnia quae inimicum attinebant non omisit. Captivando: obtruncando: et universis iniuriis afficiendo Subditos Regios: et nunc peditatu multorum millium, ex Germania collecto. Terras Regias aggredi voluit, nisi Duces Pomeraniae: et alii boni vicini Regni impedissent. Licuit ne amplius Mti Regiae ista tollerare, incoeperat vociferare Monachus: et tunc vocabatur ad Carlem suum.

Pontifex vero me advocato quaesiuit de omnibus, quae cum fratre Nicolao contulissem. Notabat enim gestus utriusque subiratos. Ubi tunc Sancti suae singula magis abunde explicaveram. In fine frater Nicolaus, non aliter quam pro hoste reputetur, et ita ego Pontifici persuasi, ut dicta sua contra Mtem vram, ita semper accipiat, ut unius de religione Magistri, apud quem duos Germanos suos habet, et quod ista causa fuerit quare vra Mtas nunquam de eo confidere poterat. Plurimum sibi displicet, quod illi Nuncii eo contempto, ad vram Mtem missi sunt. In quo ipse

multa nectebat impedimenta simul cum nostris, vt in
sequentibus plenius. Parcet Mtas vra q interdum levi:
uscula haec litteris insero, quae aliquando scire iuvat.
Terciae litterae vestrae Mtis continebant informationem,
super residua medietate Dotis: quae pro Aprili praeterito
et instanti iuxta Tractatus initos indilate persolui
debuit, et vt iterum ad Ill.mum Ducem iuxta Puncta Lega:
tionis, satisfactionem ipsam curaturus. In quo etiam idem
Jodocus ad plenum me resoluit, quantum esset Venecijs de:
positum, et cum quo damno, aliaq ad rem hanc, parendi
illico constitui jussis Mtis vestrae, ad cuius nutum totus
sum, et incepi parare iter, vestiendo familiam. Jam
enim Equestres illae togae, quae duobus fere annis a
transitu in Olomuncz durabant, penitus destructae sunt
et pauperibus erogatae. Equos etiam aliquos comparare
oportuit. Dum me post auisamentum vestrae Mtis, q ad
electionem Caesaris ire non debui in pauciorem nume:
rum redegeram. Postquam vero exitum hinc nona huius
constituissem, qua et Jodocus Venecias petiit. Vene:
runt eadem Die litterae quartae vestrae Mtis de Nona
Nouembris Cracouiae datae: quae michi exitum iam pa:
ranti, per Magistrum Thulischkow oblatae sunt, quibus
describit Jubileum ad Ducatum concessum, breui expira:
turum hoc est in Capite Mensis instantis. et vt proroga:
tionem dictae graciae ad annum sequentem obtine:
rem, iuxta formam Breuis. Cuius Exemplar, in eisdem
litteris vestrae Mtis clausum recepi.
Considerabam urgens esse negotium: quod etiam commodum
vestrae Mtis spectabat. Destiti itaq a transitu, et
eandem nonam Diem in expeditione Jodoci absumpsi
Decima adii Pontificem, et exposui omnia pro Ma:
theriae exigentia, declaratis Tartarorum continuis

incursionibus, et magna eorum potentia qui nutus Turci sequuntur: et quod anno praeterito, propter tumultus bellicos, et pestis ac Caristiae pericula, quae Ducatum illum afflixerunt, parum ex eadem gracia colligi potuit. Interrogabat sua Sanctitas de multis circumstantiis Ducatus illius, et quos hostes habeat, et quid cum Mosco speretur: et quoniam amplae sint Prouinciae illae. Dixit tandem deliberaturum se in crastinum, quantum ad prorogationem attinet: et vt Copiam primae graciae meeum afferam.

In illo vero Breui: cuius copia michi missa est continetur, quod duae partes pro Pontifice conseruarentur. Tercia vero pro restauratione Castri Kiouien, et pro Impensa contra infideles. Nolui tunc a proposito exemplum illud suae Sanctitati ostendere, donec prorogatione obtenta, proponebam enim totum pro vestra Maiestate ad sequentem annum impetrare: sine aliquibus diuisionibus, vt soleo: et mirabar de Domino Miedzilieski, qui tot diuisiones in illa Gracia posuit. Est enim Breue Dictaturae suae, de quo hic Secretarii fuerunt pessime contenti: quod tam rudis et indigesta Materia transiit. Cuius copiam remitto, si forte eam ante non viderit, Diuisionem tamen istam, cum Maiestate vestra, fecit pro consuetudine maiorum, dum ipse sit eiusdem Scolae discipulus, quae nuper ex simili Regni gracia partes suas pro Castri Gnesnensis aedificiis tollebat, quod nequaquam Ecclesiae nomine appellari potuit.

Vndecima, et xii istius Papa disgrasiam quandam passus est, neque quispiam praeter Medicos ad suam Sanctitatem admittebatur. Tredecima habui audientiam benignam, et opus fuit primum ostendere copiam illius Breuis

quo gracia preterita fuit concessa: eo lecto dum instarem
pro tota oblatione, ut sine ullis divisionibus omnia contra
infideles vra Mtas converteret, datis rationibus Maxima:
rum impensarum, quae in protegendis illis provinciis ab Im:
petu Infidelium quotannis exponere cogitur, San.tas sua
replicabat de expeditione generali, quod bonum foret partem
aliquam ad hanc rem designare. Dixi ego, quod magis o:
portunum esset conservare illas provintias, ne per infide:
les interim desolentur, antequam expeditio haec effectum
habuerit. Dum sit difficile aliquid de eorum manu eripere
quod semel occuparunt. Fabrice demum beati Petri com:
memorata est. Ego castrum kiouien obieci, eisdem
infidelibus vicinum, in quo salus totius illius Ducatus
dependet: et quod eo fracto, plurimarum Ecclesiarum manifes:
tissima ruina imminebit. In fine fuit San.tas contenta
Amore Mtis vestrae: ut pro Ducatus illius defensione, et
Castri kiouien restauratione: omnia ex indulgentia
anni sequentis per Mtem vram dispensentur. Duas ta:
men partes, de Anno praeterito collectas, pro se re:
servari voluit, ut in tenore dicti Brevis continetur.
Ego vero medium praeteritorum omnium pro media parte
obtinui. Medium pro Fabrica, alias pro sua Sanc.te de:
putabitur, quod Domino Bonar recipiendum, et asser:
uandum specialibus suis litteris committit.
Quarta decima sua San.tas ex persuasione Medicorum
hinc exiuit ad certam possessionem versus hostiam.
Dedi ego ad abbreviatores parari Minutas, quas vix
in triduo habere poteram: quamvis bene solutas: et
quia notabam breve superesse tempus, ad festum Puri:
ficationis, neque posset eadem prorogatio, ante diem illa
ad locum pervenire: feci apponi clausulam, ut si etiam
prima Indulgentia completa foret, antequam Bulla

hac veniret: poterit semper iterum incipi et publicari
prout in tenore Bullae per expressum continetur.

Ostendi postea Minutam Bullae, Domino Car.li sanctorum 4
qui etiam aliquot diebus: eam apud se retinuit, obtuli
enim sibi litteras M.tis vestrae: super hac Materia scriptas
quibus perlectis, denegabat per expressum concedere om-
nes partes oblationum pro M.te v.ra, allegans quod in litteris
suis ad eum datis, nihil aliud peteret v.ra M.tas, solum
Gratiae primae prorogationem, in toto illi similem, et
ita non vult aliquid mutari aut innovari. Relegit ite-
rum litteras easdem, quae sic dicebant. Replicavi ego
quod in litteris meis v.ra M.tas, pleniori informatione uti
solet, et quod ita a Pontifice petendum commiserit. Multas
super hoc altercationes, cum sua P.te habueram, ut
melius fuisset illas litteras non offerre. In fine misit ad
Papam, ut suam intentionem declararet. Ego etiam pro-
misi unum ex meis, ad informandum suam Sanc.tem. Rescripsit
Car.lis, quod totum contra Infideles, et pro restauratione Castri
Kiiouien. per M.tem v.ram dispensandum concesserit, et
tunc scribi eam iussit. Deinceps cuperem ut v.ra M.tas
praecipiat. Si quando litterae ad Papam aut Cardinales
in manus meas mittentur. Ut exempla etiam earum habeam
sic facile providere potero: quo ordine res sit aggredien-
da, et si absque litterarum oblatione melius commissa vestrae
M.tis expediri valeant, continerem eas pro arbitrio, aut
offerrem.

Heri tandem in crepusculo, vix litteras ipsas plumbatas
et Regestratas habere potui. Multum enim tarde omnia
expediuntur, in absentia Pontificis. nam opus est omnes Bul-
las benedicendas, et Brevia sigillanda ad Pontificem de-
ferri, et iterum reportatas in Regestris, et variis remissio-
nibus presentari, ut sepius ista expeditionis ad fastidium

deueniant. Sic mitto vestræ Mti Bullam prorogationis
ad annum sequentem sine vllis diuisionibus, et Breue Santis
suæ quo itidem accipiet: quæ vt grata sint cupio. Siquidem
sine fuco, et sine vlla priuata vtilitate omnia pro bono
publico obtenta sunt. Bullam vero expedire visum est non
Breue: ex certis rationibus. Ita enim vidi prorogationem
in Portugalia, et Anglia. Sic etiam pro honore Mtis vestræ
facere volui, quamuis in decuplo magis constet Bulla, fit
tamen res plus solida: et apud populum quodammodo Au:
ctoritatis plenioris, et fides omnium efficatior.
Fuerunt hic his diebus duo Scolares de Lithuania, qui
inter cætera meis retulerunt: quam pessimo ordine
Jubilei Gracia illic dispensaretur, et quod in Ecclesiis
parrochialibus, nulla de eo fit memoria inter prædi:
candum, sine quo nihil valere possunt reliqua. Visum
itaque est pro maiori commoditate vestræ Mtis, vt Curæ
ordinariorum, in singulis Diocesibus indulgentia eadem
committeretur, quemadmodum in Regno factum est, et
omnibus placet vt audio. Ipsi enim Episcopi Parrochi:
alibus Ecclesiis sub pæna præcipient, talem graciam
cum suis declarationibus, singulis festis populo annunci:
andam, et cætera in bono administrentur ordine, di:
ligentius superintendent. modo vra Mtas, quemque i:
psorum litteris suis benigne adhortari velit.
Presentauit etiam idem Thulischkow, quintas litteras
vestræ Mtis, quibus committebat, vt assisterem expe:
ditioni Episcopatus Camenecen. pro D. Miedzilowski
cum beneficiorum reseruatione. fuerunt super hoc
aliæ ad Pontificem, aliæ ad Carlis, quas pro commo:
ditate temporis obtuli. comendata expeditione earum
sed dum Rx.mus dominus de Grassis expeditionem fa:
cere vellet, cui commissa fuit tanquam protectori,

Vocaui eundem Thulischow, vt rem sollicitaret, dixit nullas se ad hoc pecunias habere, hic vero talia nemini gratis dari solent, preter Car.les, et eorum nepotes. Cum nedum ad Papam, sed Collegii etiam totius vtilitatem ista pertineant, sic votum illud vestrae Mtis, quo in leuioribus rebus vti solet, hic repetere volui, fiat nihil.

Habui et sextas per manus domini Zembocski Penitentiarii, vt in prebenda Cracouien: quae vigore nominationis ab eo acceptata est, curem bonis mediis differentiam componere inter Florianum Czurilo, et eum exortam, feci omnia pro voto Mtis vestrae: vocaui vtrumque, et quantum potui persuasi, ne litibus inuoluantur, quae impensam, et sumptus perditos facere solent, quod etiam repetitis vicibus agressus sum, vt eos pacificare potuissem bono, et honesto modo, vtrique non inutili. Verum hic sunt plures: qui discordiam et lites consulunt, et quilibet eorum contendebat remanere cum Titulo; nullis conditionibus admissis, sic oportuit temeritati ipsorum locum dare; vt mediis rotae iusticia cuique decidatur.

Dedit et septimas sub eodem tenore Monachus quidam ordinis Praedicatorum in facto alienationis illorum duorum Conuentuum a prouintia Poloniae, super quae ego nuper cum magna difficultate Breue obtinueram: vt eadem Monasteria sint sub prouinciali Poloniae, vt prius vsque ad generale Capitulum ipsorum. Nunc contuli cum Pontifice, et domino Protectore et debet Santas sua Congregationem super hoc facere. Car.lium illorum qui huius facti sunt conscii, quid tandem concludetur incertum est. Adduxi ego coram Pontifice: et nonnullis Cardinalibus, maxime religiosis rationes satis mouentes, quod ex illis Monasteriis prouincialis Poloniae, praedicatores, et Confessores Almanos ad Regnum accipere solebat, sine quibus Monasteria

in Regno stare non possunt. Dum in qualibet Ciuitate Mtis vestrae sunt plures ex Mercatoribus, qui sola hac lingua vtuntur, et quod desertabuntur plura in Regno Monasteria eorum. Itaque opus est, vt vra Mtas det litteras ad Capitulum ipsorum quod anno futuro in Valencia celebrari debet cum eisdem rationibus, et sint aliquantum Comminatoriae, quod alias vra Mtas contendet vocare Italos Religiosos ad Monasteria eorum, ex quo ipsi ordinem vetustum, longe ante obseruatum immutare volunt. Dum multum mouerunt Pontificem, et Cardinales, aliqua verba, in litteris Prouincialis descripta quibus innotuit vestrae Mtis, et Primorum Regni indignationem. Credo enim quod per Pontificem, et Cardinales, remittetur causa haec ad Capitulum ipsorum decidenda.

Meminit iterum vra Mtas in calce litterarum suarum per Jodocum allatarum, quod Nuncii Mtis suae ad vestram Mtem designati hucusque non comparent, et vt exactam operam adhibeam, pro celeriori eorundem expeditione. quamuis ab illa hora: qua primas litteras suas in ea Matheria suscepi, nunquam destiti facere diligentias debitas prout ad fidum seruitorem vestrae Mtis pertinebat, etiam ex aliis meis plane intellexit: quae impedimenta circa hoc hoc habuerim, et per quos, vt primo designatus Episcopus tot periculis deterritus: quae sibi nostri praedicabant, prouintiam hanc eundi repudiauerit: cum magna certe indignitate mea, aut potius istius cuius persona hic represento. Postqua tamen venit huc nouum istud de Magistri tumultuatione: et quod dominia vestrae Mtis, cum valida manu fuisset ingressus, reuera die ac noctu nichil aliud agebam. tum cum Pontifice, tum cum domino Medices, et Cibo, qui plura apud Sanctem suam possunt, solum vt hii nuncii, celerius fuissent expediti. Neque credet vra Mtas, quibus verbis cum Sanctte domini nostri certauerim, aut

potius contenderim, vt interdu ad indignationem vsq tam
benignu et humanissimu Dominu conducere oportuerit, quæ
dilationes omnes malignitate Martini Rambieski per fratrem
Nicolau nectebantur, vt nunc clarius post suu hinc discessu,
exploratus sum, qui cum eo sæpius erat in Consultationibus
secretis, dumq ego nuper inquirerem fratrem Nicolau quid
cum eo egisset. Dixit illu negotia sola Archiepiscopi curare
et Jodocus hic veniens retulit, quomodo idem Martinus,
multa dixerit cum eo Veneciis de eisdem Nunciis missis, q
male factu esset, et q frater Nicolaus, sæpius eu interro:
gauerit. Si est Regia voluntas vt Pontifex Nuncios mitte:
ret: quos Orator cum tanta diligentia sollicitat mittendos
et plura in rem hanc, vnde facile notari potest, quæ cu eo:
dem fratre hic egisset. Quamprimu Nuncii, exiuerunt
ex vrbe, exiuit et ipse, et Bononiæ forte insequutus est
ipsos: quibus continue ista, quæ hic Romæ solebat prædi:
cabat, sine vlla consideratione Domini, et Patriæ suæ
quemadmodu hi retulerunt, qui Roma venien habuerunt
eos obuios, et aliquot diebus cum ipsis commorati sunt.
Scribit præterea ad me dominus Oporowski, ex Veneciis
de 26 Decembris, q idem Martinus, et sui Complices, tan:
tum mali de Regno, coram eisdem Nunciis dixerint, super
difficultate itineru, et periculis variis, et q fratri Ni:
colao vnico eunti, plus pro expensis Papa prouiderat
quam illis ambobus in tanta comitiua, et q nullam pro:
uisionem a Mte vra expectare deberent, ac plura
alia ad hunc effectu. Et q ille Episcopus tot malis rela:
tionibus, et irritamentis ita fuerit perculsus, et concita:
tus, vt redire Roma ex Veneciis proposuerat, nisi
fuisset tanta constantia alterius Collegæ, qui Re:
gnu ante viderat, et scit, qua humanitate, et bene:
ficentia, vra Mtas Oratores tractare solet. Cui

Cui neq dominus Oporowski, neq alii viri boni quidqua
in contrariu persuadere poterant, omnino redire voluit
si domini Milith. longa de Regno experientia, et inte-
non gerrima mens profuisset. Scribit tamen dominus Opo-
rowski, q pessime contentus, et pene desperatus idem
Episcopus, iter continuat, quae omnia ex eodem domino
Oporowski, plenius vra Mtas accipiet. Sciet enim, et
ea singula ad latum referre, quae per tales nebulones
Romae in displicentia vestrae Mts acta sunt, et fide oculata
ostendet. Profecto, si alterum adhuc Episcopu a transitu
deterruisset, et is Romam ex Venecijs rediisset, quae le-
uitas ad primam illam accrescere debuit. Vestra Mtas
optime considerare potest, et deberet merito, tantos ex-
cessus castigare, vt alii hic a displicentiis similibus ab-
stineant. Defert secum multa contra seruitores Mts ve-
strae, corruptionibus, et clandestinis expeditionibus ex-
torta, vt maioru sui Mandatis pareat. Cui Mtas vra pro
tot excessibus iusta indignatione palam ostensa, posset de-
inde Seruitores suos euincere, modis quos ante descripsi
et, ista etiam diuersione, vt Jus conferendi prebenda
Crac. et parrochialem in Proschowicze variet quae sem-
per seculari liceat, et in aliu conferat. Dum ipsi Jura
Mts vestrae, et Seruitoru suoru ita pessundant indies,
et nisi insolentia haec, radicitus illuc extirpetur, vn-
de ortum habet, frustra erit hic talibus medelam quae-
rere, vt nuper in aliis litteris memineram. Sed vereor
q vra Mtas plus intercessores attendet, qua suam aut
suoru iniuria, et alii ad similia vel peiora animabuntur.
Venerunt Venecias nuncii ipsi, aliquot diebus ante festa
Natalicia, vbi per Senatores, verbis honorifice fue-
runt excepti, et in palacio Ducis Ferariae collocati, ac
omnibus liberaliter promisi. In festo sancti Stephani

habuerunt audientiam apud Ducem, et illic Episcopus in oratione sua, quam a Pontifice ad Senatu habuit, du meminisset auisamenti Regis Daciæ, super deuotione proposita Moscouiæ Ducis, qua ad vnionem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ venire cupit, subito Dux ipse, et plures primores de consilio pro magna letitia ad lachrimas vberes proruperunt. Ita enim per me informati sunt vt hanc prima causam suæ missionis prædicarent. Secundam de beati Kazimiri verificandis miraculis, qui breui Cathalogo Sanctorw asscribendus foret, vt per ista alia dua commissiones, de concordia Mosci: cw vra Mte, et tandem Magistri cautius celari possent, et eam hic fama per totam vrbem spargere curaui, vt etia in medio congregationis Cardinaliw, de Julio super hac missione factæ, inter articulos propositos, videre potuit vra Mtas, quos ante cw litteris per Vithinie miseram.

Multw enim indecorw visw fuit, eam nudam causam texere transitus ipsorw, vt solw ad concordia vestræ Mtis cum Mosko: et Magistro mitti debuissent. Ideo coram illo Senatu, duas tantw causas primarias suæ missionis explicarunt, et ita in publica Audientia cora Mte vra facturi sunt, nisi forte vra Mtas consultius crediderit, vt aliter isthic fiat. In quo per fidw aliquem eos præmoneri faciat. cuius votis parebunt. Pransi fuerunt illa eadem die ad Ducem cw magna celebritate, et honorifica vestræ Mtis memoria. In die sancti Johannis legatus Apostolicus, qui illuc est eos similiter, cw multis Senatoribus splendide, vt scribunt tractauit, vnde in Magistrw altera Die post Innocentw traiecerunt iter ceptw continuaturi. Credo ego, quod apud Mtem vestram pro festo Purificationis constituentur, et ista tunc etiam aduolare possunt. Commisi enim,

celerrime eas deferri propter Graciam Jubilei Lithua:
nie, vt ante quadragesima publicetur, et Die Cinerum
incipiat faliciter. quos iterum Gracia Mtis vestre enixius commendo, vt malignitas Susurronum, qui eis
pessima predicebant, per effectus contrarios benignitatis
et munificentia sua solita confundatur. Revera ambo viri boni sunt, et recti, quorum seruitio poterit vti vra Mtas
confidenter.

Cras vado Neapolim, recte omnia commissa curaturus
his super Banco debite expeditis, vnde non pauca iterum
expendere oportebit, in spem Satisfactionis pollicite, vt
idem Josths retulit, et littere domini Bonar testantur.
Commendo me gracie Mtis vestre, quam longe et falici:
ter, multis de hoste reportatis victoriis valere cupio.
Rome Mercurii xxv. Januarii. Anno dni M°D.
xx°.

Petrus Tomicius Eps Premislien. Regni P. Vicecancell[s]
Joanni Conarski Epo Craconiensi

R[mu]ME in Chro pr et domine domine colen[me]. Adhuc in Conuentu isto nichil est certi constitutum, preter bellum aduersus Mgrm usqz huc ad nullum effectum perductu propter difficultatem quam Nunctii terrarum more suo faciunt. extorquere volentes prius sua petita, quam ad aliquam contribucionem consenciant, domini Consiliarij videntes tantam necessitatem Reipublice quanta vix unqz fuit, unanimiter decreuerunt duplicem contribucionem Schossi et Czopowe, ac de quolibet manso duos fertones, unum videlicet à Colono, alterum à percipiente censu soluendum. Sed Nunctii terrarum per hos omnes dies nos articulis suis occuparunt, quos etsi prohibiti fuerunt scribere, tamen scripserunt supra quadraginta, inter quos potissimi sunt ut Cazimirien' et Costen' punierentur, et demissio libera fiat in Gedanum, utqz illa quadraginta millia per dominos Spirituales iam darentur, et coequarentur illi in expedicione bellica Nobilitati, et alia multa de quibus disceptatum est per hos omnes dies, et neglecta melior occasio agendi quod agi debet, priusqz Mgr Prussie sibi prouidisset, iam vero declinant res ad finem et conclusionem consenseruntqz Nunctii iam eandem contribucionem quam domini decreuerunt dempto fertone à censu, sed pro eo sex grossos offerunt

Dominus autem Campiductor exibit cum gentibus intra biduum, quarum magna pars iam precessit, qualitcumqz concludetur Conuentus, et quales erunt nrorum successus, scriba

omnia R^me^. Do^mi^. vre. Cuius bone gratie me Commendo que sit felix et incolumis

Sigismundus I. R. Polonie

Elbingensibus.

Famati fideles dilecti, Gratum est nobis quod nos certiores fecistis de interceptione opidi Bransberg, et peruentu Rndi domini Epi Varmien in Arcem suam Elsperg. hortamurque vos vt et deinceps quecumque intelligetis, nobis significare non negligatis, nos cum primum accepimus Bransbergum esse interceptum, commisimus Capitaneo Exercituum nrorum, vt cum omnibus gentibus ad istam partem proficiscatur itaque cum ibi fuerit, vos tutiores eritis, neque vos permoueant rumores de discessu hinc nro qui confinguntur, nam nos nullo modo discederemus ex his terris donec res nras et subditorum nrorum in bono statu constituereg. vobis vero quemadmodum et alijs subditis nostris nulla in re deesse volumus Dat. Thorunij etc

S. i. Rex. P.

Luce de gorca Castell° Posnan' et Capit° maioris Polo° generali.

Mag° Sincere nobis dilecte. Veniens huc ad nos Nobilis Maczek Thuczenski, retulit nobis nomine Ill^mi Dom^ni Ducis Stetinen' comparari in Germania contra nos auxilia Mgro, negocium hoc assumentibus nonnullis ibidem in Germania Principibus. Quare hortamur tuam Sinceritatem det operam, vt vigilantius quam vnquam hanc rem agat, adhibitis Speculatoribus fide dignis, vt quam diligentissime de euentibus omnibus certiores sepe fieri possimus, quo Scilicet in loco congregantur ipsa subsidia, quibus ne ex hominibus, et qua iter sint facturi quantoque in numero, et ad quod tempus dicantur venturi, qua vna re nobis ad presens gratius nichil facere poterit. Adhec habuimus hodie literas a Generoso Raphaele Lieszczinski Capitaneo Schlochouiensi in quibus scribit, venisse nuperrime ex suis quendam ab usque noua Marchia qui retulit se fuisse in Opido quodam domini Marchionis Electoris nomine Freidberg, vbi vidit preparationem Currus illius Opidi, quem in expeditionem parauerunt. It in alio Opido quod etiam pertransiit Vidit alium, et sic singule Ciuitates expediunt per Currum et due magne Ville etiam Currum. It Milites lancearij numero quatuor Milia, iacent in Ciuitate Stendel, et famam esse quod per Poloniam vellent ad dominum Mgrum perrumpere, preparataque eis esse instrumenta solearum acutarum de ferro alias Liodowe podkowi circa sex milia, hoc se

certo intellexisse retulit credo in effectum alicuius insul:
tus ad aliquam arcem aut Civitatem faciendi, Hec
ex lris ipsius Raphaelis excerpta his nris inserimus
suspicamurque idem Raphael non alias facturos impetum
ipsos hostes promptius quam ad Opidum Choimcze et ad ar:
cem Slochow Quia vero idem Thczenski homo esse
creditur discipline Militaris non imperitus, Et pro
debito sue subiectionis nobis satis fidus. volumus
vt in numero istorum Militum Mercennariorum. qui
sub imperio tue Sinceritatis istic ere nro merebunt
Et servient, Et ipse in equis aliquot nobis serviat ibidem
Beneque valeat tua S. Dat. in Thorun Die octa:
ua Epiphaniarum domini Anno eiusdem M°. D°. XX°

598a

Hic reponatur et inscribatur Consilium dñi Jo. Lubbranski Epi
Posnanien, de bello: seu de iure persequendi pro Regno.

Hic etiam scribatur Justificatio: seu declaratio Juris in prussiam
Temporibus Mauricij Imperatoris facta

279

Privilegium Oppidanorum Dambrowno / Qui a Magistro Cruciferorum desciscen Sigismundo primo regi Polo[e] se dederunt

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Quo:
niam facta humana quantumcumqz memorabilia facile inte:
reunt nisi literarum officio fuerint memorie mandata Pro:
inde nos Sigismundus dei gra etc necnon terrarum etc
Significamus tenore presentium vniversis presentibus et futuris
harum noticiam habituris Quia commendatam habentes
virtutem et fidem ac propensionem erga nos providorum
proconsulum et Consulum ac Scabinorum aliorumqz of:
ficialium, et totius communitatis Oppidi Dambrowno qui
a Mgro hoste nro Et eius Ordine Cruciferorum in Prussia
sponte ad nos defecerunt et se nobis dediderunt, illos in
subditos nros fideles suscepimus, Et harum serie literarum
suscipimus gratiaqz et favore nro regio complecti et com:
plexos benigne fovere servare manutenere et defendere
vti veros et fideles subditos volumus et pollicemur, Con:
servamus eosdem oppidanos seu Incolas et suburbanos pre:
fati Oppidi Dambrowno cuiuscumqz status et condicionis
existentes, in eorum et cuiuslibet ipsorum agris et posses:
sionibus, ita longe late circumferencialr prout in suis limi:
tibus sunt distincti et limitati ac distincte et limitate, et
prout eosdem agros et possessiones hii ipsi Incole et subur:
bani Dambronien hactenus possederunt et possident, eisqz
vsi fuerunt, et vtifruuntur, ac in eorum et cuiuslibet ipsorum
Censibus, redditibus, proventibus. Iuribus et libertatibus

quas hactenus habuerunt et in quorum possessione pacifica
fuerunt et sunt de presenti nullis exceptis ac de certa
sciencia et genuina virtute liberalitate, et matura de:
liberacione nra de Consilio Consiliariorum nrorum regni
nri et terrarum nrarum Prussie hic nobiscum agentium
ipsis videlicet Proconsulibus Consulibus Scabinis, totiqz
communitati Oppidi Dambrowno predicte, ac aliis per:
sonis, Spiritualibus et secularibus, quibuscumqz in ipsa
Ciuitate Dambrowno commorantibus, omnia et singula
eorum Jura Priuilegia, libertates et prerogatiuas do:
nationes, immunitates, Statuta municipalia, consuetudi:
nes laudabiles ab antiquo seruatas, tam Ecclesiasticas
q seculares ac Ecclesiastica et secularia quecumqz, lras
et inscriptiones quascumqz super quibuscumqz bonis Censi:
bus prouentibus, et libertatibus iampridem eis concessis
quecumqz et quascumqz habere dinoscuntur et habent sub
quibuscumqz titulis et datis emanatas et emanata Jura
et Priuilegia in se continentes et continentia in omnibus
eorum posicionibus condicionibus punctis et articulis vni:
uersis, perinde acsi pntibus de verbo ad verbum inserta
forent et expressa supplentes in eis omnem defectum de
plenitudine ptatis nre Approband ratificandum et con:
firmandu duximus, Approbamusqz ratifficamus et con:
firmamus decernen easdem, eademqz robur firmum ob:
tinere, promitten insuper in verbo nro regio, et pollicemur
pntibus, pro nobis et successoribus nris, regni Polonie
Regibus, terrarum Prussie dominis et veris heredi:
bus eadem ipsorum Jura libertates, statuta municipa:
lia, Consuetudines laudabiles antiquas, lrasqz et inscri:
ptiones quascumqz et quecumqz in omnibus eorum et earu
punctis, clausulis et condicionibus firmiter inconcusse
et inuiolabiliter tenere et obseruare, tenerique et obser:
uari facere perpetuis temporibus et in euum. In cuius
rei testimonium Sigillum nrm est pntibus appensum Datu

in Ciuitate nra Thorunen in octaua Sanctorum trium
regum Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo
Regni nri tredecimo Presentibus Rmo ac Rdis
in Chro pribus dominis Joanne Laski Gnesnen Archie:
piscopo Legato nato et primato Mathia Dzewiczki
Wladislauien, Petro Tomiczki Przemislien, et regni nri
Vicecancellario Joanne Conoparzki Culmen Eccliarum
Epis, Necnon Magnificis et Venerabilibus et Gene:
rosis Christophoro de Schidlowiec Palatino et Capi:
taneo Cracouien et regni nri Cancellario. Joanne Za:
ramba de Calinowa, Calissien, Georgio de Baizen
Mariemburgen et Capitaneo Gniewen Palatinis, Nico:
lao de Schidlowiec Sandomirien Arnoldo de Franga
Culmen, Ludouico de mortangen Elbingen Castellanis.
Petro Kmita de Wissnicza Marsalco Curie nre
et Capitaneo Przemislien, Joanne Latalski Gnesnen
Cracouien et Lanciien Preposito. Joanne Conarsky
Archidiacono. Andrea Crziczki Sancti Floriani
Cracouien et Srzeden Preposito. Canonicis Cracouien
et Secretariis nris Stanislao Chroberski Vexillife:
ro. Incisore et Pincerna. Siluestro Ozarowski Succa:
merario et Zawichosten Nicolao Tomiczki prefecto
stabuli Curie nre, et Costen Capitaneis, ac aliis q:
pluribus dignitariis Officialibus et Aulicis nris cir:
ca premissa testibus fide dignis Sincere nobis et fide:
libus dilectis Datum per manus prefati Reuerendi
in Chro pris domini Petri Episcopi Przemislien et
regni nri Vicecancellarii Sincere nobis dilecti

Alind Priuilegium Nobilitati Districtus Dambrowno a rege Datum

IN nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam facta humana quantumcumque memorabilia facile intereunt, nisi literarum offitio fuerint memorie mandata Proinde nos, Sigismundus etc. Significamus tenore presentium vniuersis presentibus et futuris harum noticiam habituris Quia commendatam haben virtutem et fidem ac propensionem erga nos Nobilium Status vtriusque in Districtu Dambrowno existentium qui se sponte et libere nobis veluti domino suo Naturali et hereditario dediderunt illos in Subditos nostros fideles suscepimus, ac harum serie literarum suscepimus gratiaque et fauore nostro regio complecti, et complexos benigne fouere seruare manutenere et deffendere vti veros et fideles subditos nostros volumus et pollicemur conseruamusque eosdem Nobiles vtriusque Status in eorum et cuiuslibet ipsorum bonis et possessionibus ita longe late, et circumferencialiter prout in suis limitibus sunt distincte et limitate ac limitata et distincta et prout ea bona et possessiones hii ipsi Nobiles Districtus Dambrowo, nenon hactenus possiderunt et possident, eisque vsi fuerunt et vtifruuntur, ac in eorum et cuiuslibet ipsorum Censibus redditibus prouentibus Iuribus et libertatibus quas hactenus habuerunt, et in quorum possessione pacifica fuerunt et sunt de presenti nullis exceptis, ac de certa sciencia et genuina virtute liberalitate et matura de:

liberatione nra de Consilio Consiliariorum regni nostri et terrarum nostrarum Prussie hic nobiscum agentium Prefatis Nobilibus vtriusque status in ipso Districtu Dambrowno commorantibus, omnia et singula eorum Jura Priuilegia, libertates prerogatiuas, Donationes immunitates Statuta municipalia. consuetudines laudabiles ab antiquo seruatas tam Ecclesiasticas quam Seculares. ac Ecclesiastica et Secularia quecumque, lras et inscriptiones quascumque super quibuscumque bonis, ac eorum pertinencijs, Censibus prouentibus et libertatibus iampridem eis concessis, quecumque et quascumque habere dinoscuntur et habent sub quibuscumque titulis et datis emanatas et emanata Jura et Priuilegia in se continentia in omnibus eorum positionibus Conditionibus punctis Et articulis vniuersis. Perinde ac si pntibus de verbo ad verbum inserta forent et expressa, supplentes in eis oem defectum de plenitudine ptatis nre, approban, ratifican et confirman duximus, approbamus, ratificamus et confirmamus decernen easdem, eademque robur firmum obtinere, promitten insuper in verbo nro regio, et pollicemur pntibus pro nobis et successoribus nris regni Polonie regibus terrarum Prussie dominis et veris heredibus, eadem ipsorum iura libertates Priuilegia Statuta municipalia, consuetudines, laudabiles antiquas literasque et inscriptiones quascumque et quecumque in omnibus eorum, et earum punctis clausulis, Et conditionibus firmiter inconcusse Et inuiolabiliter tenere et obseruare tenerique et obseruari facere perpetuis temporibus et in euum. In cuius rei testimonium etc Dat in Ciuitate nra Thorunen in Octaua Sanctorum trium Regum Anno domini M° . D° XX° Regni nri.

Donatio ville Paczoltowo Nobili Jacobo Melenski, propter defectionem possessoris ad Cruciferos

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ad auctoritatem et dignitatem Principum pertineat bonos fideles et obedien subditos, gratia et fauore prosequi In rebelles vero et malos pro Iuris et equitatis obseruantia auctoritatem demerite animaduersionis extendere. Quidquid autem pro remuneratione et consolatione fidelium ac bonorum, et pro vindicta et disciplina malorum decreuerint et constituerint. id vt non modo ad presentium sed etiam posterorum memoriam et cognitionem deueniat literis mandare roborareque consueuerunt. Proinde nos Sigismundus Dei gratia Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie, Necnon terrarum Cracovie etc. Dominus et heres. Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis et singulis presentibus et futuris harum noticiam habituris Quia exhibite fuerunt coram nobis originaliter litere papiree Magnifici Nicolai de Dambrowicza Palatini Sandomirien, et Capitanei generalis Exercituum Regni nostri nobis sincere dilecti, eius sigillo impresso munite donationem in se continentes bonorum, infrascriptorum Nobili Jacobo Mielenski, vt easdem literas auctoritate nostra regia approbare ratifficare, et confirmare dignaremur Quarum tenor sequitur et est talis, Nos Nicolaus de Dambrowicza Palatinus Sandomirien et regni Polonie Exercituum generalis Capitaneus. Significamus tenore presentium

vniversis quibus expedit, quod nos attendentes vltimos et immediatos possessores Ville Paczolthowo, que est in Districtu Olstinek sita, inter villas Mielno inter Sthembak inter Dziersswalth inter Kierstanowo et inter Drweczko nullam obedienciam vsque ad hanc horam Serenissimo domino nostro regi Polonie prestitisse. Insuper certa relatione accepimus eosdem homines Ville heredes Magistri Prussie hosti Maiestatis Regie inseruitio esse, Considerantes etiam Nobilis Jacobi Melenski dicti Zira, fidelia seruitia, que hiis temporibus belli nobiscum preseruans exhibuit, eidem prefatam Villam Paczoltowo auctoritate nobis in hac parte concessa dedimus et concessimus, cum omni Jure Et proprietate, cum agris Pratis Campis, Siluis Molendinis, et omnibus vtilitatibus per eundem Jacobum prefatum et eius successores legittimos tenend. habend. et possiden. ad quod etiam eidem Jacobo Mielenski prefato adiungimus certam portionem hereditatis in Melno et Zielionowo que portio iure naturali spectabat ad Nobilem Martinum olim Jacobi Nizki filium. sed quia iste Martinus ac etiam prefate Ville Paczaltowo heredes obedientiam non prestitit debitam: Insuper vsque in hanc diem est inseruicio Magistri Prussie. Nos itaque homini immerito auferen. bene merito conferri censuimus. hanc itaque sortem hereditariam dicti Martini Nizki prefatam prenominato Jacobo Mielenski et eius legittimis successoribus, damus et concedimus, cum omnibus vtilitatibus agris Campis Pratis Siluis Molendinis et aliis vtilitatibus et pertinenciis, quibuscumque nominibus vocentur, Super quod, presentes literas nostras Sigillo nostro signatas eidem dari fecimus, presentibus circa hoc Generosis, ac Nobilibus dominis Nicolao Listerzizki Dapifero Camenecen. Sigismundo Stossz de

Kunicze Nicolao Sthorcz de Rudnicze, et alijs multis
fidedignis Actum et datum in Castris ante Hollanth
feria quarta post conductum Pasche proxima Anno
domini Millesimo quingentesimo vigesimo / Nos vero
Sigismundus Rex pronominatas supplicationibus huius:
modi pro parte prefati Jacobi Mielenski, nobis factis an:
nuentes volentesque ipsum ad servitia nra et reipublice
propensiorem et obligatiorem efficere, et donationem illi
factam ad effectum deduci, premissas lras haben ratas et
gratas, in omnibus punctis, clausulis, articulis, conditionibus
et toto illarum tenore approbavimus et confirmavimus ap:
probamusque et confirmamus prefataque bona, Nos etiam
ipsi Jacobo de novo damus et donamus tenore pntium
mediante per ipsum, et eius successores seu heredes legit:
timos, cum omnibus eorum Censibus proventibus reddi:
tibus obventionibus pertinenciis, et alijs utilitatibus
quibuscumque superius expressis nullis exceptis, cumque omni
Iure dominio et proprietate ita late longe et circumferen:
cialiter prout ipsa bona prefata omnia et singula in suis me:
tis et limitibus ab alijs bonis in vicinatu consistentibus
antiquitus sunt distincta et limitata tenen haben utifruen
pacificeque et quiete possidend ac dand donand commutand
obligand vendend et in suos successorumque usus bene:
placitos convertend. In cuius rei testimonium sigil:
lum nostrum est presentibus appensum. Actum et Datum
in Civitate nra Thorunen ipso die Sancti Marci Eva:
geliste Anno domini M° D° XX°
Regni nostri Anno XIIII°

Litere ferree pro Nicolao Lanczkorunskj

Sigismundus etc. Significamus, Quia cum exposuisset coram nobis Generosus Nicolaus Lanczkorunski, qualiter cum gravi impendio suo per Septennium continuum montano labori incumbens, vt inde non solum sibi, sed etiam reipublice regni nostri commodum aliquod et honorem afferre posset, es alienum adeo contraxisset, vt ad illud exsoluendum Inducijs opus haberet, supplicassetque nobis vt easdem Inducias et literas securitatis sibi et fideiussoribus suis ac hijs qui se pro ipso principales posuerunt, concedere dignaremur. Nos autem simul cum Consiliarijs nostris perpendentes vna ex parte grauitatem et dispendium creditorum quod ex talibus Inducijs et literis nostris capere solent, ex alia vero parte dicti Nicolai sinistrum in ipso labore montano successum Quem quidem laborem ipse honesto et laudabili proposito exercuit, ac per eum vt sunt humani casus ad eam difficultatem et necessitatem deuenit, dignum putaremus illi benignitate nostra non deesse presertim cum Mercatoribus et alijs sua infelicitate collapsis, nos et predecessores nostri eiusmodi gratiam exhibere consueuerunt, de communi Consiliariorum nostrorum consensu eidem Nicolao Lanczkorunski Inducias ad soluenda debita que contraxit, concedendas duximus et concedimus presentibus ipsi videlicet quo ad eius personam ad tres annos, Fideiussoribus vero et qui se pro eo principales statuerunt ad annum vnum a data presentium literarum volentes et

decernentes neminem ex creditoribus intra tempus Induciarum predictarum, eidem Nicolao ad tres annos et fideiussoribus, ac qui pro eo se principales debitores fecerunt eorumque fideiussoribus predictis, ad unum annum a data presentium per nos concessarum, sua debita quacunque iure, et Iudiciis regni nostri ac vigore quarumcunque inscriptionum literarum et obligationum aut quovis alio modo pretextu vel colore, per se vel per alium ab eodem Nicolao et eius fideiussoribus et principalibus eorumque fideiussoribus petere posse et debere, sub pena transgressi et violati salui Conductus seu literarum securitatis a nobis concesse. Quare omnibus dignitariis officialibus subditis nostris cuiuscunque status et conditionis existentibus nostram hanc concessionem patefacientes Mandamus, ne quid in contrarium facere contra predictum Nicolaum Lanczkorunski eiusque fideiussores, et principales pro eo debitores factos, eorumque fideiussores supradictos, audeatis, sed eos conseruetis, et conseruari faciatis iuxta tenorem eius nostre concessionis et Induciarum in omnibus conditionibus in ea contentis et expressis harum testimonio literarum etc.

S. i. Rex. P.

Stanislao Lantskoronski Capit° Camenecen

Generose fidelis dilecte. Legimus ea que scripsisti nobis
de discordia que est inter te et Woiewodam Moldavi:
en ob non seruata capitula et constituciones Conuen:
tus non pridem cum illius Capitaneis et Boiaris ha:
biti, et multum quidem cuperemus vt tu non preberes
vllam causam dissensionis et controuersie inter nos nos:
trosque subditos et eundem Woiewodam excitande.
verum non libenter eciam videremus, quod ille obser:
uare non debet ea que eius Consiliarii et Boiari ac
nostris post multos tractatus inter se mutuo habitos con:
cluserunt, et cum non liceat discedere ab hiis que com:
muni consilio conclusa et decreta fuerunt, volumus vt,
prout in dicto Conuentu determinatum est de reforma:
dis iniuriis, ita et non aliter obserues, Id quod etiam
in eodem Conuentu conclusum est. de hominibus bone
fame absque literis Capitaneorum vltro citroque commeare
permittendis et de traiciendo vbique libere fluuio Niestr equum
est vt obserues. saltem ad aliud Conuentum. prouiso
tamen. quod Mercatores non vadant cum mercibus nisi
viis consuetis non pretereundo loca Theloneorum
nostrorum. Nam non licet vt discedas a constitucio:
nibus Conuentualibus que in toto et non in parte sunt
vtrinque obseruande, nam qua ratione tu Valachos ac:
cusabis, quod non obseruant decreta Conuentus preteriti
eo quod nolunt facere initium resarciendi nostris subditis
iniurias et damna a se illata, eadem ipsi vicissim cri:
minabuntur te. quod vetas eos traicere fluuium Niestr

et ad terras Podolie sine lris tuis aut suorum Capita-
neorum transire. Itaqz fac ut rata habeas decreta et
conclusiones prefati Conuentus, utcuqz non usqz quaqz
bona et utilia in utramqz partem videantur / De homine
subdito Waiwode Moldauien qui portauit istuc fal-
sam monetam, fac id quod Jus et consuetudo omnium
gentium obseruat / Quod attinet ad edificia Castri Ca-
menecen iam dudum expediuimus huc Venerabilem
Gwiazdowski, Notarium nrm cum pecunia que impendi
debet in eadem edificia, et non dubitamus illum iam
istuc peruenisse Dat Thorunii

Petrus Tomiczki eps. ac Vicecancell
Sto Landskorunski Capito Camenecen

Generose domine amice charme / bene fecit vra D. q
nouitates de Thartaris et Turcis nobis prescripsit.
Nos hic adhuc bellum gerimus, et Deo propitio gentibus
Mtis Regie prospere ubiqz succedit, que ultra alias ceteras
Ciuitates et oppida que iam antea redegerunt in potesta-
tem Mtis sue ceperunt non pridem Castrum et Oppidu
Qwydzyn cum Ecclesia que ibi est satis munita. Su-
scepit adhuc plures gentes Mtas sua ex Bohemia
et Morauia equites et pedites qui mox post Sacra
Pasche venire huc debent / Mgr Prussie cum suis con-
tinet se in Castris et locis munitis expectans auxilia
‡ Dania — et milites ex Germania et Dacia quos omnino sperat
se habiturus, et ne minimum quidem indicium ostendit
q vellet submittere genua et ceruices Mti regie /
De domino Archiepiscopo Gnesnen q curaret Nepo-
tem suum creari Capitaneum Camenecen nichil antea
audiui. Sed nec credo illum id unqz sollicitasse quip-
pe qui cupit eum continue adesse Mti regie, et obtinuit

obtinuit iam, quod faciat cum M^tas^ sua Incisorem mense sue post mortem domini olim, Chroberski. si quid tamen vel ipse dominus Archiepus, vel alius quispiam aget ad deiciendam vram D. ab hoc officio, adnitar omnibus viribus quo minus id fiat. Doleo plurimum de morte fris vre D. domini olim Nicolai, et eo magis, quod ille non compositis rebus suis, et ere alieno multum grauatus, sublatus est ab humanis. Erit pietatis vre D. curare, vt memoria illius non grauetur, et vt filius ipsius cui nihil penitus reliquit, habeat quo se cum sua et familie vre dignitate sustetet. Valeat et sit felix vra D. et me diligat. Datum

.1520.

Andreas Cricius Ptus Posn: Secretarius regius
Petro Tomicio Epo Premislien. Vicecancell.

RME in Chro pr, et domine mi colendissime perueni huc (deus gra) Saluus et incolumis. vbi licet tam mihi quam his qui mecum sunt omnia placeant, tedio tamen nonnichil afficimur, vel mutata consuetudine vel eo quod aulicis absque Principe videri vbique solet. accedit ad hec domini huius Rmi assidua confabulatio et propinquorum vndique conuolantium impeticio, que omnia certum est perpeti, male michi imprecante mea crumena faciat dominus deus vt Rma. D. vram sanam et letam reuisere valeam. Cuius gre me et obsequia mea Commendo. Datum Posnanie in Vigilia Purificationis domine nostre 1520

Andreas Crziczki R[mi] tus Posn Secretar. regis
Petro Tomiczki Epo Premislien: Regni Pol.
Vicecancell°: auunculo suo

RME in Chro pr et domine domine colen me Com:
mum mihi dolori est egritudo vre R me. D. expertus
ipse alias dentilem hunc cruciatum/quantum autem in
hac re prestare potui. sollicitaui hesterno die que fuit
Sancte Apollonie, Sacricolas omnes vt illam pro sa:
nitate ipsius R me. D. vre suis precibus et sacrificiis
fatigarent, interminatus eciam illi vt ni officium suu
nunc faciat, me sentenciam Luterii sequuturum. Refferi
vt capitulum hoc consenserit ad mutuandas pecunias
Mti regie cui de hac re nichil omnino constitit, factu
id de industria pestis illius communis, et omnium
publicorum bonorum turbatoris. Ego mi R me. d. ago
hic satis ex sentencia, reppeci complures in cetu hoc Ec:
clesiastico viros probos, et suauissime consuetudinis,
cum quibus michi conuinctus est, beniuolencia michi
eciam, et honor tantus exhibetur, a summis et infimis
quantus vel Epo satis esse possit. Combussi (vt Plau:
tino utar) hos dies in accipiendis sigillatim Vicarius
et Canonicis, ac demum heri domino Epo, cum dno
Capitaneo et Ciuibus ac mulierculis, aliisque plurimis
Conuiuium et Choreas ad multam vsque noctem duce:
tibus. verum perturbauerat mihi nonnihil ipsos hospi:
tes vnius Ciathi mei argentei surrepcio superuenie:
tibus quibusdam meis Nobilibus cum illo suo grege fur:
tifico. et cura, ac caucione seruorum meorum. quam vra
R ma. D. nouit/Francus me vrget vt finem faciam/me

idest Joanis Laski Archiepi

R^me. D. v^re humiliter Commendo que sit opti-
me sospes et incolumis Dat. Posnanie die Veneris
Sancte Scholastice Anno domini M°. D°. XX°

Andreas Cricius
Petro Tomicio Epo

RME in Chro pr. et domine. domine colendissime
venit huc heri Golanczki et retulit michi auctam
egritudinem v^re R^me D. dominum Doctorem
Costhka non adesse. pro eoque tumultuarie missum,
quo nuncio sum adeo consternatus, vt totam hanc
noctem in estu et somnio duxerim. Supplico itaque
v^re R^me D^ni committere dignetur vel domino Bac:
calario vel alicui alteri vt mihi valitudinem ipsius
describat, alioquin mittam quo fieri possem certior
nam et nunc facere id erat animus, ni intellexisse
dominum prefectum Stabuli iam huc adventare a
quo rem clarius cognoscere potero. Me. Do^m. v^re R^me D.
et obsequia mea humiliter Commendo. cui dominus
Deus optatam tribuat Salutem Dat. Posnanie
Sabbato xi^a Februarij Anno domini M°. D°. XX°

facere non po: tero quin istuc aliquem mittam:

Andreas Cricius P[ræpositus] Posn. Petro Tomicio Ep[iscop]o Vicecancell[ari]o Avunculo suo.

Rme in Chr[ist]o p[ate]r et domine, domine colen[dissi]me. Acce:pi hesterno vesperi literas v[est]re R[everendissi]me D. datas in die Sancte Scholastice, que me de levato iam eius dolore ma:gna sollicitudine et angustia liberarunt, Sumq[ue] vulgi opi:nionē pro Sancta Appollonia contra Luterum plane ad:stipulatus, et illi gra[tia]s egi / hodie mane ad Ecclesiam eunti obtigit Zielenski D. Prepositi iam versus To:runiam iter faciens, quem continui donec id quod sibi v[est]ra R[everendissi]ma D. iussit mitti, scriberē, itaq[ue] ne quid negli:gerem et ne illum eciam festinantem remorarer scripsi hec omnia tumultuarie, puto tamen satisfactura Lepidis Oratoribus quos videor videre quales sint, et l[ite]ras D. Staßkowski magno dolore legi, sciens iam dudum Aliöquin quantam indignitatem et damnum nobis iste ta:les legationes facint, que nullis vsus vnq[uam] fuerunt, qua:re virtutis erit et illius magnitudinis animi v[est]re R[everendissi]me D. ita in verbis et commissis omnibus se gerere, vt co:gnoscant Principem non regulum esse nec eorum vmbratili ope adeo egere. Sed vrget Zielienski, v[est]ra R[everendissi]ma D. dare veniam huic scripcioni Albertiste dignetur, et felicissime valeat. Posnanie die Lune xiii Februarii Anno domini M° D. xx°

Cricius Tomicio avunculo

Rme in Chro pr et domine domine colendissime
Saluam et sospitam vram Rmam D. audire valde desidero
nam licet dominus Nicolaus mihi retulit nihil adeo no:
xium et metuendum esse, leuatamque illam maiori ex par:
te, quicquid tamen id est, velim omnino nihil esse ego
his duobus diebus quo dominus Marschalcus huc ve:
nit egre valeo, quassatus inter illos continua inquie:
tudine, nam et ille et omnes eius comites sunt hic toti
in amoribus et Conuiuiis, quarum ineptiarum nescio quid
voluptatis habent. me spectatorem adesse, et occupatum
meis necessariis negociis occupare, videor videre quid
in nupciis istis futuris, mecum erit. sed statui subducere
me, si quo pacto citra indignacionem dominorum potero
Habeo multa referre hinc rediens vre Rme D. de miser:
rimo illius ambitu qui hoc vno et sibi et aliis officit, quem
non etate solum, sed ne morte quidem puto remissiorem
futurum. loquutus est mecum super illa expectacione multa
sed simulate et expiscans a me aliquid. vbi vero hanc
sensi. homini vt homo est morem gessi, et eius oracioni
subseruiui, pungens tamen illum identidem integra et
pertinaci alterius valetudine. Sed de his et aliis coram
abunde, Postulant mea negocia vt hic paulo diucius
opinione immorarer, nam eorum nihil prorsus adhuc
confeci, hoc tamen Rme D. vre arbitrii esto, que me

dignetur facere cerciorem, an cum eius venia fieri pos:
sit, vt iter minus instituto accelerarem nec ne, nam cõ:
tra eius voluntatem, ne latum quidem digitum excede:
re vellem. Cuius grẽ me cum seruiciis meis toto
studio Commendo. Datũ Posnanie xvii Februarii
Anno M° . D . XX°

Cricius . Tomicio epo

RME in Chro pr, et domine colendissime. Red:
dite sunt mihi hodie litere vre Rme. D. quas cũ
magno dolore legi, intelligens illam preter spem, quã
ex domino Nicolao, et eo qd pro responso scripserat. op:
timam conceperam, nondum ab egritudine sua leuatam,
Ego si id compertum habere potuissem dudum me ad illã,
eciam relictis huius hÿmeneis recepissem. vtcuq3 nesciam
quid istic aliud prestare deberem, quam officium scribendi
quod puto alii pro arbitrio suo dirigunt, et paciatur egri:
tudini vre Rme. D. vtcumq3 est. intersit aliquid
istic mea, nec ne, cum ita mandat die Martis proximo
Deo bene iuuante, hinc posthabitis omnibus negociis, euo:
labo, cuius interim gratie me et seruicia mea perpetua
Commendo. Datũ Posnanie. die Sancti Mathie
Apli Anno domini M° . D . XX°

Cricius. Tomicio Epo Avunculo

RME in Chro pr et domine, domine colendissime.
Post obsignatas priores meas, Accepi literas vre Rme
D. quibus me certiorem fecit de illo negocio ex Crac et in
eo sedula cura sua, quam cum domino Posnamensi communi:
caui eo quod magna sollicitudine tenetur vt ita succedat
nec alio nomine quam hoc me appellare vult hic omnes pas:
sim alii, me erubescente et rem omnibus modis dissimulante
censet ipse dominus Posnamen agendum aliquid cum his
qui officere putantur quod prudenciae et benignitati Rme
D. vre committo/ Pater commissarius vocat Posnaniam
paradisum regni, et dicere vult Rti Mti se hic alteram
Neapolim offendisse. Dominus Pallatinus Posnamen
exegit a nobis vestes relictas quas coacti tumultu et
clamore Nobilium negare non potuimus, ea tamen lege
vt quando fuerit requisitus eas ad res alias deponat
bona nondum sunt dispertita, propterea veretur quisque
ad breue tempus, et euacuatis bonis tantum onus subire
tamen hodie vel cras huic negocio finem imponemus
Cetera vra Rma D. ex Nunctys nostris intel:
liget Cui me humiliter Commendo Dat Posna:
nie die Lune etc

638

S. Rex. P.

Joanni Bonero Zuppario Crac

Generose fidelis dilecte hodie rediit ad nos Vilkoczki Cubicularius nr. et literas tuas nobis reddidit, ex quibus solitam tuam in negociis nris curam et diligenciam cognouimus que nobis est admodum grata. Quia vero hec ad presens summa est sollicitudo nra ut tormenta maiora hic habeamus volumus impendas omnem operam tuam, ut ea q celerrime huc transmittas si possunt vehi in vehiculis, bene quidem Si autem via vehicularis istic destructa est. fac ut vehantur in rotis ut fieri potest, Nos vero hic interim rotas alias crassas et axes fieri faciemus. Mgros Bombardarum, pulueres Bombardarios, funes magnos, fabrum lignarium etiã cum eisdem tormentis mittas. ut alias tibi scripsimus, et quamuis funes magni hic bene laborari et fieri poterunt opus tamen est, ut tu eciam istinc aliquos mittas cum in itinere semper erunt necessarii, foramina per que pulueres immittuntur in tormenta que vulgo prochowme vocantur fac ut Seris bonis occludi facias ne in itinere hominum malignitate in illa aliquid immittatur. quod nocumentum afferre posthac possit et quam celerius potes ut diximus eadem ipsa tormenta bene apparata huc transmittas et aliter non facias

Oratores summi Pontificis de quibus scribit Rx dns. Dns Epus Ploceñ quamprimum istuc applicuerint fac ut honorifice exceptos in hospitio honesto et decenti collocari fa:

639

cias eisque de omnibus necessariis provideas et cum ali:
quot dies istic quieverint ad nos huc venire illos
permittas, cum quibus volumus ut vadat Venerabilis
Jacobus Staszkowski Secretarius noster, tu vero des illi
pecuniam necessariam, qua illos per totum iter cum eorum
familia et equis expensis honeste provideat, equum
enim est ut ob reverenciam Sedis Apostolice bene
ubique et honeste in regno et dominiis nostris tractentur.
Quod scribis de Moneta quod intelligere ex litteris
nostris non potuisti ubi et in quo gradu ac valore de:
beat cudi: Scias quod permissum est nobis cudere mone:
tam et in regno et hic in terris Prussie, nondumque quicquam
est diffinitum qualis moneta et cuius valoris hic cudi
debeat, verum in regno et istic Crac cudi debent
medii grossi sub eo valore et grano quo prius ~~presens~~ Qua:
re iam cogites et operam facias ut argentum habere
possemus. et quomodo et quanto eadem ipsa moneta Inchoanda
sit et unde habituri erimus argentum, nobis senten:
ciam tuam perscribas. Exercitus noster est iam prope
Castrum Holland, et his diebus cepit iterum tres
Civitates Illustris Domini Magistri videlicet Moring
Libemol, et Libstad nec moram facit ullam sed longe la:
teque vastat terram hostilem altissime tamen nives
et nimia frigora illum aliquantulum retardant atque
impediunt. Datum Thoruny 1520.

290.

S. i. Rex. P.

Joanni Bonero Consuli Burgrabio
Zupp° Crac: Jn Ociec Capit°

Generose fidelis dilecte. Valde nobis ingratum est quod rotas istic pro Bombardis disponi non fecisti quemadmodum tibi commisimus nam facilius istic ligna pro hoc opere aquiri possunt quam hic, vbi nulle sunt ad hanc rem Silue. vtcumque est, volumus vt nobis mittas quam celerius decem istas Bombardas, quas nobis in scedula descripsisti. sicque mittas vt eas disposuisti in vehiculis, vna cum rotis et bono fabro lignario et ladulis atque eo instrumento quo leuari Bombarde solent vt si quid destructur esset statim qui reficeret. mittasque tot equos cum illis vt si via vehicularis deficeret possent sine mora curribus adduci nam nobis summe sunt bombarde ille necessarie, et sine illis nihil hic vtiliter Exercitus noster facere potest

Adhuc nullus Bombardarius huc ad nos venit itaque cures omni diligencia vt eos nobis conquirere possis gratissimum nobis erit habere posse ex Norimberga istum Bombardarium de quo scribis Magistrum Maternum mittimusque tibi litteras ad Ciues Norinbergenses manu nostra subscriptas rogantes illos vt eum nobis ad tempus modicum accomodare velint, quare tam pro illo ad nos quam primum adducendo quam eciam aliis quos habere poteris omnem operam adhibeas sumptui minime parcendo.

De puluere Bombardario volumus vt tantum nobis mittas

quantum ad maximum potes vellemusque quod mitteres pro maioribus Bombardis plusque centum centenarios pro pixidibus vero manualibus mittas supra decem centenarios etsi tantum non erit de nostro tunc illud istic emas de quo vt putamus satis Cracouie inuenies

Mittimus iam quam celerius ad te Petrum Zagagiewski Capitaneum Niessouien qui Bombardas istas maiores conducere istinc ad nos debebit/quas ita instructas dispositas et omnibus necessariis prouisas ad nos quam celerius mittas. vt in via nullo impedimento remorari possent et vt diximus Fabrum lignarium aliaque apparamenta ac tot equos cum illis mittas quot sufficere possent ad eas vehendas vbi nunc hoc medio tempore dissoluerentur pro gratia nostra aliter non facturus Datum Thorunii

1520

Sigismundus primus Rex Pol.
Joanni Conarski Epo Cracouien

Rex. XX^ti millia flor mutuatur ad bellum prussie

Rnde in Chro pr Sincere nobis dilecte. Mittimus ad vram Ptem Venerabilem Jacobum Staßkowski Canonicum Crac Secretarium nrm. Cui commisimus nonnulla de mente nra re: ferre. postulamusq ab illa. velit illi in omnibus nro nomine referendis plenam ac indubiam fidem adhibere et in illis ita se exhibere prout illius solita erga nos obseruancia postulare videatur et bene valeat vra Ptas Dat

1520

S. Rex P. Capitulo Cracouien

Venerabilibus Prelatis et Canonicis totiq Capitulo Eccl(ie) Cracouien deuotis nobis dilectis. gratiam regiam. Ven(erabi)les deuoti nobis dilecti. Mittimus istuc Venerabilem Jacobum Staßkowski etc. Cui commisimus nonnulla vris. D. referre nomine nro, spectancia ad ptem nram et reipublice regni nri summam necessitatem, hortamurq illas velint illi in his que dixerit nomine nro plenam et integram fidem adhibere. vt nobis ipsis coram loquentibus. Dat etc

1520

Sigismundus primus Rex P.
Michaeli Bragwagen Proconsuli
Elbingensi et Rothmagistro

Famate fidelis dilecte, Retulit nobis Rx dns in Chro pr dominus Petrus Epus Przemislien et regni nri Vicecancellarius qua fide et studio istic nobis seruias et q et Ciuitas ista nra Elbingen, et Eccla in Frauenburg est tua cura et circumspectione bene prouisa quo minus illi hostis nocere posset, et commendamus summopere hanc tuam diligencia quam facis volumusq tibi illam gra nra regia referre hortamur vero te, non intermittas prouidentiam et curam tua adhibere quo hoc turbulento tempore Ciuitas ista nra sit sub bona et firma custodia. Spectamus autem q postq campiductor nr cum Exercitu ad istas oras applicuerit prout iā istuc de mandato nro recta contendet hostis non audebit ita libere prout hactenus fecit Vagari, et excurrere ad villas et possessiones Ciuitatis Elbingen, tu vero poteris cum eodem Campiductore nro de omnibus que intelligis, nobis et rei publice expedire libere conferre, ille vero no negliget exequi et prouidere de his que erunt necessaria

Datum Thoruny 1520.

S. I. Rex P.
Joanni Bonero Zuppario et Burgrabio Cracoviensi

GEnerose domine, amice et fautor honorand. Jam nri Milites ceperunt in terra hostili septem Civitates et Oppida et tria Castra, inter que ceperunt nuper Castrum et Civitatē Lochstem, et si haberent Bombardas maiores, quecumqz illis obvia fuerunt, omnia intercepissent, quare Mtas regia est multum sollicita, et desiderat mirum in modum ut bombardas eius maiores vra. D. qprimum huc transmittat prout id ex eius Mtis lris iam antea cognovit, et nunc ex dno Staszkowski plene cognoscet. Mgr Prussie congregat gentem suam et querit modos, ut Milites Mtis regie ex insidiis adortos opprimere possit verum illi satis caute et circumspecte incedunt. Pollicetur dominus Mgr suis subditis q brevi gentes sit ex Germania habiturus et ob hoc adhortatur illos ut sint constantes, seqz defendant. Nos vero no speramus illum nunc aliqua externa auxilia habiturum bonum tamen esset, ut vra D. haberet aliquos exploratores in Germania, qui explorare possent si qui milites illic congregantur huc profecturi, multum enim interest scire Mtem regiam si qua auxilia ei illic comparantur, de quibus varij et continui rumores huc proferuntur. Mtas regia gra dei est bene sana. Ego etiam satis bene valeo, vivo tamen in continuis curis et laboribus. Heri Dns Chroberski bonus et fidus servitor Mtis regie obiit diem suum. Comendo me vre D. et valere illam felicissime desidero. Datum Thoruny die Dominico proximo post octavas Sanctorum trium Regum Anno domini 1520

Petrus Tomicius eps Premisl. R. P. Vicecancell
Michaeli Spiss Consuli Cracouien.

F Amate domine. amice char^me. Impetraui tandem a M^te
Regia id quod optastis pro domino Andrea Salomonis
Creauit enim illum M^tas regia Burgrabium Castri Crac
et lras eiusmodi creationis illi mitto quas scripsi paulo exten:
sius q fuit in exemplari quod mihi misistis volens vobis
in hoc gratificari prout in aliis omnibus soleo/ Rogo vos
plurimum, faciatis emi m^i in Nundinis Lublinen' pro festo
Purificationis beate Marie proximo celebrandis mille
pelles albularum que vulgo Bielki seu Popielicze dicun:
tur. et faciatis eligi bonas et que non dum in creta iacu:
erunt. Id quod vre' industrie committo. Soluam vobis
illas cum gratitudine debita. Nostri milites ceperunt
iam in terra hostili Septem Ciuitates et Oppida bene
munita et tria Castra,/ cepissent autem longe plura si ha:
berent secum tormenta et Machinas vastatorias/ Spera:
mus in domino Deo q et Ciuitatem Braunsberg dolo et
proditione interceptam. breui intercipient valeat fel
vra' . D. Dat Thorunii etc

1520

S. Rex P.

Joanni Bonero, Consuli Burgrabio
Et Zuppario Crac: in Ociec Capit°.

GEnerose fidelis dilecte. Etsi scripserimus nuper tibi mandan' vt quamprimum rotas axes et ladulas. ad tormenta maiora fieri faceres. quo ad nos euestigio huc adduci possit. considerans tamen quod sine huiusdem tormentis maioribus. Exercitus noster non potest Arces et Ciuitates munitas sibi obuias occupare. Iterum atque iterum mandamus tibi vt easdem rotas et alia apparamenta ad ipsa maiora tormenta, laborari quam citissime facias ex ligno quale haberi ad praesens potest quae volumus vt laborent omnes artifices qui sunt Cracouie. prouideas vero vt rote sint crasse et firme ac bene preferrate et similiter axes atque alia id genus necessaria, pondus enim graue illis ferendum erit, et obhoc opus est vt ipsa etiam sint firma solida. robusta. et non tenuia, Cum autem necessaria sunt hic nobis decem maiora tormenta. hoc est octo carthoue et duo notslange. volumus vt illa nobis apparari facias. et ad diem Dominicum ante Carnisprivium proximum huc omnino transmittas vel citius si fieri potest. Etsi fecisti in aliqua re nostra curam et diligentem operam tuam: volumus, vt eam in mittendis huc nobis dictis tormentis maioribus impendas, nam sine illis omnis nostra bellica actio est debilis ac manca. Interim vectores autem tempestiue ordines et conducas, nam circiter ducenti equi erunt necessarii qui vehant tormenta predicta et pulueres, funes etiam maiores et crassos qui Liny vocantur parari ad minus quatuor facias. nam et hii quoque erunt necessarii, pulueres incendiarij cura vt sine intermissione fiant. quos volumus vt cum tormentis huc trasmittas. in quibus quidem tormentis transmittendis

vt diximus accelarare omnino debes dum iter est bo:
num et durum et ad vehenda tanta pondera satis aptum
nam si resolutiones niuium incident, cum maxima difficulta
te poterint huc traduci / opus autem erit vt cum his ipsis
tormentis et pulueribus mittas aliquem hominem discretum
qui vectores gubernet et expensis prouideat qui etiam itine:
ra et pontes ~~presens~~ prius perspiciat anteq tormenta per illos
ducantur, et ne idem famulus et homo tuus habeat difficul:
tatem cum vectoribus, conuenias cum eis istic, et constituas
tam de pretio q etiam de diario equorum, et quantum avene
illis in itinere dari debeat, et de omnibus his facito nos po:
stea certiores / admiserunt nobis Consiliarii nri propter presentes
rei publice necessitates, vt centum milia marcarum argenti
in monetam excudere possimus. volumus itaq vt tacite mi
cuipiam de hac re adhuc dicendo, prouideas de argento vt
q celerius fieri possit monetam ipsam inchoare valeamus. Scri:
bimus Generoso Achatio Jordan Theolonatori nro Crac
vt peccuniam quamcumq habet ex theloneis nris collectam
tibi consignet, quam tu conserues vsq ad informationem nram
Ceterum significatum est nobis ab auctore satis idoneo et
insigni, fres Domini Mgri; nonnullos equites et pedites co:
ducere in Germania, quos ducere vellent contra nos et
terras nras Prussie. volumus et mandamus tibi facias
operam, vt de hac re intelligere possis. et si hee gentes con:
gregantur, et qua via penetrare huc vellent diligenter
perquiri facias. pro gratia nra. Dat.

Petrus Tomicius Eps. Vicecancell
Joanni Bonero Cons. Burgr° Zup° Crac

Generose domine amice et fautor honorand. Paulo ante significaui vre. D. per nuncium domini Castellani Voinicen de Castro Schonberg et nonnullis oppidis interceptis per milites nros. Interea temporis nihil est innouatum. nam Mtas regia propter Ciuitatem Braunsberg per Mgrm acceptam proditione nonnullorum Ciuium mandauit dno Campiductori vt se versus illam ipsam Ciuitatem cum Exercitu conuerteret, Sperat enim Mtas regia et ita omnes affirmant q viso Exercitu mox se dedet eadem Ciuitas sed et defendere se diu non posset, etiamsi Mgro fidem seruare vellet propter carentiam commeatus. Mgr vt Princeps iuuenis et belli inexpertus contemnit exercitum regie Mtis ac irridet spemque amplam sibi proponit q se ab illo defendere poterit. Id quod breui ostendere cogetur. Scribere dicitur milites ex hominibus gregariis et artificibus et hos vult opponere Exercitui nro. putatque se illum debellare posse. Mtas regia non nimium se effert, nec vires nec potentiam illius contemnit. Sed committens domino Deo se et iusticiam suam facit ea que ad defensionem subditorum suorum facere necessaria debet et tenetur. Dominus Stanislaus Chrobczski grauiter egrotat ex febre continua. Commendo me vre D. et valere illam felicissime desidero. Dat Thorunij

1520

Z Egoczki benefecisti quod visitasti hospitum meam et portasti illi ea medicamenta que dominus Doctor Petrus ad eam misit volumusque ut ita deinceps facias quotiens opus esse intelliges vel dominus Doctor te mittere illuc volet. Scripsimus non pridem domino Scholastico Crac. ut latrinam in domo nostra purgari faceret, que est multum repleta. tu etiam illum de hac re admoneas, nam nunc tempus est ad hoc satis idoneum. Lateres planos ad sternendam Stubam et caminatam in Tampoczol, volumus ut simplices fieri iubeas et non perfusos plumbo. nam cum Cracouie Stuba mea et caminata est simplicibus lateribus strata equum est ut in Tampoczel etiam ita fiat ubi valde raro nos habitare contingit. volumus autem ut hac hyeme eosdem lateres planos fieri et parari facias ut primo vere et sternere illis Stubam et caminatam et Caminos ac alia que in domo noua in Tampoczel fieri adhuc debent perficere et finire possis. breui mittemus ad te puerum nostrum Matisszek qui te de his omnibus rebus plene informabit Dat. Thoruny 1520

S. I. Rex . Pol.
Jobo Epo Pomesaniensi

Rde in Chro pr Sincere nobis dilecte. Accepimus lras vre Ptis quibus scribit se ad terminum sibi per nos cum Andrea Galczewski prefixum mittere huc Co: siliarios suos voluisse sed interea cladem illi esse illatam ab Exercitu nro, commemoratq suam erga nos propensio: nem et quod aliam a nobis spem expectant. petitq vt Saluo Conductu se aut Consiliarios suos ad alium ter: minum cum dicto Galczewski prouideremus / Si vra P. recte discutere secum vult qual. illi nos semper exhibuimus non al. inueniet quam integrum in se fauorem nrm, et postremo recolligat que per Georgium Thargowski [illegible] hic existentes ad illam significauimus quibus cum se acco: mmodare, et responsum ad illa certum dare non curauit id quod queritur nra culpa non est, Quod vero ad terminum cum Galczewski attinet, et Saluum Condu: ctum P. vre aut eius Consiliariis dandum, intelliget vel iam intellexit ex lris Georgii Thargowski que ex instructione D. Archiepi Gnesnen iam de hac re plene ad illam scripsit bene valeat vra P. Dat

Thorunij 1520

S. Rex P.

Job Epo Pomesaniensi

R

Rde in Chro pr Sincere nobis dilecte. Ut prius scripsimus vre P, libenter vidissemus ut iam causa illius cum Andrea Calczewskij fuisset determinata, et Commissarios ad hanc rem dederamus. Sed quando hactenus nihil est factum volumus ipsi libenter iusticiam illi ministrare aut hic ministrari facere, et prefigimus ad hanc actionem terminum feriam quintam proximam post festum trium Regum, ad quem terminum mandabimus Calczewskio venire, vra etiam Ptas poterit tuto et secure suos Nunctios mittere. que bene valeat

Petrus Tomiczki Eps Vicecancells

Job Epo Pomesanien

Rme in Chro pr et domine amice charissime ac honorande Doleo profecto vehementer illatum esse damnum vre Pti ac eius Ecclesie per milites regie Mtis idque nunque non libenter vidi ut res ad hos terminos pervenire debuisset, Sed et Mtas regia ut benignus et Christianus Princeps nunque quod scio bellum hoc affectavit, cuius autem culpa ventum est ad illud, dominus Deus iudicabit, Ego libentissime omnem impendam operam ut vra P. et eius bona deinceps non affligantur, et ut Mtas regia illam suo favore complecti dignaretur, quem omnibus uberrime solet exhibere, qui animo integro illum habere student Commendo me vre Pti que sit felix et incolumis

1520.

Sigis. i. Rex Pol.

Bone Regine Polonie.

SErma Princeps et domina, Mittimus ad inuisendam vale:
tudinem Mtis vre hunc Nunctium, quam plurimum ro:
gamus vt nos de illa facere velit certiores. Sciatqz q in
expediacione tormentorum nrorum ad terram hostilem commiseramus
prefectis cohortis illius vt Oppidum Qwidzin cum Arce
et Eccliã munitissima, et que Sedes est Epatus Pomesa:
nien. fuitqz magno, impedimento in hiis terris nris, vt pote
qua iter erat nris hominibus ad Exercitum et alia loca
dicionis nre, primum adorirentur, et de ipsis tormentis
periculum facerent, quo vbi applicarunt, inuenerunt qz relucta:
tes et defendentes se acriter Oppidanos, et Nobiles illic
collocatos, eos vno die vi tormentorum expugnarunt et
ceperunt. vnde non dubitamus et reliquas Arces et
Ciuitates tormentis ipsis facile expugnatum iri. Nos
amori Mtis vre ex animo commendamus que sit felix
et incolumis

1520

S. Rex. P.

Joanni Boner Consuli Burg. Zup. Crac.

Generose fidelis dilecte. Mittentes hinc tormenta nra maiora ad Exercitum nrm qui est in obsidione castri Et oppidi holland. commiseramus prefectis copiarum nrarum quas cum eisdem tormentis misimus vt circa Quidzin oppidum Epi Pomesanien aliquantulum subsisterent, et si illud capere possent tentarent, qui sequuti mandata nra. accedentes ad hoc ipsum Oppidum Quidzin, vno die illud vna cum Castro ceperunt, optimum autem seruicium nobis fecerunt tormenta nra predicta, globi cum ex eis emissi tres muros penetrabant, quare tam violenta et alias non visa homines perterriti subito se dediderunt. verum triginta vasa pulueris illo die sunt absumpta et tantum decem octo vasa illius remanserunt. Itaque perpendas quod necessarij sunt nobis multi pulueres ad hec ipsa tormenta. et quia scimus non posse illos istic breui tempore in tam magna copia confici, quanta est nobis necessaria, Scripsimus Ciuibus Wratislauien. postulantes ab eis vt nobis pulueres quos certo credimus illos paratos et sufficien habere pro nra pecunia mittantur ad presentem necessitatem. Speramusque id illos nra causa esse facturos, tibi vero mandamus vt quam primum ad illos cum nris lris et pecunia Nuncium tuum mittas, et eos rogari facias. vt si fieri potest certum centenarios pulueris nobis vendant, et credant se nobis in hoc rem admodum gratam facturos, quam illis beniuolencia nra regia semper referemus Quicquid ante

eius ipsius pulueris ab illis habueris. id nobis primum huc trasmittas vna cum eo puluere qui istic fit. quem volumus vt sine intermissione et cum diligencia fieri facias. nā sine illo omnis nostra actio et rerum successus multu retardabitur. Ceterum iam prope desunt nobis species et aromata ad Coquinam nrām necessaria. Itaq mittas nobis illa. que sufficiant ad vnum quartale anni. facturi predicta omnia pro grā nrā. Dat

1520

Sigismund I.s Rex Pol.
Iob Epō Pomesanieñ. dicionis Cruciigerorum

R:de in Chrō pr Sincere nobis dilecte. Scribit nobis vrā. Ptas. se ad dominum Magrm pro eo quod egritudine subita correptus sit. cupere proficisci nobis vt id ad presens faciat non videtur. sed cum ad eam rem satis adhuc temporis esse potest Ptas vrā interim quo clarius de ipsa egritudine domini Mgri cognouerit nos faciat cerciores et bene Valeat Dat

1520

Sigismundus. I. Rex Pol
Jobo Epo Pomezaniensi

Rde in Chro pr nobis Sincere dilecte. Reddite
sunt nobis lre vre Ptis quibus commemorat suam in
nos fidem Et obseruanciam Non ignorat vra Ptas
qm benigne nos semper erga illam gesserimus, cum non
vulgari testimonio nre erga eam, beniuolencie. qmqz ar:
cte, pacem illam perpetuam, in omnibus eius conditionibus
obseruauimus. Quomodo autem ea ipsa pax, ab illis
a quibus debuit, erga nos, et subiectos nros, obseruata
fuerit, id, toto pene orbi, notum esse putamus, nedum
Pti vre, cuius fere in conspectu hec omnia fiebant. Pos:
tea vero qm tot iniuriis lacessiti, totqz querelis et clamo:
ribus subiectorum nrorum permoti Exercitum nrm, ad
arcendam vim et iniurias propulsandas, istuc misissemus,
erat ei iter per ditionem Ptis vre. quo in tempore
si ipsa amico et non hostili animo se erga nros gessisset,
prouisum fuisset, a prefecto Copiarum nrarum, ne quam ia:
cturam rerum Ecclesie sue, passa fuisset. nunc si par pari
relatum est, sibi ipsi imputet Ptas vra et non nobis.
qui, quominus, quicqz atrox, aut seuum, faceremus. semper
studiose cauimus. Quod vero ad violationem Ecclíar
attinet, sciat Ptas vra nunq id nos velle. quin seuere
prohibuisse ne Sacro Sancte Ecclesie, et res diuine, quo:
quo modo violarentur. Nec dubitamus. quin, si quispia
militum. qui talia patraret, deferretur. aut si de cuiuspia
eiusmodi malefitio, plane constaret, debito supplicio, a
prefectis nris; in tales esset animaduersum. Non enim sumus

hii, qui nra tuendo, Sacrosancte religioni Chriane ali:
quid detrimenti inferre velimus. qui iam ab initio Prī:
cipatus nri; cum infidelibus, et Scismaticis, hostibus,
fidei Chriane et impiis, bellum gerere non intermittiq
eosq nonsolum a nris finibus. sed ab aliis etiam vici:
nis dominiis arcemus. et propulsamus. Qui in eorum
amicos et confederatos, a nobis, grauius aut inimicius
quicq tentatur, vel constituitur. digni veniam, ab om:
nibus Chrianam fidem profitentibus, iudicabimur. qui
magis ob publicam Christianitatis causam, qui propter
priuatam iniuriam, pia arma sumsimus. bene valeat
vra Ptas. Dat Cornuii feria tercia proxima post
dominicam Oculi Anno domini M°. D°. XX°
regni nri, Anno Quartodecimo

Rme in Chro pr nobis, Sincere dilecte. Reddite
sunt nobis lre vre Ptis quibus commemorat suam
in nos fidem et obseruantiam. et q iuxta pacis perpetue
federa ipsa esse deberet cum sua Eclia sub tutela et
protectione nra, qua tamen non obstante nullis suis pce:
dentibus demeritis milites nros Arces Oppida et
fortunas suas inuasisse et occupasse. duriorag adhuc con:
tra illam et eius Ecclesiam moliri velle. Non igno:
rat vra Ptas q benigne nos semper erga illam ges:
serimus, cum non vulgari testimonio nre erga eam be:
niuolencie quicumq arcte pacem illam perpetuam in om:
nibus eius condicionibus obseruauimus, Quomodo
autem ea ipsa pax ab illis a quibus debuit erga nos

Subiectos nos observata fuerit. Id toto pene orbi notum esse putamus nedum Ptti vre cuius fere in conspectu hec omnia fiebant. Postea vero q tot iniuriis lacessiti totisq querelis et clamoribus subiectorum nrorum permoti Exercitum nrm ad arcendam vim et iniurias propulsandas isthuc misissemus erat ei iter per ditionem Ptis vre, quo in tempore si ipsa amico et non hostili animo, se erga nros gessisset, prouisum fuisset a Prefecto Copiarum nrarum, nequam iacturam rerum Ecclesie sue passa fuisset, Nunc si par pari relatum est sibi ipsi imputet Ptas vra et non nobis qui quominus quicq atrox aut seuum faceremus semper studiose cauimus. Quod vero ad violatione Ecclesiarum attinet. Sciat Ptas vra nunquam nos id velle quin seuere prohibuisse, ne Sacrosancte Ecce et res diuine, quoquomodo violarentur Nec dubitaq Quin si quispiam Militum qui talia patraret deferretur, aut si deprehensum eiusmodi malefitio plane constaret. debitto supplicio a prefectis nris in tales esset animaduersum, Non n. sumus hi, qui nra tuendo Sacrosancte religioni Chriane aliquid detrimenti inferri velimus. qui iam ab initio Principatus nri, cum infidelibus et Scismaticis hostibus fidei Chriane et impiis bellum gerere non intermittimus eosq non solum a nris finibus sed ab aliis etiam vicinis dominiis arcemus et propulsamus Qsi in eorum amicos et confederatos a nobis grauius aut inimicius quicq tentatur, vel constituitur digni venia ab omnibus Chrianam fide profitentibus iudicabimur qui magis ob publicam Chrianitatis causam q propter priuatam iniuriam pia arma sumsimus bene valeat vra Ptas Dat

Sigismundus primus Rex Polo(nie) Bone Regine Polonie.

Ser(enissi)ma Princeps. Magnas agimus et habemus gra(ti)as v(est)re M(aiesta)ti q(uod) nos l(itte)ris et Nunctius suis frequenter in: visere non pretermittit, deq(ue) sua et communis filie n(ost)re valetudine reddit certiores, de qua iucundissimum est nobis semper audire. Retinuimus ad hoc tempus hunc Cubicularium v(est)re M(aiesta)tis volentes illi per eum significa: re aliquos letus successus exercitus n(ost)ri. q(uonia)m tamen hac: tenus Castrum et Oppidum ~~nam~~ Holanth capere non potuit, propter defectum tormentorum et Machinarum maiorum quibus muri demoliri solent, breui tamen illas huc ad eum mittemus, speramusq(ue) omnia nobis feliciter cessura. Ad Preposituram Woimcen(sem) que va: cauit post mortem olim Doctoris Michaelis Parisien(sis), J quam dari petebat M(aies)tas v(est)ra Capellano suo, institutus est iam Venerabilis Andreas Costka phizicus n(oste)r, Impetrauerat enim illi a nobis M(aies)tas v(est)ra gratiam de primo Sacerdotio Juris patronatus n(ost)ri, vbicumq(ue) in Dioces(i) Cracouien(si) vacaturo, vigore cuius gratie ille dictam Preposituram acceptauit, et proinde Capellanus v(est)re M(aiesta)tis expectabit aliam vacationem. Nos gra(tia) Dei bene ac recte hic valemus et vt v(est)ra quoq(ue) M(aies)tas prospera semper ac inoffensa vtatur valetudine mag: nopere desideramus. Cuius mutuo ac indiuiduo amori nos commendamus Dat(um) Thorunii

300.

Petrus Tomicius Eps
Joanni Boner. Zuppario etc.

Generose domine, fautor et amice honoran. Jam pedites non pauci huc appulerunt, equites vero adhuc non adsunt quo fit, ut retardetur missio tormentorum et Machinarum maiorum ad Exercitum, sine quibus Hollanth nequaquam capi poterit, etiam certe satis multe occasiones rei bene gerende sunt neglecte per tam diuturnam obsidionem Hollandi. Illustres Principes Fridericus et Georgius Duces Saxonie, ac etiam dominus Joachimus Marchio Brandeburgen. rescripserunt Mti regie se plurimum dolere inter illam et Mgrm Prussie ad arma ventum esse, vellentque propterea se mittere ad Mtem suam suos insignes Oratores qui hoc bellum sistant, et controversiam omnem bonis ac honestis mediis componant. Ego iam melius in dies valere incipio videorque iam a febre quasi mundus et liberatus esse, superest tamen adhuc lassitudo quedam, et totius corporis debilitas, sed et hec spero in domino Deo cito abibit. Me vre. D. plurimum Commendo et valere illam felicissime desidero

Sigismundus I. Rex Polonie Capitaneis Russie: vt eant ad Conventum Leopol. et cu alijs consulant.

Generose fidelis dilecte. Quamuis iam pro defenssione terrarum istarum Russie susceperimus milites mercenarios iuxta constitutionem Conuentus generalis Thorunen nouissimi, tamen consuli et prouideri volentes qualiter ipsi milites stipendarij et victum habeant necessarium, et possint ingruente vi hostili auxilio aliquo fulciri Statuimus Conuentum Leopolien feria tercia proxima post dominicam Conductus Pasche, pro vniuersis Capitaneis earundem terrarum Russie, volumusque et mandamus tue F. vt ad eundem Conuentum pro loco et tempore designato proficiscatur, de rebusque predictis, ac alijs necessitatibus reipublice, que per Nunctium nrm in dicto Conuentu Leopolien proponentur vna cum alijs Capitaneis et Consiliarijs nris simul congregandis consulat, et ea omnia que illic consulta et constituta fuerint exequatur pro debito officij sui et gratia nra aliter non factur. Dat. Thorunij Sabbato proximo ante Dominicam Letare Anno domini M°. D°. XX Regni nri Quartodecimo

S. Rex. P.

Nunctio ad legationem designato

Generose fidelis dilecte. Instituimus Conuentum pro vniuersis Capitaneis terrarum Russie Leopoli feria tercia proxima post Dominicam Conductus Pasche. ad quem cognitam habentes, tuam industriam, et diligentiam, te Nunctium designauimus. volumusque vt ad eundem Conuentum Leopolien pro tempore designato proficiscaris, et mandata nra iuxta instructionem nram quam tibi mittimus exponas pro gra nra Dat.

Creden

Vniuersis et singulis Consiliariis nris et Capitaneis terrarum nrarum Russie in Conuentu Leopolien congregatis Sincere nobis et fidelibus dilectis. gratiam regiam. Mittimus in medium vri Generosum Smiotanka Aulicum nrm cui commisimus pntes istarum terrarum Russie et reipublice necessitates, et voluntatem nram de illis vobis referre. Quare mandamus vobis vt ei plenam fidem adhibeatis et ea que nostro nomine referet exequi curetis debitum vrm et nobis rem gratam facturi Dat.

Legatio a rege ad Conuentum Leopoliensem.

Quoniam rumores frequentes ab exploratoribus nris ceterisq subditis nris, in Confinijs Dominiorum nrorum consistentibus nobis deferuntur, certificantes, Scitas hoc solertissimum latrocinandi genus propediem in Dominia regni nri incursiones facere debere, illasq captiuitatibus et incendijs afficere et hostiliter perturbare.

Volentes igitur propositum eorum propulsare ac potencia tanta domino adiuuante, aut deprimere, aut saltem pellere, iuxta ordinationem Conuentus Thorunen' proxime celebrati militum certum numerum peccunijs nris pro necessitate defenssionis terrarum Russie suscepimus et iam illos conscribere mandauimus, vt Exercitus ipse iam hosti Scitico pro defenssione istarum terrarum resisteret. sub eo presertim tempore quando nos in terras Prussie, cum alio Exercitu, hoc felici instituto preuenti sumus

Sed quia Exercitus iste vt premittitur susceptus hostili potencie tanq inualidior at in viribus debilior, resistere poterit nequaq, sub eo itaq tempore breuiori omnes vos Capitaneos in vnum locum conuenire mandauimus vbi conuenientes, et de presidijs futuris Exercitus, et de precustodiendis hominibus modos certos adinuenietis, et discussos adinuicem exequeremini. Sed quia milites propter graminum defectum, antequa ad campum exibunt, necessaria victus habere non poterunt Cauentes itaq ne exinde ad damna in equis eorum deueniremus, eo modo prout in Belzen' Capitaneatu

factum est, per vos ordinari volumus. vt inter Capitaneos vros eosdem divideretis, quod sine oppressione subditorum nrorum necessaria victus habere possunt.

Mandamus itaq vobis Capitaneis in Conventione ista constitutis pro debito officiorum vrorum, vos vero Tenutarios bonorum nrorum requirimus, vt pro virtute atq amore reipublice hic constituti iam de auxiliis futuris Exercitus nri. hominibusq precustodiendis mutuo cum tractan. atq caute discucien. presidiis ipsis finem imponeretis et id prout conclusum fuerit ad executionem deducatis

Verum quidem hoste dominia nra peragrante propter negligentiam ~~delatorum~~ speculatorum. neq homines precustodiuntur neq Capitanei, aut Nobiles qui ad exercitum currere deberent, et vellent, tempestiue auisantur. vt itaq certus modus inueniretur, vos requirimus et hortamur q habita super eo mutua intelligentia adinuicem decernatis et concludatis. quo pacto vnus Capitaneus alteri sine intermissione scitum de hoste daret. soliusq ad exercitum occurreret

Quod dum ad presentem adhortacionem nram inter eas difficultates quibus preuenti sumus feceritis. id omnibus et cuilibet vestrum gratia nra compensare curabimus

S. I. Rex. P.

Optimatibus in Russia

Magnifici nobis Sincere dilecti Etsi non libenter indi:
cere soleamus priuatos Conuentus, qui plerumque pertur:
bacionis plus in re publica quam commodi aferre solent.
Quia tamen ita visum est vris S. vt Conuentum
Leopoli indicamus, Et ad eum omnes Capitaneos ter:
rarum Russie, conuenire faciamus, acquieuimus illarum
consilio, eundemque Conuentum pro feria tercia proxima
post Dominicam Conductus Pasche statuimus. Nam
ad illum agendum, diem per vras S. designatam
non putauimus esse satis commodum propter temporis
angustiam, mittimusque lras nras ad Capitaneos ter:
rarum Russie et Lublinen in manus vrarum S. quas
~~ille~~ tempestiue ad illos perferri faciant, vt nemo post:
hac ignorantiam pretendere, et se excusare possit. Mit:
timus etiam lras credituas in personam Smiotanka
vt ille mandata nra in predicto Conuentu Leopolien
exponat iuxta consilium et Instructionem vrarum
S. que nobis bene placet. De exploratoribus seruan:
dis cum Jacobus Struss tenere debet custodiam ita
vt vris S. visum fuit. volumus vt seruet idem
et exploratores Nam hec duo officia semper fuerunt
indiuisa et id quod aliis dabatur pro impensa ad
eosdem exploratores seruandos, id etiam illi dari fa:
ciemus. Et vras S. bene valere optamus Dat

1520.

Constitutiones Et Decreta Conuentus Leopoliensis

Sigismundus primus Rex Polo[nie]

Significamus tenore presentium vniuersis. Quia licet pro defenssione terrarum nrarum Russie susceperimus milites mercenarios iuxta constitutionem Conuentus generalis Tornnen[sis] nouissimi. tamen consuli et prouideri volentes qual[iter] ipsi milites stipendarii, et victum habeant necessarium, et possint ingruente vi hostili, aliquo auxilio fulciri, Statueramus Conuentum Leopoli, feria tercia post dominicam Conductus Pasche proxime preteritam, in quo nonnulli Consiliarii nri, simul cum Capitaneis terrarum Russie et Podolie conuenien[tes], de communi consilio et consensu suo has infrascriptas constitutiones seu articulos pro conseruatione militum pro presidiis et defensione predictarum terrarum susceptorum ediderunt ad nos[que] sub Sigillis suis inscriptis transmiserunt sub huiusmodi tenore

Imprimis consultum est vt Mag[nificus] Vicecampiductor homines septingentes locaret in terris Podolie cum Generoso Joanne Thworowski Castellano Camenecen[si] prefecto seu Ductore militum nrorum, Cui Capitanei illarum terrarum videlicet Camenecen[sis] et Chmielnicen[sis] cum toto suo Commitatu, ac Nobilibus et plebeis quos ipsi educere poterint debebunt ferre presidium tempore leuius incursionis hostilis, ad quod faciendum etiam Illu[stri]s Dux Constantinus per Vicecampiductorem exhortabitur. vt similiter habita cum dictis militibus mutua intelligentia auxilium et suppetias illis contra leuem insultum hostilem prebeat. Significabitur etiam d[omi]no

Palatino Moldauie per Vicecampiductorem q prestiterit illi imminente terris suis hostili impetu, cum militibus et alijs gentibus nris in subsidium accurrere dum: modo ipse pari vicissitudine terris etiam nris, hostibus in illas irrumpere volentibus auxilio suo adesse non negligat.

Item Vicecampiductor in propria persona debet Castra: Metan. cum reliquis militibus, peditibus, et Bombar: dis inter Castra Oleszko et Zaloszcze. tunc in loco tutiori et comodiori contra subitam et inopinatam incur: sionem hostium, nec procul ab alijs militibus prima: rijs in terris Podolie cum prefato Joanne Thworowski collocatis distante, cum quibus necessitate vrgente die tercia vel quarta ad summum, conuenire poterunt, et mu: tua sibi auxilia ferre.

Item Vicecampiductor qprimum edocebitur de hoste venturo per Generosum Jacobum Struss cui exploratio seu custodia hostium et speculatorum expeditio est commissa, debet incontinenti id quod de hostibus audierit, certio: res reddere per speciales suos Nunctios, Magcos Pa: latinos Russie generalem in Halycz Andream de Thenczin Palatinum Lublinen in Bels, Et Marszalcu regni Capitaneum Leopolien in Leopoli, qui alijs Ca: pitaneis vicinis aduentum ipsorum hostium notifficare debebunt. Et subinde quilibet Capitaneus alteri sibi vicino per lras suas id facere nequaquam negligat quo reliqui subditi nri de hostium incursione tempestiue admoniti eorum manus euadant, et bona sua mobilia ad loca tutiora deportent, Capitanei vero qui presen: tes erunt in personis suis, cum quibus poterint accurrere

ad exercitum pro auxilio prestando iuxta suas facultates.

Interea vero temporis quo hostis ab incursione facienda in predictas terras se continebit, omnes et singuli Capitanei earundem terrarum, vel eorum vicegerentes, commonefacient homines sui Capitaneatus, illisque iniungent vt vnusquisque qualia poterit iuxta facultatem suam arma sibi preparet, vt hoste adueniente habeat in promptu, quo se et loca presidiorum suorum tueatur.

Item Milites mercenarij seruabuntur distributi in locis distributis competentibus Capitaneatus cuiusuis et presertim cum campestraliter iacere non deberent, vbi mixta laudum commune terrestre. victum conuenientem habebunt, et damna deinceps hominibus non inferent

Que omnia et singula premissa in omnibus punctis et articulis rata et grata habentes approbauimus et confirmauimus approbamusque et confirmamus ac firma esse volumus per presentes Mandan[tes] vniuersis et singulis dignitarijs Capitaneis et Officialibus in terris Russie et Podolie existentibus, quorum interest vt prescriptas constitutiones seu articulos obseruetis, ac debite executioni diligenter demandetis pro conseruatione et communi pace earundem terrarum, ac debito vro ac gra nra aliter non facturi Dat[um] in Ciuitate nra Thorunen[si], ipso die sancti Vitalis Anno domini M°. D°. XX°. Regni nostri Anno Quartodecimo

SIgismundus .1. Rex . P
Capitaneis infrascriptis .

Ad Lublinen'
Leopolien'
Strien'
Zidaczouien'
Samborien'
Przemislien'
Grodecen'
Belzen'
Chelmen'
Rathnen'
Crasnostauien'
Drohobicen'
Buscen'
Halicien'
Colomen'
Camenecen'
Trebowlien'
Chmielnicen'

GEnerose fidelis dilecte. Non est incognitum tue F. graue et durum bellum hic in Prussia cum pertinaci hoste gerimus. nolentes auferri a nobis et regno nrõ ea que predecessores nri multo impendio labore et Sanguine quesierunt Quia vero intelleximus Tartaros parare se ad irruptionem et damnum in terris nris hoc tempore faciendum, quibus si magna vi incurrerent, milites nri pro presidiis istarum terrarum collocati, resistere non possent. volentes igitur Exercitum eorundem militum alio oportuno auxilio contra magnam vim ipsorum Thartarorum fulciri, et prouidere ne ex illorum incursione resp: ulla ullum capiat detrimentum: Mandamus tue F. vt mox visis presentibus agat cum Nobilibus vniuersis Capitaneatus sui, et propositis illis periculis imminentibus, eos pulchris et compositis verbis inducat, vt ingruente hostili impetu ad eum retundendum amore reipublice ad tuam F. armati accurrant cum eaque simul ad Vicecampiductorem regni nri, Magcum Martinum de Camieniecz Palatinum Podolie Sincere nobis dilectum proficiscantur hostilem conatum cum eodem Magnifico Pala:

676

tino et alijs gentibus nostris cum illo congregatis, Dei auxilio repressuri, quod nos tam tue F. quam illis omnibus Nobilibus, et alijs qui hoc seruitium nobis et reipublice exhibere non grauabuntur gra' et fauore nro' Regio referre curabimus pro debito officii sui et gra' nra' tua F. aliter non factura Datum Thorunii ipso die Beatorum Petri et Pauli Apostolorum Anno domini 1520. Regni nostri Quartodecimo

Inhibicio regia ne res e polonia importentur in Prussiam Ne mala moneta Magistri recipiatur. Caueantur incendia a Cruciferis subornata: Ne milites extrani permittant ire ad Magistrum.

SIGISMUNDUS REX POL.

Vniversis et Singulis Ecclesiasticis et Secularibus Consiliariis terrarum nostrarum Prussie. Reuerendis in Christo patribus Dominis Episcopis ac Magnificis Generosis Nobilibus Famatis et prouidis Palatinis. Castellanis Capitaneis Tenutariis, terrigenis Nobilibus. Officialibus et eorum vices gerentibus Ciuitatumque et Oppidorum tam nostrorum quam quorumcunque subditorum nostrorum Magistris Ciuium Consulibusque ac communitatibus et generaliter omnibus subditis Spiritualibus et Secularibus, cuiuscunque status conditionis et preminentie existentibus, in regno et Dominiis nostris vbilibet constitutis, Sincere et fidelibus dilectis gratiam Regiam. Sincere et fideles dilecti. Non incognitum est vobis nos ex decreto Conuentus generalis Cracouiensis proxime preteriti inhibitionem per vniuersum regnum et Dominia nostra fecisse, ne ex illis per quempiam vlle res vel merces in terram domini Magistri, et eius Ordinis Cruciferorum ducerentur, aut importarentur id quod iam pridem per alias literas nostras ad vestram noticiam deduximus. Quia vero certo edocti sumus, quod non obstante huiusmodi inhibitione, quidam ex vobis habere debeant et exercere secreto, comertia et negotiaciones cum subditis ipsius Magistri que res esset nobis valde molesta, et nequaquam ferenda. Ideo iterum vobis et cuilibet vestrum districte mandamus, vt huiusmodi inhibitionem nostram firmiter et inuiolabiliter obseruetis, nullasque res et merces sub pena capitis ac ammissione et confiscatione omnium bonorum vestrorum in terram Magistri predicti inuehere quocunque modo, nec cum eius

subditis aliquas negociaciones exercere presumatis, neque id
permittatis, nec aliquis vestrum permittat. Et quia etiam ad
nostram noticiam deductum est Magistrum ipsum hostem nostrum cu:
disse. et hactenus cudere monetam grossorum sub signis suis
et non paruam eius summam in prouincias regni et Dominiorum
nostrorum emisisse, cum magno detrimento nostro, et subditorum
nostrorum. Idcirco eandem monetam grossorum prefati Magistri
quam ipse cudi fecit, e Regno et terris nostris Prussie aliisque
Dominijs nostris banniendam et reijciendam duximus, ac ban:
nitum et eiectam esse tenore presentium declaramus, illamque tam
publice quam occulte recipi in terris et dominijs nostris inhibe:
mus. sub penis nostris Regalibus et ammissione eiusdem monete.

Ceterum cognouimus ex nostris exploratoribus, quod prefatus Magister
hostis noster multos incendiarios occultos conduxerit, vt Ci:
uitates Arces Oppida et villas nostras subditorumque nos:
trorum clam incenderent et cremarent. Quo circa vobis
vniuersis et presertim locorum Capitaneis, et eorum vices ge:
rentibus committimus presentibus mandantes quatenus in omnibus
Ciuitatibus et Oppidis ac Villis in Capitaneatibus vestris
existentibus diligenter prouideatis et prouideri faciatis,
ne quod procul dominus Deus auertat per huiusmodi occul:
tas et Christiano Principe indignas machinationes hostis
ipse noster voti compos efficiatur in eisdemque locis et circa eorum
Ecclesias Parochiales diebus festis ac foris publicis per
publicas proclamationes denunciari faciatis, vt omnes
et singuli subditi nostri, aquam hamos, secures aliaque instru:
menta arcendam ~~vim~~ et repellendam vim ignis vbi accide:
rit habeant, ac ab inferendis et inducendis rebus quibus:
cumque in terram ordinis et cum subditis ipsius negotiacioni:
bus exercendis, et a receptione monete predicte grossorum,
quam ipse Magister modernus hostis noster cudi fecit omnino caueat.
Nam si quis ausu temerario huic edicto nostro contrauenire
presumpserit, penas supra descriptas se nouerit incursurum.

Insuper prouidere volentes, ne aliqui homines seu milites
bini et bini aut trini, vel in aliquo alio numero minus no:

notabili, ad Mgrm ipsum hostem nrm vndecunqz per Ciuita-
tes et Oppida aliaqz loca Regni nri sensim et furtim penetret
volumus et mandamus vobis, vt in portis Ciuitatum et
oppidorum ac in locis que fines Dominiorum nrorum et alio-
rum viciniarum disterminent, et claudunt ingressum et
exitum cuiuslibet ignoti et externi obseruari, et vnde, qua
ve de causa appulerit, ac de conditione, statu, et negotiis
ipsius diligenter inquiri faciatis et si ex precedentibus vllis
Indiciis quempiam suspectum vel partium esse Mgri, aut
ad illum proficisci intellexeritis hunc detineri et ad Capi-
taneum loci deduci faciatis Facturi pro debito officii vri
et gratia nra Dat Thorunii die sancti Valentini
Anno domini M° . D . XX° Regni nri
Anno Quatuordecimo

Litere Restium misse ad terras Culmen Marienburgen et pomeranie.

Sigismundus Rex P.

Vniuersis et Singulis dignitariis et officialibus ac Nobili-
bus, ceterisqz subditis nris terras nras Prussie et pre-
sertim terram Culmen Pomeran Marienburgen et districtum inco-
lentibus de iure et consuetudine ad expeditionem belli-
cam obligatis fidelibus nris dilectis gratiam regiam Ge-
nerosi et Nobiles fideles dilecti. Cum summa necessi-
tate impulsi coacti sumus contra Mgrm Prussie, et eius Ordinem
bellum mouere, iamqz ad expugnandas eiusdem ordinis
terras, milites nros mercenarios direximus, prouidere vo-
lentes ne terras nras per elongationem ipsorum militum
nrorum ab illis presidiis vacuas relinqueremus has
pntes lras in vim primarum secundarum et vltimarum
restium mittimus, quibus vobis vniuersis et singulatim
vnicuiqz vrm mandamus vt visis illis non expectatis

aliis terris nris sub ammissione bonorum vrorum statim
arma capiatis et quilibet vrm capiat ac ad feriam quinta
proxime venturā ante octauam Sanctorum trium Regū
in oppido Radzin bene armati compareatis et ad Pa:
latinum vrm Culmen Magnificum Joannem de Lusi:
anis Sincere nobis dilectum omnino illic conueniatis ad
alium postea locum quem vobis idem Magcus Palatinus
Culmen designabit profecturi et hostilem impetum si quis
ingruerit cum Dei auxilio fortiter repressuri et ne
quispiam vrm de hoc mandato nro aliquam ignorātiā
suam pretendat volumus vt vnus ad alium viciniore
pntes lrās cum illas perlegerit transmittat, vltimus
vero easdem prefato Magco Palatino Culmen repre:
sentet. simili, sub ammissione bonorum suorum aliter face:
re non ausur. Dat Thorunij Sabato post festum
Sanctorum trium Regum Anno domini 1520
Regni nri Anno tredecimo

S. i. REX. P.

Joanni de Lusianis Palato Culmen
Joanni Turek Rotmagistro

Magce et Generose Sincere et fidelis dilecti. Miramur
plurimum. quod Nobilitas terre Culmen est adeo inermis et
male parata ad resistendum hosti cum nos illam sepius ad:
monuerimus prout et alios subditos harum terrarum, vt
bene se armis et equis instruerent ad omnem necessitatem
euenientem. Quia vero non licet fines nros absque presi:
diis debitis relinquere, ne hostes impetum facientes. late
omnia ferro et igne vastarent. volumus vt S. vre eandem
Nobilitatem qualiscumque est collocarent in Castris finitimis
vt ibi maneat cum equis suis quo facilius ad omnem impetū
hostilem reprimendum concurrere simul possit./ collocabunt
autem eandem Nobilitatem ita vt melius nouerint pro:

uiso hoc · vt quisque illorum necessaria habere possit pro
se et equis suis in Castro ad quod deputabitur, et cum neces:
sitas ingruerit · presto omnes sint et non permittant vt hostes
damna faciant in bonis suis et aliorum subditorum nostrorum
facture eedem S. vre pro officio suo et gra nra Datum

S. Rex . P.
Joanni Bonero Burgr° Zupparto etc Crac

Generose fidelis dilecte. Mittimus ad te Generosum Petrum
Zagaiewski Capitaneum nrm Nieszewien quem volumus
vt posthabita omni mora cum tormentis nris maioribus et pul:
ueribus ad nos remittas eique curam eorundem tormentorum
et vectorum qui illa ducent committas / Dedimus ei hic pro ex:
pensis decem marcas pecuniarum, tu vero dabis ei istic pe:
cuniam qua prouidebit in itinere expensis vectores et eorum
equos / Cum autem summopere cupiamus vt prefata tormenta
celerius opinione huc adducantur, volumus vt conducas
istic viginti pedites · seu rusticos qui vadant cum eis vsque
huc, eaque per loca difficilia vt sunt pontes. vada pa:
ludes traducant · quo sine omni impedimento et difficultate
transuehi vbique possint et cum tali apparatu ea ipsa tor:
menta expedias quem nosti necessarium esse et de quo
prioribus lris nris tibi abunde perscripsimus. Inter alia
autem prouideas vt sint equi sufficientes. Sit etiam faber
Lignarius qui facile si quid frangeretur in vehiculis seu cur:
ribus · reformare sciet et possit · Ceterum cum sint nobis
plures milites mercenarii hic necessarij · misimus pro illis
conducendis in Bohemiam Proczek paruum · commisimusque
illi · vt quadringentos equites bene armatos et sex centos
pedites nobis illinc educat · et a te pecuniam qua illis

684

pro expeditione est daturus, istic accipiat, postq igitur
veniet ad te is ipse Proczek sive solus sive cum Rothma:
gistris quos conducet. volumus et mandamus tibi. vt
in singulum equitem des quinq florenos in moneta quemli:
bet florenum viginti octo grossos computan. et in singulu
peditem tres florenos similiter per viginti octo grossos
computatos. Interim vero accipias pecuniam nram a
Generoso Achatio Jordan Theloneatore nro Crac
et Sandomirien, quam ex Theloneis nris collectam habet
et eam in milites predictos modo premisso distribuas
Quodsi Rotmagistri istuc soli non venirent ad accipien:
dam pecuniam, sed forte vellent vt eis in Bohemiam af:
ferretur fac vt eam des ipsi Proczek in quadringentos
~~pedites~~ equites vt duximus et sexcentos pedites, secundum cal:
culum predictum. et id facias sine omni difficultate et
retardacione ne qua mora intercidat in nris et Reipnce
negociis / Rothmagri peditum habebunt etiam equos
suos quisq illorum tres aut quatuor prout id Proczek
in Schedula descriptum habet. quibus in singulum eqm
dabis tantum quantum aliis equitibus. hoc est in singulu
eqm per quinq florenos per viginti octo grossos com:
putatos Dat

S. Rex P.
Gdanensibus.

Famati fideles dilecti. Accepimus lras vras quibus nobis gratulam eos successus quos dominus Deus prebet Exercitui nro intelleximusqz consilium vrm quod ad Civitates Kinsberg et Brunsberg attinet, / de conflictu isto nrorum nondum aliquid est nobis per Campiductore nrm significatum. miramurqz valde et suspicamur nun:cium esse interceptum, de consilio vro edocebimus ipm Campiductorem qualr se gerere debet, nam illud nobis consultum et utile videtur. hortamurqz vos ut que adue expedire rebus nris intelligetis ea ipsi Campiductori sug:geratis / providentes ne lre intercipiantur. nam ille iam vo:bis propinquior erit quam nobis. intelligentes vero nos diminui oportere exercitum ad presidia locorum que in dicionem nram veniunt. misimus celerrime pro hominibus tam ad Regnum nrm quam eciam ad Bohemiam et Mora:viam, pro tormentis eciam maioribus misimus, que propedie nobis adducentur, nihilqz pretermittimus quo negocium hoc recte conficiatur. Ad dominum Ducem Pomeranie misimus Nuncium Generosum Raphaelem de Leschno Capitaneu Slochovien, declarando causam nram et q eius belli nos non sumus auctores et Principium, itidem Summo Pon:tifici, et aliis vicinis Principibus significavimus. vos quic:quid potestis opere prestare quo res bene succedant, et subditi Magri ad nos desciscant, utqz custodia fiat ne qd ex Dacia difficultatis accidat id pro industria et fide vra facere curetis. nosqz cautissime de omnibus certiores reddere non negligatis. quod nobis gra vra cumulatissie referremus Torunii

1520

Sigismundus primus Rex Polo[nie] Bone regine Polonie

Ser[enissi]ma Princeps et domina Coniunx n[ost]ra char[issi]ma
hesterno die significatum est nobis ab Exercitu n[ost]ro,
captum esse per n[ost]ros Oppidum et Arcem Morunk
et hodie nobis Gdanenses scripserunt conflictum esse fac:
tum inter n[ost]ros et M[a]g[ist]ri homines, n[ost]rosq[ue] victores exti:
tisse, totoq[ue] isto die expectauimus de hac re cerciores
fieri a Capitaneo n[ost]ro, non habita tamen ab illo cercior[e]
significatione, et hoc nuncio nostro discedente id quicq[ui]d
in presens accepimus v[est]re M[aiesta]ti declarare volumus
cuius amori nos Commendamus et cupimus vt sit felix
sospes et incolumis Dat[um]

Leo p[a]p[a] X
Alberto Marchioni Brandeb[u]rg Magistro Crucigero[rum] in Prussia

Dilecte fili. Salutem et Apostolicam benedictionem
Mittimus ad partes istas Venerabilem fratrem Zacha:
riam Ep[iscopu]m Gardien[sem] Prelatum domesticum et refere:
darium Secretum Nunctium n[ost]r[u]m. sedulum imprimis
atq[ue] prudentem virum, pro nonnullis grauibus christiana[m]
fidem con[cer]nentibus negociis. cui nonnulla iniunximus,
tibi comonicanda, plenam ig[itu]r ei fidem in omnibus que n[ost]ro
nomine referet. non al[ite]r q[uam] si ea a nobis ipsis audires
eadem Nobilitas tua prestabit, ac ita geret in h[is] que ope:
ram auctoritatemq[ue] suam requiret. vt spei quam de ipsa

concepimus respondere, et coram Deo nobisque merito
valeat commendari Datum Rome apud San:
ctum Petrum Sub Annulo Piscatoris die xvi^{a}
Septembris Anno domini M^{o}. D^{o} xix^{o}
Pontificatus nostri Anno vii^{o}

Leo PP. X.

Zacharie Epo Gardien Prelato domestico
Et Referendario Secreto: nuncio nostro.

Venerabilis fr. Salutem et Apostolicam benedictionem. Cum singularem fidem ac industriam tuam pluribus experimentis notam perspectamque habeamus, ac speramus quod ea que tibi per nos commissa et iniuncta fuerint, omni studio ac diligentia perficere curabis, licet venerabilibus fratribus Archiepo Gnesnen ac Przemislien Epo per alias nras litteras iampridem commiserimus, ut de vita gestis ac miraculis beati Casimiri ex Regibus Polonie, quem char.mus in Chro filius nr Sigismundus Polonie Rex illustris, Canonizari, et in Sanctorum Cathalogum referri desiderat se diligenter informarent. ac omnia per eos inventa in processum facerent annotari eumque clausum ac eorum Sigillo munitum ad nos transmitterent, Nicholominus ad rei veritatem melius indagandum, fraternitati tue, quam ad partes ipas nrm et Aplice Sedis Nuncium destinamus, duximus committen ut de prefati Casimiri vita, gestis atque miraculis per eum dum viveret, ac post eius obitum factis diligentissime inquirat, plenamque de omnibus noticiam nobis referat, seu per suas lras significet, ut re mature ac diligenter cum venerabilibus fribus nostris S. R. E. Cardinalibus discussa, deliberare possimus an idem Cazimirus de quo multa predicantur, non propter natalium splendorem, ac Regum sanguinem, sed propter virtutes vitaeque Sanctimoniam sit dignus, qui in Cathalogum Sanctorum iure ac merito referatur. Dat. Rome apud Sanctum Petrum. sub annulo piscatoris die XV Septembris Anno domini M°. D°. XVIII Pontificatus nostri anno Septimo

Leo PP. X.

Joanni de Thedaldis consanguineo. Et nuncio suo

Dilecte fili. Salutem et Apostolicam benedictionem. Ex in:
structione quam Venerabili fri Zacharie Epo Gardien,
ad charissimum in Chro filium nrm Sigismundum Polonie
Regem Ill. Nuncio et Oratori nro fieri, et cuius copiam
tibi dari mandauimus, apertissime intelliges quid apud eunde
Regem fieri, et cum eo tractari velimus. Tu igitur qui na:
tionum illarum linguam calles, et locorum periciam tenes, mul:
tiplicique rerum experientia polles, iuxta prudenciam dexte:
ritatemque tibi a domino concessam dicto Zacharie Epo et
Nuncio, fideli consilio et opera assistes, amboque simul cura:
bitis ut desideria nra eum quem speramus iuuante domino
sorciantur effectum

Postquam igitur apud eundem Regem commissa vobis diligenter
executi fueritis, ipsique Regi visum fuerit, ut ad Ducem Mo:
schovie eius animi explorandi causa te conferas. Tu cum be:
nedictione nra iter suscipias, et ad dictum Ducem profici:
sceris. Quo cum perueneris ipsum debita cum Reuerentia
et humanitate alloqueris, nobisque de sancto eius orthodoxam
fidem agnoscendi, ac debitum nobis, et huic Sancte Sedi
obedientiam prestandi et cum dicto Sigismundo Rege per:
petuam pacem faciendi proposito, relatum fuisse dices, Nosque
propterea eidem Zacharie Epo et Nuncio mandasse, ut
si tali animo sit preditus ad eum se transferat, eique nram et
dicti regis mentem declaret. Si ergo ipsum Ducem circa
premissa bene dispositum esse. ac dictum Epm et Nuncium
libenter audire velle cognoueris, ab eo requires, ut de suffi:
cienti Saluo conductu, veniendi. Standi, ac redeundi, ipsi, eiusque
necessarie comitiue prouideat.

Qui si prefatum Ducem ad veram Christi fidem agnoscendam, obedientiamque nobis et dicte Sedi prestandam minime inclinatum esse, nec ab aliquo persuaderi posse intelliges, nichilominus efficere curabis, ut cum dicto Sigismundo Rege Indutias quas idem rex optaverit, et de quibus spetialem tibi commissionem dederit, ineat, quibus initis et peractis, reditum ad nos parabis, interimque nos de omnibus et singulis premissis certiores reddere non pretermites Dat. Rome apud sanctum Petrum Sub anulo piscatoris die secunda Novembris M.D.XIX° Pontificatus nri anno Septimo

Leo PP. X.

Legationis instructio

Zacharie Epo Gardien nuncio suo.

Venerabilis fr. Salutem et Apostolicam benedictionem. Novit fratas tua, quod neminem latere potest quo studio, quantaue diligentia studuerimus ac etiam procuraverimus ut pax universalis inter Chrianos omnes Reges ac Principes fieret, ad effectum, ut sancta, ac pernecessaria aduersus Chriani nominis hostes, expeditio alias per nos indicta per eosdem Chrianos Reges ac Principes unitis animis, Iunctisque viribus tandem una nobiscum summeretur, Cui Sanctissimo negocio indies magis intendentes, scientes charmi in Chro filii nri Sigismundi Polonie Regis Illis potenciam et vires admodum necessarias et opportunas esse, te ad eius Mtem pro dicte pacis, ac aliis nris et Aplice Sedis negociis tractandis et procurandis nostrum et Aplice Sedis Nuncium et Oratorem duximus cum benedictione domini destinandum, Sperantes fraternitatem tuam pro sua erga nos et dictam Sedem fide, ac deuocione necnon prudencia et integritate, omnia sibi per nos iniuncta

fideliter ac diligenter curaturam, et Secundum cor nostrum Juuante domino executuram fore

Volumus igitur, ac tibi mandamus, ut cum nostra benedictione recto itinere ad prefatum Regem pergas, ad quem, postea quam deo dante, perueneris, ac primo nostram benedictionem Maiestati sue nostro nomine nunciaueris, ei qua decet prudentia et dexteritate significabis
+ Ssombergus Monachus
nostre mentis fuisse, ut dilectus filius frater Nicolaus ad peragendum negocium inceptum ad eas partes rediret, nisi in nonnullis aliis nostris obsequiis eius opera indiguissemus, nosque nichil magis appetere et desiderare, quam ut quinquennales saltim inducie per nos inter omnes Christianos Reges et Principes indicte, et ab eis acceptate firmiter obseruentur, et dicta sancta expeditio summatur, Que licet obitu clare memorie Maximiliani in Imperatorem electi aliquantum impedita ac dilata fuisse uideatur: propter unanimem et concordem electionem de charissimo in Christo filio nostro Carolo Romanorum ac Hispaniarum Rege Catolico factam, speramus ac in domino confidimus, quod expeditio huiusmodi non diu admodum differetur, atque tardabitur. Cum presertim sciamus inter alios reges Christianos ac Principes, eundem Serenissimum Regem optime affectum atque dispositum esse, ut non solum ipse ad huiusmodi expeditionem se accingat, sed ad eam quoque charissimum filium nostrum Ludouicum Hungarie Regem Illustrem, cuius patruus et tutor existit continue disponere, et quoscunque alios reges, ac Principes inuitare non

Pretermittit //

// Cum sciamus autem prefatum Serenissimum Regem non solum potentia et uiribus multum prestare, sed et consilio ac prudentia excellere. Fraternitati tue committimus, ut ab eius Maiestate intelligas quam opinionem ac sententiam habeat super dicta expeditione sumenda, et que credat eidem expeditioni necessaria et opportuna fore, ut eum quem speramus et optamus effectum sortiri ualeat. Tandem Maiestatem suam certiorem faciendo, nos cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus omnia efficere et cogitare que ad huiusmodi expeditionem facere et conuenire credamus

Et quia intelleximus nonnullas adhuc superesse differencias
inter eundem S. Regem et Magnum Magistrum Prussie,
Nos eas tandem sedari et componi desiderantes, Tibi committimus
ut dictum S. Regem ad pacem cum dicto Mgro ineundam nro
nomine horteris, quam si ut speramus, amplecti voluerit, ad
eundem Mgrm, cum tibi visum fuerit, ac ipse rex indicaue:
rit opportunum proficiscaris, Eumq; ad pacem cum dicto S.
Rege ineundam et obseruandam efficacibus inducas rationi:
bus, inter alia commemorando, q si pacem ac fedus inter se
inire iunctisq; viribus communem hostem aggredi voluerint
ambo multa plura, et maiora sibi comparabunt, q sint illa
super quibus inter se totiens non sine miserandis utrinq; cla:
dibus dimicarunt, taliq; prudentia et dexteritate uteris
ut cum bona utriusq; partium gratia nostroq;, et huius san:
cte Sedis honore negocium sedulo tractare prospereq; con:
cludere possis

Eidem Regi significabis Nos pro singulari amore pr̃na
beniuolencia qua Mtem suam prosecuti semper fuimus, nichil
ommittere, quod ad eius, ac etiã Nepotis sui Regnorum in
confinibus infidelium (sicut omnes intelligunt) existenciũ
conseruacionem et augmentum pertinere credamus, et pro:
pterea cum ex Venerabili fre Erasmo Epo Ploczen sue
Mtis apud nos oratore intelleximus eandem Mtem
suam propter diuturna et maxima bella cum Duce Mo:
scouie gesta pecuniis adeo exhaustam esse, ut a bellis que
aduersus Turcas et Tartaros aliosq; infideles gerere
consueuerat, quasi desistere cogatur, animo nro cogitauimus
ipsum Ducem Moscouie per fraternitatem tuam hortari, ac
monere, ut veram Chri fidem agnoscere et ad obedien:
ciam S. R. E. redire, et cum S. Rege (ut verum

Chrianum decet) quiete et pacifice degere velit, Quod futurum in domino speramus. Cum non solum ex dicto Epo audiuerimus. Sed etiam a Charmo in Chro filio nro Chrierno Datie Rege Illi: per eius lras certiores facti fuerimus, ipm Ducem Moscouie ad hoc sponte sua, iam pridem bene dispositu et inclinatum esse. Meminerimusque dum in minoribus constituti essemus eius patrem similis animi, atque propositi fuisse; Et ad fe. re. Alexm vi predecessorem nrm suos Oratores misisse, qui animum ac propositum huiusmodi suum Chrianam fidem agnoscendi et ad obedientiam S. R. E. redeundi significarent

Fratas igitur tua postque eidem S. Regi consilium nrm communicauerit si illi sic videbitur vt ad dictum Ducem premissorum causa te transferas: eam nro nomine rogabis, vt pro nro et huius sancte Sedis honore de tali non solum Saluocondutu per dictum Ducem prestando, Sed etiam comitiua tibi prouideat, vt tuto ire, atque redire valeat, ac pacis inter ipsam et prefatum Ducem ineunde conuencões et Capitula tibi consignet Tuque iuxta conuenciones et Capitula huiusmodi et non alr pacem ipsam cum dicto Duce tractabis, et procurabis, (nostrum tamen et dicte Sedis honorem nunque postponendo,) ac ita solerter, apte, prudenterque te gerendo, vt a nobis merito valeas commendari

Preterea cum dictus Rex beati Casimiri Canonizacione per nos et dictam Sedem fieri, ipsumque in Sanctorum Cathalogum referri summopere cupiat. Nos honesto ac pio eius desiderio quantum cum Deo possumus annuere volentes, vt ad huiusmodi Canonizacionem matura deliberatione diligentique ipsius Cazimiri vite ac morum examinacione, necnon eius miraculorum noticia, et recensione prehabitis

procedere valeamus. licet als Venerabilibus fribus Ar:
chiepo Gnesnen. et Epo Przemislien. simile dederimus
commissionem Nichilominus pro veritate diligencius inda:
ganda tibi committimus, vt te ad loca vbi dicti Cazimiri
corpus quiescere dr, te conferas, et de eius vita, ac mira:
culis per eum tam post ipsius obitum q ante factis. te diligen:
ter informes, vt cum redieris verum testimonium reddere
ac nos de omnibus cerciores facere possis

It quoqz Regine post nram benedictionem, dicere non postpo:
nas nos plurimum optare vt prospere se habeat. Nosqz nō
oblitos singularis beniuolencie que inter suos et nros pro:
genitores semper viguit. offeresqz ob id eidem gratiā
et operam nram cum oportebit. Et q Mtas sua curet, vt
res Polonice Prutenice ac Rutenice omnino componantur
Qd vt facilius et liberius fiat tractabis, et cum dicto Rege, et
cum eadem Regina, et cum quibus tibi expedire videbitur
vt proceres Regni in eisdem rebus componendis partes suas
memorati S. Regis prouidencie committant. Quod nobis
admodum placebit.

Persuadebis etiam prelibato Regi nro nomine. q plurimum
ex nra sentencia ad rem faciet si de duobus Nepotibus suis
Brandeburgensibus Jo: Alberto, et Gumberto dicti Mgri
fribus apud nos degentibus et nobis charis (Cum opportu:
nitas aderit. duabus Ecclesiis in Regno Polonie vel vt
melius poterit Mtas sua prouideri curabit. Cui rei nos et
gratiam et fauorem nostrum libenter prestabimus

DE omnibus vero et Singulis tibi per nos commissis ac aliis

occurrentibus rebus et novitatibus crebro ad nos scribere,
subindeque rerum successus nobis significare curabis, ut iuxta
rerum qualitatem, ac temporum occasiones opportune provi-
dere, et quid per te curari ac fieri oporteat quamprimum signifi-
care possimus Dat Romae apud Sanctum Petrum
sub annulo piscatoris Die prima Novembris Anno
domini M° D° XIX° Ponti-
ficatus nostri anno Septimo

Oratio R[everendissi]mi Patris Zacharie Ferrerii Vicentini
Pontificis Gardiensis in Poloniam et Lithuaniam
Legati Apostolici, habita Thorunii in Prussia, ad
Serenissimum Polonie Regem Sigismundum pro
eodem Rege et Magno Prussie Magistro Ap[osto]lica
autoritate inuicem reconciliandis. nono calen
Martias M° D XX.

DVM ipse cogito et mecum animo voluo Sigismunde Rex amplissime, quem modo Principem allocuturus sum, propono mihi sublimium tuaru[m] virtutum fastigia, excelsas dotes: quibus omnipotens rerum author, prae varijs Principibus te excellentius insigniuit: Pono ante oculos hanc tuam pene diuinam maiestatem, formamq; praestantissimam, magnitudinem animi tui: consilij grauitatem: rerum experientia[e] amplitudinem: munificentiam: iusticie cultum: prouidentiam in te summam: religionem maximam: que passim circumferuntur, et circumquaq; predicantur: Recenseo quoq; vetustissimam illa[m] sanctissimamq; familiam tuam Casimiream, que veluti quoddam singulare, precipuumq; munus ab summo opifice, mortalibus co[n]:cessa est: quo fit vt clarissimum conspectum tuum: Regiamq; praesentiam non modo non magnopere speculari, verum etiam non satis admirari possim. Non minus etia[m] mecum pensito, quo dicendi genere te alloquar, an illa rhetorices facundia: que sen:sum auresq; demulcet, an illa theologice oratorie virtute, que mentem potius animumq; oblectat, excitat, et impellit. Videorq; mihi, qui non tantum Christianam religionem, sed et Apostolicam perfectione[m] vt Pontifex profiteor, satius imitari vas illud Electionis beatissi:mum Apostolum: qui ad Corinthios scribens aiebat: Veni ad vos non in sublimitate sermonis, neq; in persuasibilibus humane sa:pientie verbis: sed in virtute Dei et spiritu. Habeant humane sectatores eloquentie quos imitentur Demosthenem: Ciceronem: Salustium. Habeo ego sacerdos Christum: habeo diuos Apostolos: habeo sacros Ecclesie Doctores, et mei ordinis Pontifices celebra:tissimos. Loquar ergo non vt rhetor: sed vti Pontificem decet, vti decet sacerdotem, vti decet dei ministrum. Non latet tuam maiestatem Rex potentissime, exploratumq; omnibus est sep:timum actum esse annum: quo iactatis dudum inter Christia:nos Principes dissidijs tota ferme Europa atrocissimis bellis vehementissime concutiebatur, et aestuabat. Feruebat Italia: ardebat Germania: flagrabat Hispania: Gallia fluctuabat:

Anglia excandescebat: unde et (quod fari doleo) tanta Christiani
sanguinis effusio secuta est, ut recte Davidicum illud memorari
posset: Effuderunt sanguinem eorum, tanquam aquam in circuitu
Hierusalem, idest militantis Ecclesie, et non erat qui sepeliret. Ae:
terna dei sapientia: que iuxta sacrum eloquium, attingens à
fine usque ad finem fortiter disponit denuum omnia suaviter, non
permittensque iuxta eundem Apostolum, nos tentari supra id quod
sufferre possumus, facit cum tentacione proventum, ut possimus
sustinere, cupiens tot cladibus, tot calamitatibus Christianorum
benignè occurrere, Joannem Medicem, Leonem decimum appella:
tum, non labe aliqua: non vi: non arte: non astu: non humano in:
genio: sed sola sancti spiritus gratia ad summum Pontificatus apicem
de tot millibus hominum unum delegit: qui veluti Angelus pacis,
fluctuantem Ecclesiam, et Christi cymbam pacaret: velutique salutaris
medicus languescenti diu Christiane reipublice opportunum medi:
camen adhiberet. Quod et beatissimus Antistes inito mox Ponti:
ficatu, omni studio, omni solertia, omni sagacitate efficere curavit,
(et effecit quidem) Tercius annus nunc agitur, quo Selimus Turcarum
Imperator, et Christiani nominis acerrimus hostis quasi gladius
quidam cervicibus Christianorum imminere videbatur: Animadver:
tens Sanctissimus Pontifex ad tantum exitium compescendum, nul:
lum efficacius superesse remedium: quam divinum imprimis praesidium
implorare, sanctissimas ad coelum tollens manus, ieiunia, ad Deumque
optimum maximum supplicaciones Pontificibus, Sacerdotibus, Sena:
tui, populoque Rom. praecepit: easque deprecationes, quas greco vocabu:
lo Litanias appellant frequentari mandavit: inter quas ipsemet nudis
etiam pedibus per almam Urbem incedere non est dedignatus: Et ne
humanam quoque operam parvipendere videretur, complures quum
Pontificii, tum cardinei ordinis patres celeberrimos, ad varios Chri:
stianorum Principes, ad varias nationes oppido expedivit: quo
si quas inter eos simultates forte exoriri metuebatur ad eas sine
iure, sine armis decidendas, quinquennale intervallum interpone:
retur, dilatoque omni bello communes Christianorum vires, commu:
nisque potencia in communem religionis hostem conciliatis animis con:
verterentur: necessarius ad id colligeretur nummus: generalisque
contra impium tyrannum expeditio: quam Cruciatam nostri vocant:
ubilibet vulgaretur: quod et pro sua maxima integritate facilè ob:
tinuit, sanctionibusque et praeceptis Apostolicis, ac interminacionibus
Ecclesiasticis contra violatores stabilivit atque firmavit. Posuit enim
pacem fines Ecclesie, et dulci illam tranquillitate potiri fecit. Jam pace
fruitur Italia: Jam quiescit Germania, Gallia, Hispania, Anglia, in

totoqz Christianorum ambitu iocunda concordia arridet. Unus superest
de quo cum Christiano Principe congressus expavescebatur (tu scis
Rex amplissime) quem cum ipse Romanus Pontifex ad eas inter:
mittendi belli quinquennales inducias capescendas crebris ep(isto)lis
dudum exhortari monere non destiterit noluit quoqz pretermit:
tere quin et Nunciis et Oratoribus inviseret et salutaret, ad idqz fa:
ciendum plurimum suaderet, hortaretur, et adduceret: quod ita ac:
curate mandavit: ut etiam non sine lachrymis pro boni pastoris
officio, cum digrederemur id nobis crebrerrime repetierit. Pacé
(aiebat atqz iterabat sanctissimus Antistes, cum postremum ad te
accedendi ab eo mandatum habuissemus, sacrosqz de more oscula:
remur pedes) pacem: quam Christus Deus et legifer nr nobis suo
testamento legavit: charissimo filio meo Sigismundo Poloniae Regi
illustri commissam facite: ad pacem cum Christiano Principe perqui:
rendam meo iussu monete, et animate: utqz illam quam de ipsius
comprobata religione haec sancta sedes cui praesidemus, spem iam du:
dum concepit, nequaqz cassam, irritamqz efficere velit meo nomine
dicitote. Sed quoniam interea dum ad tuam maiestatem meus ab urbe
accingebatur discessus, ignaro Pontifice, ignaris nobis id quod ve:
rebamur evenit, si primum ad illud quinquennale intervallum am:
plectendum te enixe rogare oportebat, nunc quandoquidem malum
irrepsit, magisqz ac magis quotidie invalescit non tantum enixe,
non modo enixius, verum etiam enixissime precari, ac supra huma:
num modum interpellare necesse est. Divus itaqz Leo Pontifex maxi:
mus: qui dei et domini nostri Jesu Christi vices gerit in terris: cui
datae sunt claves super coelestis atrii, ac summae feliciatatis: qui
aperit et nemo claudit: claudit et nemo aperit: cuius pedibus om:
nia inferiora subiecit Deus: cui Caesares, Reges, et omnes populi,
Principes et omnes iudices terrae, supplicia colla summittunt, a suo
Pontificio Solio nos ad te Princeps religiosissime delegavit, postqz
paternos complexus ‡ ut a Christiani sanguinis effusione tuos milites
abstinere iubeas, et eam quae Christianum Principem deceat concor:
diam amplectaris postulat, efflagitat, monet, mandat, rogatqz (pro
sua benignitate maxima) ac precatur. Nec propterea ab iustissimo
Pontifice tibi forte persuasum arbitreris: ut honestum tui decorem,
aequum commodum, ac tui regni iura postponas: quae sicuti is qui
tibi supra modum afficitur, augere potius sua authoritate decer:
neret: sed ut eam quae iusto decori tuo: quae iuri regni tui: quae
condigne indemnitati tuae conducat, sive pacem, sive transactio:
nem cum hoste ineas: quod ut ille non minus efficiat omnem operam
navabit Pontifex: nosqz pro credito nobis munere, ac virili mea
nusqz neglecturi sumus. Sicuti enim ut Sanctissimo Principi meo
ac sanctissimae Sedi a qua legati sumus obtemperaremus, proqz communi

‡ ac aeternam salutem te sanctissimum
felicissimumqz optans:

et vicaria inter te et Albertum militaris ordinis sanctae Mariae,
Theutonicorum magnum et generalem magistrum, ac marchionem
Brandeburgen illustrem Christianos Principes, super rebus Pru:
thenicis pace ac concordia interponenda, adversusque religionis hostes
adeundo certamine, tuam adivimus sublimitatem, Romanae urbis sa:
titudinem, spiritualesque delicias, studiorum meorum dulcedinem, ami:
corum (quibus affluebamus) iucunda commercia: quietem: patriam:
agnatos: ipsaque omnia privata commoda deseruimus: hyberni tem:
poris inclementiam: itineris prolixitatem: viarum difficultates,
ac pericula: coeli rigiditatem: ipsius quoque nobis insuetam borealis
et Sarmaticae religionis asperitatem denique iacturas omnes, omniaque
discrimina flocci pendimus, sic et dum communi paci, communique benivo:
lentie consulatur, nequaquam defuturi sumus, qui et (ut Apostolicum
illud imitemur) exhibebimus corpora mea, hostiam viventem, sanctam,
Deo placentem, rationabile obsequium nostrum: quod et tanto magis
à te faciendum est: quo cum longe impari certamen tibi sit, et eo minus
proculdubio inerme, quod ille tibi è dulcissima Sorore Nepos existat:
à quo iniuriam ullam armatus etiam vix agnoscere debeas, ergaque
illum et aetate et potencia tibi admodum inferiorem, non modo ut
Avunculum sed veluti patrem, veluti tutorem, velutique studiossissi:
mum fautorem, teipsum Rex sapientissime gerere potius deceat.
Nec te fugiat adagium illud, gloriosius longe esse facere Reges
et Principes quam subijcere. Enimvero quae tibi gloria: quis decor:
quae palma: si Nepotem tu Avunculus et pater, debilioremque supra
modum opibus et potencia hostem tu Princeps potentissimus incom:
parabili exercitu obrueris, et sicut tibi facillimum est (ut ita dicam)
in nihilum redegeris, videarisque apud plerosque in ea controversia,
quae iure potius quam armis sedanda esset, viribus et non legibus
uti? Per tuum Regnum: per illud insigne Diadema quo regium
caput tuum lustratur: per sceptrum illud quo Regia manus tua
redimitur: per suavissimam prolem tuam: per illum divae memoriae
Casimirum germanum tuum pientissimum: per illam observantiam
summam, qua Christianam prosequeris religionem: per illum om:
nipotentem dominum rerum omnium opificem, qui te sua providen:
cia ad Regium apicem sublimavit: per eius denique coeternum ver:
bum et consubstancialem filium, qui pro tua salute Princeps optime
de summo coeli cardine descendere, carnem sumere, et mortem subire
dignatus est, te supra id quod dici, quod excogitari possit rogamus,
precamur, obsecramus, obtestamur: ut pacatis iam undique Christia:
nis Principibus, Christiano quoque sanguini gladius tuus parcat,
ignoscat, indulgeat, et in impios Catholicae unitatis inimicos con:
vertatur, ab eo quoque bello abstineas à quo te et divinae et humanae
rationes dehortantur. En quod non sine vehementi fletu effari

possumus, innocuus effunditur sanguis: tremulus senex et gemebunda
anus absq3 noxa interficiuntur, vagientes in cunabulis in summa:
trum iugulantur infantes: miserrimeq3 trucidantur matres, coram
parentibus filii, coram filiis parentes interimuntur, necantur,
obtruncantur, nec parcitur generi, nec ordini, nec ætati, nec sæ:
xui (ita in omnes absq3 insontis delectu effrenus efferbet miles,
et cruentus gladius debacchatur) Eia sume Rex gloriosissime,
accingere gladio tuo super femur potentissime contra exleges
Agarenos, contra perfidos hæreseos æmulatores, intende pro:
spere, procede, et regna. Propter enim veritatem et mansuetu:
dinem et iustitiam deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ
tuæ acutæ: populi sub te cadent. Haud enim parum (non modo
Christianæ religioni) sed et tui et proprio cuiuslibet regni incre:
mento conduceret, si iacturas, quas non multos annos citra, ipsa
religio passa est tecum uni Principes (quandoq3 saltem) exco:
gitarent, idq3 quod ad rei privatæ curam studium apponunt
ad publicum commodum et communem gloriam adhiberent.
Quod si tu Princeps augustissime pro tua clementia, pro tua
religione (uti Romanus Pontifex de te sibi pollicetur) effi:
cies, tantum tibi accedet ad gloriam, ut nihil sublimius, nihil
præstantius accedere possit, ipse sane summus Sacerdos animo
tenens assiduas pugnas quas contra veræ pietatis æmulos,
qui in circuitu tuo sunt, quotidie geris, frequentissimosq3 tri:
umphos ac singulares palmas, quas adeptus es, illam insuper
venerationem maximam qua sanctam Romanam Ecclesiam
observare destitisti nunq3, tanta dilectione, tanta gratia, tanta
benivolentia, tam paterno amore maiestatem tuam complecti:
tur, tam denique tuæ summæ probitati propitius est: ut nihil
supra possit: siq3 in mundo cum Principe Christiano Nepote
tuo illustri foedere, pace, ac concordia clementissimi Pontifi:
cis mentem, iussaq3 ac monita paterna capessere decreveris,
nihil sit quod optare velis: quod et ab ipsa Pontificia ampli:
tudine facile non assequare. Si vero hæc lis, in præsentiarum,
mutua vestrum reconciliatione tolli non possit, suspendatur
saltem eousq3, quo à beatissimo Pontifice, sanctaq3 Apostolica Sede,
quæ unicuiq3 iustitiam exactissime ministravit semper, ma:
turo consilio definiatur. Non enim est novum, aut recens tuæ
Regiæ sublimitati Rex sapientissime, supremum omnium
Christianorum Pontificem à deo optimo maximo summa illa
providentia mortalibus esse concessum, non ut quiescat, sed ut
invigilet, ac solicita semper, et studiosissima mente: quæ Reipub:
licæ conducant, ex suo sublimi fastigio speculetur, Unde dominus

ad enim per Ezechielem ait. Speculatorem dedi te domui Israel: audies de ore meo verbum, et annunciabis eis ex me: et per Hieremiam: Ecce constitui te super gentes, et super regna: vt euellas et destruas, et disperdas, et dissipes, et aedifices et plantes: et Paulus Apostolicam designans sedulitatem inquit. Qui praeest, in solicitudine, et praeter illa quae intrinsecus sunt instancia mea quotidiana, solicitudo omnium Ecclesiarum. Curarum igitur molibus angi, inquietari, solicitari, vigilare, ac nocturnas etiam custodias super gregem suum habere omni Pontifici (Romano praesertim aliorum Principi) ita proprium est: vt quanto magis his exerceatur, tanto et verius Pontifex existat. Sicuti enim quod proprium est, ipsa, quisque natura optare consueuit, ita et sanctissimo Pontifici optabile et iucundum erit pro communi inter te, et Nepotem tuum Christianos Principes pace et concordia conciliandis huius causae sarcinam sacris humeris suscipere, ac pro imminentibus rei Christianae discriminibus seposita omni requie celerius aut soluere aut componere. Nec maximas quantumcumque curas alias, et solicitudines Pontificem aliquorsum ab hac causa, vtcumque ardua, quin non citius extricetur deterrere, seuocare, aut impedire formides Rex inuictissime: cum eiusmodi et longe maioribus inter Principes enodandis quaestionibus assueuerint Romani Pontifices, nihilque hoc labore iucundius, preclariusque ob publicam vtilitatem apud eos existimari merito possit. Sane exorta olim inter Carolum magnum, et Pipinum iuniorem fratres Caroli Marcelli filios super Francorum Regno, aliisue prouinciis graui contencione, Zacharias Romanus Pontifex non modo hanc disceptacionem sua sententia explicuit: verum et regno et prouinciis ipsis ob Caroli magni ignauiam Pipino adiudicatis Carolum ipsum pro communi inter eos pace monasticam vitam eligere sua authoritate ac persuasionibus effecit. Chilpericoque Rege ob eandem desidiam à regno deiecto francigenas omnes ab fidelitatis iuramento, quo illi astringebantur absoluit. Suborta non multo post ab Constantino, et Leone eius filio imperatoribus afferendi auxilii Romanae Ecclesiae difficultate: quae tunc ab Aistulpho Longobardorum Rege opprimebatur. Stephanus secundus Romanus Pontifex quo huic malo satius succurreret eam causam hac sententia absoluit: vt in latinos translato à graecis imperio. Carolum magnum Pipini filium ad imperii apicem proueheret: quae

et Stephano ab humanis dudum excepto nata super ea re inter Christia:
nos Principes ambiguitate, Leo tertius Pontifex maximus impera:
torem (non modo declaravit) sed et imperiali diademate insignivit:
à quo et usque adhuc tempora à Graecis ad Latinos translatum
est, et permanet imperium. Dum inter se Ludovicus cognomento
pius et Lotharius filius (Ludovico ipso etiam in vincula coniecto)
de imperio decertarent, Stephanus eius nominis quartus Romanus
Pontifex Ludovicum è custodia exceptum imperatorem, creavit, et
apud Aurelianos inunctum coronavit. | Sergius secundus Pontifex
maximus miserandam, ac cruentam illam inter Lotharium Impera:
torem et Ludovicum atque Carolum fratres de Regno Aquitanię
controversiam, missis eo Legatis, divisoque regno suo arbitrio com:
posuit atque sedavit. Paschalis secundus Pontifex Romanus, quum
ob nonnulla Christianorum Schismata inter Principes de feudis
atque homagiis quęstio haberetur, conventu apud Guardacastellum
in agro Cremonensi habito, unicuique quod suum erat decernens
eam omnem controversiam amputavit. Calistus itidem secundus
omnes contentiones sua sententia, atque imperio abstulit: quę inter
Guilelmum Apulię Ducem: et Jordanum Campanię Comitem, ac
alios Italiae insignes Principes saeviebant. | Innocentius etiam secun:
dus maximus Pontifex implacabile illud bellum, quod inter Pi:
sanos et Genuenses super re navali et terris pluribus habebatur
facto iudicio sua authoritate compescuit. | Et acrem inter electores
discordiam de Lotharii et Conradi ad imperium provectione de:
clarato ac coronato Lothario explosit. Urbanus eius nominis
tertius, et post eum Gregorius octavus, et Clemens tertius, ac Cele:
stinus tertius, eam disceptationem, quae inter Philippum Francorum
et Ricardum Britannię Reges, contra Saracenos in Asia di:
micantes super terrarum divisione tunc exorta erat, suo arbitrio
extinxere. Innocentius tertius mortuo Henrico dissidentibus
electoribus, nonnullisque Philippum Suevię Principem et Hetrurię
Ducem, nonnullis autem Othonem Romanorum Regem et Sa:
xonię Ducem ad imperium eligentibus, destinato mox in Ger:
maniam Legato, Othonem imperatorem declaravit. Clemens quoque
quartus controversias diuturnas, quę super finitimis terris inter
Henricum Britannię Regem et Simonem Montis fortis Comi:
tem, et deinde inter Florentinos et Senenses intercesserant, data
sententia resecuit atque amovit. Benedictus duodecimus et Clemens
sextus Romani Pontifices, ab Ludovico Bavaro imperii fascibus
abrogatis, atque de Mediolani et totius Insubrię dominatu cui ad:
iudicaretur, durante contentione quousque suo decreto quęstio tol:
leretur Luchinum et Joannem Archiepiscopum Vicecomites,
illius provincię Vicarios Pontificia authoritate assignarunt

et confirmaverunt. Clementisque ipsius mandato Electores Carolum Jo:
annis Bohemiae Regis filium ad imperii apicem delegere. Innocē:
tius quoque sextus (vt plerosque alios Pontifices breuitate ommittamus)
Venetos et Genuenses diu inter se maritima pugna acerrime dissi:
dentes, Pisanosque et Florentinos super limitibus et vicinis terris
inuicem decertantes assignato cuique quod suum esset à bello desistere
et pacem inire coegit. Pontificis igitur iudicium, nec tu Sigismunde
Rex piissime, nec Albertus inclytus Nepos tuus, et Magnus Prus:
siae Magister, in hac controuersia vllatenus euitare, aut honeste de:
clinare potestis: quandoquidem et ad illum causae huius cognitio
pertineat. et longè maiora, ac grauioris momenti Christianorum
Principum dissidia et super regnis et Romano imperio conté:
ciones Romani Pontifices Christi Dei ac Principis nostri veri
in terra Vicarii intermisso bello et suspensis armis defini:
erunt, sententiasque sua Pontificia maiestate ac decreto robora:
runt, et obfirmarunt. Nec illos Principes imitari debes: qui
armis atque potentia ius sibi dicere, facereque consueuere: sed eos
qui pii: qui religiosi: qui Christianum et innoxium sanguinem
terris omnibus et regnis anteponentes non tumultu bellico, nō
militari manu: sed iure, atque sanctorum patrum decreto, siue
arbitrio, quod suum esse censebant perquisiuere et adepti sunt,
Christique veraces cultores et Christianae pacis obseruatores con:
stantissimos seipsos exhibuere. Hanc tuis excelsis virtutibus, et re:
bus gestis hanc tuis sublimibus praeconiis laudem quoque adijce Rex
gloriosissime. Hanc in te pietatem erga Deum optimum, hanc in te
erga Christianam tranquillitatem clementiam, hanc in te erga Ro:
manam Ecclesiam insignem venerationem ostendas, atque illam in te
speculetur, in te admiretur, deque concionetur, et declamet Christia:
nus orbis vniuersus. Hoc de tua augustissima probitate sanctum;
religiosum: piumque, et egregium facinus Sigismunde chartis inscriba:
tur, perpetuisque annalibus commendetur, ac Sigismundo Sarmatiae
Regi inuictissimo nihil ad gloriam defuisse dicatur: qui omnem in
re Pruthenica causam suam: vt Christiano sanguini parceret: vt
Christianis rebus consuleret Princeps religiosissimus in arbitrium,
ac censuram beatissimi Leonis decimi Romani Pontificis supplex
et venerabundus reposuit, Christianisque Principibus omnibus (vti
ea tempestate annis, et aetate pater erat) ita et se eis religionis
et pietatis, omniumque virtutum exemplar reliquit. Quod vt fa:
cias omnis et diuina et humana ratio expostulat, nosque Princeps
optime votis omnibus obsecramus, cum et ipse reuerendissimus
et illustris Magister hoc idem nec detrectare nec refugere possit.
Caeterum vt religioni, tuisque probatissimis votis satisfaciat Pon:
tifex, piae memoriae Casimirum germani olim tuum dulcissimum

sanctissime vite meritis, ac miraculorum virtute preclarum in San:
ctorum cathalogum referre cupiens nobis accuratissime mandavit:
ut de eius sanctimonia, integritate, ac munditia, gloriosisque mira:
culis actitata hucusque monimenta mature perspiciamus, omnesque
ad id necessarias agamus investigationes: quas et scripto redactas
ad ipsum beatissimum Antistitem, sacrumque S. R. E. senatum
vel nobiscum afferamus, vel transmittamus. Ad quod opus tanto
nos omni corde promptiores accingimus, quanto et mirabilis
magis est Deus in sanctis suis. Hæc sunt Rex clarissime, quę
celsitudini tuę Apostolico iussu significanda suscepimus. Non:
nulla quidem alia, fidei nostræ credita habemus: quæ pro Chri:
stianę reipublicę incumbentibus rebus Pontificis mandato,
quum tibi iniucundum non erit semotis arbitris aperiemus.

Dixi.

Responsum a Sigismundo primo rege P
Datum Zacharie epo Gardien nuncio apco

SACRA Regia Mtas suscepit omni gratitudine et reuerentia benedictionem Sanctmi Domini nri. agitque et habet gras quas potest maiores eius Sanctti de hoc officio et cura paterna quam gerit in se ac regnum et Dominia sua, et que intelliges res eius Mtis in continuo motu bellico constitutas, miserit huc vras D. ad illas pacandas. idque omne obeundum quod oportunu et salutare Mti sue regnoque et dominiis suis esse futurum. Mtas sua Serma vt hactenus consueuit, ita et deinceps curabit hanc illius Sanctitis pietatem paternam omni studio obseruancia et viribus suis erga illam et eius Sanctam Sedem perpetuo demereri. habet eciam eius Mtas commendatas sigillatim personas vrarum D. et illis pro affectu et studio isto quod erga Mtem suam preseferunt, proque his laudibus quas eius Mti graui et eleganti oracione tribuerunt gras habet non vulgares, cum autem D. vre lassitudinem itinerariam paulo sedauerint. Mtas sua cum illis id agere et tractare dignabr, quod ex vsu rei Chriane et dignitate tam Sanctmi domini nri q eius Mtis futuru videbr

Responsum a rege datum Zacharie epo Gardien apco nunctio.

Laudat autem summopere et probat Mtas sua. Sanctm̃ et maxime necessarium studium, curam, et institutum illius Sanctitis quod omnes Reges et Principes Chrianos ad quinquenales inducias, et deinde ad bellum et communem expeditionem contra Turcam suscipiendam persuadere et exhortari non desistit

Domino quoque Deo gras agit Mtas sua qui hanc illius Sti mentem inspirare dignatus est pro vindicanda salute et bono statu rei Chriane, adeo nunc ut nunquam alias magis in discrimine constitute Mtas enim sua Serma ut ea que assidue humeris suis hanc molem infidelium sustinet, nichil unquam magis desideravit, quam hoc aliquando faustissimum tempus futurum. ut omnes Principes Chriani unanimi consensu et coactis viribus tandem ad redimendum periclitantem reipublice Chriane bonum statum consurgerent verum de hac ipsa generali expeditione Mtas sua Serma alio tempore plenius tractare et conferre cum vris. D. dignabitur

Quod autem vre. D. noie illius Scitis postulant et hortantur ut Mtas sua Serma pacem ineat et amplecteretur cum Nepote suo Illri dno Magro Ordinis Marie Theutonicorum in Prussia, non dubitat Mtas sua satis constare illius Santi ex literis et nunctiis suis quas molestias et adversitates idem Illris Dos Magr. Mti sue semper exhibere consuevit premendo subditos illius Mtis vectigalibus insolitis, vademonijs, carceribus, spoliis, grassatoribus, incendiis cedibus ac aliis variis ac indignis modis. ut illos ad defectionem ab ea cogeret, et subinde delectus toto tempore faciebat, arma pontes, tormenta, ac alia bellica instrumenta parabat suggilando Mtem suam indignis criminibus apud Chrianos

Principes et impingendo illi hec facinora que ipse aduersus illam patrabat auxiliaque sibi aduersus illam comparando Que omnia cum. vsque huc pacienter ferret ac dissimularet M^tas^ sua id subterfugiens quod semper horruit, ne arma sua quibus assidue molem infidelium sustinet in populum Christianum converteret

Ille abusus hac pacientia ac equanimitate M^tis^ sue, suique debiti sue professionis ac etiam vinculi Sanguinis immemor, conspiravit aduersus M^tem^ suam cum eius, ymo totius Christiane reipublice hostibus Moscis et Thartaris, et nullo illi bello indicto, eduxerat magnum militum numerum ex Germania ipseque in procinctu fuit M^tem^ suam inopinantem et aliis bellis cum infidelibus occupatam adoriri. et subditos eius partim ad defectionem, partim etiam ad prestandum sibi liberum transitum per loca munita sollicitauit.

Quibus rebus ingenti motu ac trepidatione in his terris Prussie facta, coacta est M^tas^ sua posthabitis omnibus negociis et tempore hiberno, bello minime congruo huc cum exercitu venire. ubi longo tempore adhuc expectans, ut ille resipisceret ac debitum suum prestaret, illumque in sua pertinacia et hostilitate constantem videns, facere aliter non potuit, quin illum quod hactenus vitauit bello aggrederetur

Quod ceptum M^ti^ sue domino Deo propicio prospere succedit, gentes enim M^tis^ sue, quacunque per eius terram eunt, omnia libere ferro et igni populantur Arces plerasque et Ciuitates ac oppida, nonnullos etiam non vulgares captiuos interceperunt

Non videtur itaque M^ti^ sue, ut rebus sic stantibus arma que ex tam iustissimis causis sumere est coacta ad presens deponat. facere enim id absque graui suo Et subiectorum suorum dispendio atque incommodo non posset. Sed et hostis M^tis^ sue ut est homo nimium confidens viribus suis, ubi id nunc fie:

fieret crederet se timeri, occasionemque sumere et suam libidinē deinceps sevius atrociusque explendi

Grata est tū plurimum M^tis sue hec cura et studium vrārum D. quod obtulerunt, et curabit id illis omni favore et beneficentia sua regia semper referre

Quia vero Sanctissimus D^{o}s nr̄ commisit vris D. nonnulla etiam alia negotiā curare et agere in magno Ducatu Lithuanie, censet et postulat M^tas sua vt vre D. Interea temporis illuc proficiscantur et munus sibi iniunctum deligentur obeant, vbi autem postea videretur esse opus tractatibus aliquibus cum ipso domino Mgrō, tum demum M^tas id vris D. declarabit

Achiles de Grassis Car^lis^ Bonomen
Petro Tomicio Epo Premisliensi &
Regni Polonie Vicecancell^o^

R^me^. De^e^ in Chro pr et domine tanquam fr honoran^de^. Cognoscens Ser^mi^ Regis nri animum erga me sincerum et optimum, nonnullis etiam sue M^tis^ accedentibus pollicitacionibus Et ne M^tas^ sua retardetur meum agere, sine aliquo regni detrimento, quod alii reges cum suis protectoribus consueuerunt obtinui a Summo Pont^ce^ Breve, vt quecumque beneficia fuerint michi in hoc regno concessa, post mortem meam nullo modo in Curia Romana reseruentur. Sed ad Regiam M^tem^ deuoluantur, Quod eidem per presentem Xpliaz Nunctium transmitto. Et rogo obsecroque D. vram R^ma^ pro nostra fraternali amicitia, vt apud M^tem^ ipsam, ad aliquid consequendum mihi velit esse auxilio, vt omnes aliquando cognoscant me Regi munificentissimo seruiuisse Et M^ti^ sue me charissimum esse. Nuntius ipse latius super hoc, nomine meo cum R^ma^ D. V. aget, cui dignabitur fidem prestare, et me quandoque suis l[ite]ris de rebus que istic aguntur certiorem reddere, qua re non posset mihi R^ma^ D. Vra facere gratiorem Cui me commendo Et bene valeat Dat Rome Die xv^a^ Nouembris Anno domini M^o^ . D. xix^o^

Leo PP. X

Alberto Marchioni Brandeburgen Magistro ordinis Cruciferoꝝ in prussia

Dilecte fili Salutem etc. Graui dolore affecti sumus mo:
lestissimo nuncio quo cognouimus rupta pace violatis oibus
necessitudinibus bellum inter te, et Charmum filium nrm
Sigismundum Polonie Regem Ill: aut susceptum iam esse
aut certe decretum, nec vero causam ullam tantis malis
adesse, iustam cernimus, nisi quod eternus humani generis ho:
stis quo tempore maxime pace egemus, ut sancta et
Chriane reipublice Salutaria iniri possint consilia, eo
potissimum tempore Zizanys iactis bonam dei segetem cor:
rumpere, et optimum Dei munus pacem videlicet et concor:
diam cedibus et tumultu perturbare conatur, ac nos quidem
magna sepe concordie inter vos cura sollicitudineque suscepta,
nuncios nros aliquotiens misimus, eisque qui nunc sunt,
speciatim mandauimus, ut cognitis utrinque expostulacoibus
vestris, nos facerent certiores, ut auctoritate nra vel
etiam sentencia interposita, tot que partim inciderunt, partim
vero euenire possunt, mala, sedaremus, quem nrm labo:
rem frustra fuisse, vosque tam festinato iuisse ad arma, no
possumus non grauiter ferre, nec vero audemus quicquam de:
cernere, uter vestrum iure aut iniuria moueatur: Sed
si tua Deuotio reprehensionem nram in bonam partem accep:
tura est, Statuimus tue prudentie magis propium futurum
Si ea arma deuitares, quibus par esse non posses, potiusque
aliquando aliquid de tuo summo iure decederes, quam nimis
constanter, ne pertinaciter dicamus decretis tuis inherendo
causam ullam preberes totius Chrianitatis in tumultum et pe:
riculum vocande, fauemus tibi quantum publico bono possumus

Regis quoque illius virtutem et gloriam adamamus, nec vero ulli vestrum sumus auctores, ut ius suum deserat. Sed ut ratione temporis periculorum, Dei religionisque habita, via ad concordiam aliquam inveniatur, nec qui maior est adhibeat vim, qui inferior contumaciam, hoc est quod optamus atque contendimus, Est magnanimitatis non sibi querere tantum, quantum potest, Est prudentie, et moderacionis remittere, quandoque aliquid de suo, Que laudes si in privatis controversiis magne sunt, quanti sunt estimande, ubi reipublice commodum accesserit! presertim in te dilecte fili, qui religionem arctius profiteris, et sub eius gloriose virginis nomine, que merito humilitatis super omnes angelorum choros fuit exaltata? Credas nobis volumus laudi tibi continuo et deinde etiam utilitati futurum, si moderatione tua factum fuerit, quominus hec tanta inter populos Christi mala exoriantur. Hec nos non sine magno animi dolore scribimus nollemus enim ledere cuiusquam voluntatem, Sed respectus reipublice et nostri officii ratio nos cogit, Que nisi nobis bene monentibus in armorum causa reiicienda obtemperatum fuerit preter gravissimas censuras in nostra indictione induciarum appositas, ad alia quoque remedia necessarium erit devenire. Itaque ad ipsum etiam regem efficatius scribimus. Sed te dilecte fili hortamur plurimum in domino, et per eius religionis quam pretefers nomen honoremque, qui in humilitate et paciencia longe est excelsior, enixe ~~rogamus~~ requirimus, ut adhibere omne studium, curam, diligenciamque velis, ad arma ne veniatur, omnisque fomes discordie penitus sopiatur, aut si controversie restant, ille, debita verborum et actionum reverentia erga tantum Regem, cuius tu certe nepos es, premissa, ostendas te iuri tuo modeste deesse non posse, ab armis vero et cedibus abhorrere, Qua ex moderatione ingentem gloriam apud Deum et homines laturus es, quodque virtute et sapientia possis omnibus declaraturus. Sed nos

de his ad nuncios nros latius scribi iussimus, vt agerent tecum, quorum tu oratioi fidem habere, Deoqz omnipoteti et nobis qui te pena charitate diligimus te prebere studebis obsequentem. Dat Rome etc Die xxvi Februarij Anno MDXX

S. Rex: Bonero.

GEnerose fidelis dilecte. Cum fortuna in rebus omnibus maxime vero in bellicis dominetur, fieri non potest vt militibus nris quos in terra hostili habemus, nonnunq aliquid adversi non eveniat, reliquerat Magcus Palatinus Sandomirien nonnulla presidia peditum in Melssak Oppido Capituli Varmien quod iam antea bis ad Mgrm deffecerat et dum omnes ferme decuriones inde discesserant ad Hollandum pro curribus suis et equis, ac etiam pro pecunia que nomine nro erogabatur duobus tantummodo Rothmagris Costelak et Bieniassowski ac paucis admodum et his quidem gregariis militibus relictis. Cives de eodem Oppido Melßak nunciarunt ad Bransberg, paucos valde milites polonos apud se esse, optimamqz occasionem oblatam ad illos inde eiciendos, hostes igitur noctu cum tormentis grandioribus illuc advenerunt et expugnato Oppido nros milites qui ibi aderant, partim occiderunt, partim captos in Bramsberg secum abduxerunt. Hanc cladem nos vtiqz non sine gravi dolore accipiamus sciientes tamen varium esse bellis eventum boni consulimus, et equo ferimus aio quicquid Dei voluntate accidit. Deinceps vero providere curabimus, vt nri milites sint cautiores etiam apud suos [addncti sunt nobis pulveres, vinum et reliqua que cum Paulo both huc transmisisti, quia vero, vt paulo ante

tibi scripsimus multum pulueris insumptum est in oppugnatio͠e Quidzin. volumus vt operam facias quo nobis pulueres et istic factos et aliunde coemptos sine mora subministres, Re valde gratam nobis et apprime necessariam facturus Dat

Petrus Tomicius. Joanni Bonero

Generose domine amice et fautor honoran. Intelliget vra D. ex lris Regie Mtis q nri pedites fraude et proditione Ciuium de Melsak sunt cesi et intercepti reliquerat in eo ipso Oppido Melssak Dns Palatinus Sandomirien quadringentos pedites sed maiori illoru parte absente et inde discedente pro curribus suis et equis ad Hollandum. hostes ex Braunsberg noctu cum tormentis vastatorus aduenientes illos qui ibi superérant oppresserunt et profligarunt. Costelak Bohemus qui tum erat egrotus, fertur esse occisus, Bieniaszewski vero alter Rothmagis captus. perturbant nob non parum hec clades nrorum militu sed ex alia parte consolati sumus ex capto Castro Oppido et Eccla Quidzinen, et portu maris Konigsbergen per Ciues Gedanen destructo, Commendo me plurimu vre D. et valere illam felicissime desidero. Dat

Datus est Thorunii Saluus conductus Oribus a Principibus, Romani Imperii ad Regem in Thorun venientibus vizt ab Alberto Cardinali Maguntinen', Et Archiepiscopo, Magdeburgen' Archicancellario, Friderico Duce Saxoniae Archimarschalco et Vicario.
Joachimo Marchione Brandeburgensi Archicamerario electoribus, et Georgio Duce Saxoniae, 1520 die xv Marcii

Datus est Saluus conductus Job Epo' Pomesanien' ad Dominicam Palmarum ad Regem cum 30 comitibus in Torun veniendi. Intra quem Saluum conductum Castrum Ryseburg eiusdem Epi' liberum esse debet ab omni oppugnatione hostilitate Et vastatione militum et copiarum Regiarum Anno M°. D. XX. die iii post Letare in Thorun

Sigismundus Rex P.
Joanni Bonero B. Zupp.o Crac

Generose fidelis dilecte Retinuimus hic Jodocum tuum hac:
tenus. tum quia propter occupationes et curas nras expedi:
re eum prius ~~praesens~~ non potuimus. tum quod eius opera hic erat
nobis necessaria. Quare non putes eum hic sponte sua tam:
diu mansisse. Declarauimus illi mentem nostram. tam de
septem milibus aureorum in banco Romano depositis et inde
rursus accipiend' et pecunia dotis ac gemmis ad eius ra:
tionem per Illma Ducem Mediolani mrem nram exhibitis
quam de aliis rebus in quibus informari voluisti qui pla:
ne tibi omnia explicabit. tuque ita vt est voluntas nra et
prout melius expedire putabis. illa curabis. et perficies
pro fide et diligentia tua consueta. Oratores ~~Ser ru~~
Ill. Principum Germaniae qui tractauerunt nobiscum de concor:
dia et pace ad hoc vsque tempus nihil facere potuerunt con:
tumacia Ill. domini Mgri obstante iamque illos absolueramus
cum non vulgari testimonio gratitudinis erga illos et Illmos
Principes suos nre. verum mutato proposito postea. censent
rursus non ab re fore. vt Illtu Dominum Mgrm vna cu
Oratoribus Summi Pontificis et Serm Domini Nepotis nri
adeant. quod nos illi facere non negabimus. prout de his
omnibus et aliis quae hic geruntur Jodocus. plenius tibi re:
feret Dat in Thorun

S. I Rex P.

Bone regine coniugi sue

SERma Princeps. Mittimus ad visendam Mtem vram
hunc nunctium nrm vt de illius valetudine que nra pre-
cipua est cura certiores esse possemus, et sciat nos gra Dei
bene valere. Venisse ad nos hisce diebus Ores octo,
Principum Germanie, postulatum a nobis, vt dimissis armis
ad aliquam honestam concordiam cum Mgro ineundam acce-
damus. Nos de hac re nihil adhuc constituimus sed redi-
re gentes nras ad oppugnandam Holland et devastanda
terram hostilem fecimus nam per hoc tempus ipse gentes nre
se aliquandiu et equos suos in stacionibus reficiebant Et
speramus futurum quod brevi Mtem vram et crebris letis no-
uitatibus imparciemur

SERma Princeps Et domina domina mea clementissima
Post perpetue servitutis Et orationum mearum humilem co-
mendationem, Nondum redijt Nunctius missus ad Illrem
dominum Mgrm ab Oratoribus Principum Germanie sed
et non nisi sequenti hebdomada redire poterit. Interim vero
Exercitus Regie Mtis oppugnabit Hollandum admotis
ad illum tormentis maioribus vastatorijs que illuc de-
vecta sunt. et spero quod cito habebimus inde bona noua
que non erunt incognita vre Mti Serme. Cui meam par-
uitatem iterum atque iterum commendo, et que sit incolumis
et felix Dat Thorunij

Suspensio armorum in Prussia ad decem dies.

Sacra M^tas regia, ad instantem petitionem oratorum ad Sanct^mi D^ni n^ri et Ser^mi domini Nepotis sui domini Ludovici Ungarie et Bohemie regis tum etiam Ill^morum Principum Germanie, concedit Inducias et suspensionem armorum ad decem dies, qui currere incipient, a die dominico proximo festi Pentecostes, diem ipsum Dominicum includendo, ita vig^t quod homines et milites M^tis sue commeatum libere capere possint in terris domini Mgri et quod per hoc induciae violate esse non videantur

Nunc vero M^tas sua mittere dignabitur celerem nunctium ad exercitum suum quem sperat indubie futurum die Veneris proximo illic ad meridiem per quem committet ut ab eodem die veneris continerent se ab obsidione et oppugnatione Civitatis Montis regii, et terre Sambien

Ea tamen lege concedit M^tas sua ipsas Inducias, ut itidem D^s Mgr illas pariter servet adversus eius M^tem et gentes suas, utque intra tempus earundem Induciarum, et decem dierum predictorum, nichil hostile faciat, ac omnia quantum ad gentes suas, tormenta bellica commeatum, et alias provisiones Arcium et Civitatum suarum attinent sic permaneant, neque mittentur, transferantur, aut reformentur aliter quam fuerint ante diem quo induciae ipse incipient ita ut omnia et singula sint et maneant in eodem statu per tempus Induciarum quo fuerint, tunc cum ipse Induciae incipient.

Permittit Mtas sua vt prefati domini Oratores possint mittere Nuncium suum ad Dominum Mgrm Significando illi de suo adventu et Induciis ipsis, et vt ille eas observaret Conductorem pariter Mtas sua ipsi nuncio preberi faciet

Permittit etiam Mtas sua Oratoribus Illmorum Prin: cipum Germanie vt possint nuncium ad eosdem Principes suos mittere et de suis actionibus illos facere certiores cui similiter conductorem dabit

Mittere etiam dignetur Mtas sua cum eisdem dominis Oratoribus suos Aulicos aliquos idoneos pro eorum securitate et Honore

Andreas Cricius P[raeposi]tus Poznamien[sis] Petro Tomicio Ep[iscop]o Premislien[si] Auunculo.

R[everendissi]me Domine. aduocauit me nunc ad se Legatus Pontificis retulit actum fuisse secum hoc mane de voluntate M[aies]t[a]tis regie, vti Oratores Germanos ipse aliquo ingenio retineret persuaderetque vt simul omnes ad M[a]g[ist]rum proficiscerentur M[aies]tatem vero suam non modo limitaturam articulos quos volebant, sed et inducias concessuram, Miratum fuisse se quod non prius, et alio modo fuissent hec sibi insinuata, quo minus res appareret, tamen fecisse se officium et ipsos oratores continuisse his tamen condicionibus que sunt in hac schedula descripte / egit deinde vt prouisio illi pecuniaria fieret, et quod multis rebus indigeret, prout coram latius referam Rogauit me ne ad illum hec permanarent qui secum egit .

Critius Tomicio

R[everendissi]me domine, Postquam non licuit michi adire v[est]ram R[everendissi]mam D. scire dignetur. Legatus Pontificis hec illi nunctiari fecisse quod in summa dominus M[a]g[iste]r accedere non detractat ad condiciones pacis perpetue cum limitatione quorundam articulorum. vt fuit per Oratores propositum. verum non posse se facere id absque consensu tam Sedis Ap[osto]lice quam aliorum M[a]g[ist]rorum huius ordinis, ad quos consulendos et ad consensum impetrandum, petit Inducias duorum Mensium, atque ita petituros esse illos cum Oratoribus Principum

Germanorum ipsas Inducias non satis grato et fidenti aio cum intelligant liquido nihil esse certi ad pacem, et quod ingentis est dispendii Mti regie tantum Exercitum frustra ad incertam spem pacis alere, tamen fungi se velle suo offitio, in petendis ipsis induciis. et rogant vt Mtas sua boni consuleret idque responderet quod illi expe videbitur, sed si fieri possit hodie pariter respondere

Cricius Tomicio

Rme domine, Accepi nros certis quibusdam lanceariis Ciuitatem Brunsberg obsedisse. vbi si litteris cotineri, et vaccare deberent perpendere dignetur, quanti exitii esset, tantum Exercitum in suo, et eo quidem iam deuastato solo, iacere, ad euadendas vero inducias, optima est excusatio, Exercitum non Augii Ciuitatem sed sua oppugnare, hec scribo non vt putem vram Rmam D. melius ista cogitare non posse. sed quod et holitor interdum est oportuna loquutus.

Preterea habenda est, pro Deo, ratio actorum preteritorum quemadmodum soliti sunt aduersarii nros semper ab omni optima oportunitate hisce induciis et tractatibus abducere Et interim vires suas recolligere aut nras extenuare Ducesque legnicen quasi Dauì semper omnia perturbare solebant

Andr. Cricius. Tomicio Epo Vicecancell.

Rme domine. Pecyt a me dominus Rambieskÿ vt agerem apud Rmam. D. vram. quo committeretur ei aliqua legacinncula nomine regio ad Mtem Rlem, qui cum relaturus est ei de collacione istius Epatus, et dominus Raphael eciam illi scribit, videtur michi non ab re vt per eundem nunctium aliquid illius Mti significaretur, cui ego etiam scribam. Ceterum mi Rme domine cum hec alea sic cecidit, meas ita me Deus amet, ex sententia, si Rma. D. vra. impartire me dignabitur aliquo ex his relliquiis Supplico mittere me dignetur quo vult preter Gnesnam, nam vltra hoc quod locum illum nescio cur animus refugit, et Cracovie reliquum cui, si quod dominus Deus dabit, exigere statui, esset iterum necesse in manus domini Epi Ploczen incidere, et es immensum effundere, qui adhuc expedicionem eius Sacerdocy in manu habet, homo ticuta nodosior, et incercior, ne noxiorem dicam. itaque id gratie Rme D. vre committo. Verum quicquid actura est, agere dignetur, pro Deo, antequam corui illi hiantes reuolent.

Andreas Cricius Rtus Posn: Secretarius
Petro Tomiczki epo P: Regni P. Vicecancello
Avunculo suo.

Rme domine, Cum venissem ad Legatum Ponti: ficis obtulit mihi hasce litteras vt illas Rme. D. vre ostenderem, quas petit plurimum ab illa sola legi, et de illis nulli referre, ne quo pacto res ad Oratores per: manaret, ex his dixit intellecturam vram Rmam D. non adeo certum esse velle dominum Mgrm pa: cem illam perpetuam complecti, quam retulerunt ipi; nam non solum a Sede Aplica petere vellet consen: sum, sed eciam consulere Mgros alios et amicos atque ita sub hac incertitudine statuisse Sedie Oratores omnes si Mtas regia Inducias denegabit, prout cre: dunt, id se postulaturos, vt voluntatem suam super li: mitacione articulorum propositorum, in pace perpetua re: spondere dignaretur, vbi hoc impetrarent, vt Mtas sua ad limitacionem ipsam consentiret, conficere se velle te: norem eius concordie, et mittere domino Mgro, quo illam aprobaret, et manu sua subscriberet, addendo sola con: firmacionem et consensum Sedis Aplice, qui esset suffi: ciens, vt domi omnium bonorum Spiritualium, et vbi hoc ille facere recusaret se ad regionem quemque suam dis: cessuros, hocque illi se scripturos, quo eum credunt timore permoveri, se videlicet discessuros neque vllam aliam viam saluandi illum posse reperiri vbi vero consiliis eorum acquiesceret, et condiciones concordie subscriberet nihil aliud superfuturum, quam ad Pontificem pro confir: macione mittere, subintuli ego, qua certitudine Mtas regia, quo hec confirmacio, et pax ad affectum veniat negocium interim suum tante molis et momenti, intermittet,

respondit ille Sedem Apostolicam haud dubie omnia facturam et alia multa disputata inter nos eciam cum risu fuerunt, que non attinet nunc retexere. verum rogo illam plurimum ut perlectis hiis litteris Teutonicis, illas mihi quamprimum remittat, nam dixit venturos ad se Oratores illos, et velle ipsas litteras cum suis conferre

Responsum a Fabiano epo Varmien. Nunctio regis Polo. Sigismundi datum.

GRAcias agimus Immortales Sacre Mti Regie domino nro clementissimo de benigna et inclinata in nos gratia et quod tanta solliciitudine ad res Ecclesie nre animum adiecerit, et dominationem vram. mittere huc dignata est

Et cum Mtas regia Do. vram mittere voluerit ut perspiceret quibus damnis et incommodis et nos et bona Ecce nre sint affecta. paucis aperire cogimur que utinam obticere liceret. Que scripsimus ad Mtem regiam de hys atque omnibus aliis verissima esse omnia, nemo est in vivis qui non optime sciat hec nos incommoda non ab hoste sed a regio milite passos esse. In primis enim Districtus Tolkemiten. totus a regio milite exustus atque eversus est. posthac paulo ab hoste. Oppido Frauemburg incenso et conflagrato, cum Districtus ille in villis, hominibus et pecoribus undique ab hoste illesus servaretur superveniens regius miles, a quo pauperes defensionem sperare debebant villas compilatas, et omnibus rebus bonisque exhaustas

incendit. In Bramsberg autem cum Magr. solum Oppidu intercepisset: Regius miles districtum adortus. omnibus in eodem direptis villas pariter incendit, districtumque funditus euertit. In Districtum vero Melsak iuvenes regii, cum omnem hominum substantiam et suppellectilem abstulissent et ultra centum sexagenas iumentorum abegissent, villasque conflagrassent, pauperes in Oppidu Melssak fugientes et tuicionem querentes ad hostem profugerunt. post etiam regio Exercitui se dediderunt qui discedens, cum non satis validum in Oppido presidiu idque etiam sine paramentis repugnationis dimisisset, Magr. denuo Oppidum vi expugnavit, et in favillam redegit. Regio vero milite Oppidum Melssak tenente. ville nre ab eodem in Districtu Wormditen. a Melssak usque Wormdit desolabantur. Itaque quod Capituli et nri coloni in Worm ditt secedere coacti sint, qui ex crudelitate et tirannide militum regiorum, cum sua diripi, Sacra prophanari, filias in conspectu patrum constuprari, senes frustratim concidi cernerent, commoti, Oppido etiam nro Wormditt in manus Magri fere prodito me exmisissent. Quod vel hinc satis liquet, cum et advenitanti regio milite portas clausissent nec Sanguine nobis iunctos. et per nos vocatos. intromittere voluissent, quibus omnibus obviari potuisset, si qui ptatem habent in Exercitu que mandato regie Mtis vetuerant. in exequutionem posuissent atque in transgressores animaduertissent. Gavisus sum quidem cum audissem dominum Castellanum Zarnoviensem advenire et disciplinam militarem dissolutam in melius redigere debere. Verumtamen quid fructus ex hac missione mihi acciderit coram videtis. Cum modo tres cohortes Masovitarum ex altera parte Bassarie fluminis primum in

Districtum Vormiditen irruerunt, omnia illic vastantes et spoliantes, Quis antea pecuniam auenam victualia et omnia necessaria ab hominibus exegerint, ipsosque fide non seruata, nihilominus bonis omnibus exuerunt hoc Districtu ergo spoliato et desolato, cum istic nihil amplius possent, diripere. Districtum etiam Guttstaten adorti, eundem vastant. Vt ipsi ex pauperum querelis incessantibus, satis audistis, quos non satis habet bonis exuere, sed etiam variis cruciatibus pecunias ab eis extorquere non cessant, adeo vt etiam hostis a nris, q ij milites mitius agat, Qui quidem hostis in die palmarum, quis aliquod villas expilasset, tamen penitudine ductus, ablata restituit, presidium ante Frauembergen altera die post palmarum mox in Vorindittum districtum irruit, et quatuor villas nobis tres capitulo vastauit, vna funditus nobis concremata et Quis huis malis defensione et repugnacione nrorum possemus resistere, tamen in gram Mtis regie, et ne qd hosti solaciu pararemus, hactenus supersedimus. Et si subditi nri diutius hec mala ferre nolint, et defensionem a nobis petant et vbi eos defendere noluerimus alium sibi querere defensorem minantur. Cogimur formidare ne cum Districtibus et Oppidis perdamus ne ipse quoque a nris, hostibus offeramur. Vnde rogamus quatinus Mtas sua huis malis occurrere dignetur

Agimus etiam gras Mti regie, Quod cum presidia equitum deducere ex Oppidis nris per dominum Campiductorem velit. Nichilominus Oppida eadem vacua relinquere nolit, sed ea peditum muniere presidiis decreuerit, Quis autem Mtas sua ex regia clemencia

Trecentos exhibeat, ducentis tamen sufficiemus

Scire quoque desiderat M^tas sua consilium meum, an magis Hollant et Bransberg expugnare, an magistrum ubi modo est obsidere expediat. mihi in hac re visum est quod ante adventum novi exercitus ex Bohemia et Moravia hii qui nunc ante Hollant sunt ibidem se exerceant, studeantque hac arce potiri Si autem interea temporis, quod Deus prohibeat, arce ista potiri non possent, ut Arx cum Oppido circumvallaretur et munitiones circa vallum extruerentur, relinquerenturque in iis oportuna presidia, ne quis exire Arcem ab hostibus vel ingredi posset. quodque totus reliquus Exercitus cum machinis in Konsbergh aut ubi Mgr inveniretur moveret, posset eo per aquam ex Thorunia Gedano, et Elbingo omnis commeatus exercitui adduci, Nec id Konsbergen possent vetare, Exercitus etiam facile pontem sibi trans flumen Pregla, strueret, unde et in Sambiam et Notangiam posset excurrere. quare oppidula defenssione vacua, facile ad deditionem venirent et Civitas ipsa Konsberg, factionibus plena, deficere a Mgro ad M^tem regiam cogeretur. Speramus hec omnia in bonum finem deducenda, postquam novus Exercitus veteri, et novi College, domino Campiductori adiicientur, prout latius Do: V^ra ex informatione, quam oretenus feci Sacre M^ti Regie cum humili commendatione mei referet.

Sigismundus primus. Rex Polonie
Capitaneis exercitus sui regii in Prussia

MAg.ci et Generosi Sincere nobis dilecti. Scripsit nobis
Rdus Dos Epus Varmien. bona sua et Ecclesie sue
magnis et continuis periculis esse exposita. vastariqz
et diripi. non solum ab hostibus. sed etiam a nris mili-
tibus. petens vt securitati sue et subditorum suorum
gratiose prouideremus, Nos non libenter videremus
vt ipse Dos Epus destitui omni subsidio nro deberet.
qui cum sit subditus et consiliarius nr non licet illum
nobis indefensum relinquere, Volumusqz et mandamus
S. vris prohibeant. ne vlla damna aut incendia in bonis
illius et eius Ecclesie committantur. possunt enim nri
milites ire pabulatum ad terras hostiles, et non attingere
bona subditorum nrorum, et quia timet etiam idem Dos
Epus, ne Illris Dos Mgri vires suas in se conuertat. et
Oppidum eius Ressel oppugnet. volumus vt S. vre illud
confortent. et oportuna subsidia illi ferant, ne de nra in
se gra et protectione desperet. Ceterum equites Bo-
hemos contineant vre S. in seruitio nro. et bono ac forti
animo esse iubeant. et admoneant bonis et benignis ver-
bis. vt pecuniam, vt pecuniam quam illis misimus accipiat.
et diligenter perpendant. quo in statu sint nunc res nre
cum hoste nro. qui indies magis hostiliter, et contumeliose
se erga nos gerit, nec ad officium debitum redire posse
videtur. nisi vi et armis coherceatur. quod vt fieri pos-
sit. adnitantur sedulo vre S. et Exercitum nrum in

fide et disciplina militari contineant pro officio suo et gratia nostra que bene valeant Dat

P. Tomicius Eps. Regni Pol. Vicecancell
Nicolao Firley Palatino Raven Campiductorj

Mag^ce domine, amice et fautor honorande. Nuncij qui erant hic missi a domino Mgro, Responderunt super articulis qui illi dum hic esset, erant oblati. sed responsum illorum, quemadmodum Vris D. istic. ita et nobis hic michil placuit, erat enim tale, quale vix facere illos decebat, si regiam Mtem et maiorem partem Consiliariorum regni quod absit, in captiuitate sua haberent. Itaque remisimus illos in malam crucem, et declarauimus aperte, quod et nunc et postea quamdiu vel minimum extabit vestigium nobilitatis Polone, nunquam eiusmodi conditiones quas nunc proposuerunt ab eis acceptabuntur. quid postea meditabuntur, euentus declarabit. verum Dns Eps Pomesanien, certo promittit Mgrm omnino huc esse venturum et pacem perpetuam iuraturum, Quod ipsum ego quoque credo bene, et spero futurum, modo vra M: fortiter oppugnationem Ciuitatis Braunsberg prosequatur, et hostem contumacem et arrogantem omni ex parte vrgeat. valeat et sit felix vra D. et me diligat. Dat

S. Rex P.

Erasmo Epo Plocen. Oratori suo Rome.

Rde in Chro pr Sincere nobis dilecte. Non igno:
rat Vra Ptas quas molestias et iniurias nobis
Mgr Prussie semper exhibere consueuit, premendo mul:
tifariam subditos nros, vt illos ad defectionem cogeret,
vtqz toto tempore delectus faciebat, arma, Pontes, tormẽta,
ac alia belli instrumenta parabat, subsidia sibi vbiqz cõ:
tra nos comparabat, que omnia, cum tanta paciencia quanta
vix illi obseruans fr possit ferremus, nolentes arma
nra a negocio cum infidelibus diuertere, et ea in Chriaum
et consanguineum stringere, morem eciã gerentes Sedi
Aplice ad eius postulata biennium Inducias pacis me:
dio fratris Nicolai cum ipso Mgro suscepérimus causa
generalis expedicionis, nam illa non sequente, res eo
processit, vt ille abusus paciencia nra, suiqz debiti, sue
professionis, ac eciam vinculi Sanguinis immemor existes,
et dispositis libere suis rebus omnibus, conspirauit aduer:
sus nos cum nris hostibus Tartaris et Moschis, quorum
Nuncios semper apud se habuit, et nunc habet, eduxe:
ratqz ex Germania, vt P. vre ante scripsimus ma:
gnam vim militum lancearioru, et interim cum illi ad:
uentarent, multas clades per predones subditis nris in:
tulit et preter infinita alia Elbingenses aliquot insignes
capi et truncatis manibus et pedibus exanimes ad Ci:
uitatem reduci procurauit sollicitauit subditos nros ad
defectionem, et transitum sibi cum Exercitu prestandum
ipseqz in procinctu fuit omni apparatu bellico, nos ex
improuiso adoriendi, quibus rebus ingenti motu ac tre:

pidatione in terris nris Prussie facta, iamqz aliquibus val:
de nutantibus coacti sumus hoc tempore incommodissimo
cum apparatu bellico huc venire, et subditos nros tueri
persistente vero adhuc illo in sua pertinacia, et nobis inri,
et subditis nris deesse nolentibus, ventum est ad bellu
Jamqz misimus Exercitum nrm in terra ipsius. Mgri, qui
eam longe lateqz deuastauit, et tres Arces ac noue
Oppida et Ciuitates illius cepit, nuncqz oppugnat Ar:
cem et Ciuitatem Hollant, extra quam eduxerat nuper
Mgr nonnullas suas copias, quas satis modicas habet
et terga dare est coactus, fugatusqz est usqz ad portas
opidi, quo ab exercitu nro breui iuuante Deo, expu:
gnato, conferet se idem exercitus ad recuperandam
Bransberg, quam ipse Mgr dolo et prodicione illoru
Ciuium die Circumcisionis domini intercepit, ita fere
omnes subditi Epatus Varmiensis ad defectionem sunt
propensi qui si constanciores in fide esse noluerint, ha:
bebuntur a nris pro hostibus, et vastabuntur, Insuma
statuimus hunc Ordinem nonsolum nobis, sed toti rei
Chriane nocuum iam continuo bello premendum et exter:
minandum, cum intelligimus nos ab nunq pacem habitu:
ros. quod P. vre significamus, volumusqz vt tam cora
Summo Pontifice q omnibus Cardinalibus hec uti pote:
rit facinora Mgri amplificando, et nram pacientiam et
iniuriam manifestando declaret, et quanta hec sit pernicies
rei Chriane futura inculcet. quod ordo hic ex sua pro:
fessione non modo non pugnet ipse contra infideles, sed
cum illis conspirans nos impedit, et distrahit ab hoc negocio,
quod solis humeris nris et continuo sanguine sustinemus.
repetat illis quante clades erant olim illate cum alijs
regnis Christianis tum Italie et Urbi Rome per gentes
ex Scythia et Sarmatia prorumpentes et id ne adhuc
accidat, nos illos arcentes nunqua a bello et summo labo:
re ac angustia vacui sumus et proinde agat omni studio
et industria vt Mgrm et Ordinem hunc ad inuidia

et causam nostram iustissimam . in gratiam istic Summi
Pontificis et omnium insimul . fauoremque illorum nobis in
hoc euentu conciliet . qui magis ex vsu sumus et esse po-
terimus semper Romane Sedi . quam decem isti Ordines
qui alioquin nichil pro illa vel relligione vnquam agunt
reliqua id genus prudencie vre Pati committimus vt
quanto melius potest super hac re declaret, et fauorem
nobis comparet, vt absque vllo impedimento possemus
hunc omnium malorum nostrorum fontem extirpare Et
bene Valeat Vra Pietas

Sigismundus . I . Rex Polonie .
Bone regine coniugi .

Serma Princeps, Mittimus hunc nunctium ad inuisendam
Mtem vram . Cui Significamus . Ciuitatem Et Arcem
Holland esse nudius quartus per milites nros expugna-
tam, in eaque cum multa instrumenta bellica, tum militum
et hominum pociorum supra trecenta sunt capti, vnde reli-
qua ad conficiendum hostem erunt faciliora Vra igitur
Mtas his faustis successibus nris letos istic agat dies,
Et nri memor . optime Valeat

Sigismundus I. Rex P.
Joanni Lubbrantio Epo Posn.
Luce de gorka Castell. posn

R[evere]nde in Chro p[ate]r nobis sincere dilecte. post expugnatam et interceptam Arcem Holland una cum Oppido, cum inde se nouisset nr Exercitus et Duces seu Capitanei illius aliquot turmas equitum et peditum sub Ciuitatem Braunsberg premisissent. trecenti pedites lancearii contra illas excurrentes manus cum eis conserverunt qui fusi cesique sunt omnes. preter paucos captiuos insigniores quos seruarunt in testimonium sue victorie, eedem ipse turme insequentes lancearios predictos. suburbium nouum et bene munitum illius Ciuitatis interceperunt Spemque bonam habemus, quod quamprimum uniuersum robur Exercitus nri illuc appulerint, Ciuitas ipsa veniet cito in potestatem nostram. bene Valeat vra P[a]t[erni]tas

Dat

S. i. Rex P.
Alberto Magistro Crucigerorum
in Prussia

Ill:mis Princeps et domine Nepos nr Char:me Accepi(m)us
lras vre Ill: Quibus scribit ea que cum illa egerunt
eius prefecti Copiarum presertim de Captiuis, commemo:
ratq[ue] morem et consuetudines quasdam que deberent esse
inter Principes et Reges Chrianos in eo videlicet quod
commutandis captiuis vtrimq[ue] vel seipsos menstruali stipe:
dio redimendis attinet, querens a nobis vtrum nos iuxta
eas consuetudines conseruare vellemus. In quo pariter
vellet se nobis accommodare, Nos licet hactenus non co:
sueuimus bellum cum illo Chriano Principe agere, semper
et libentius cum infidelibus pugnantes, morem tamen et
consuetudines bellicas que inter Chrianos sunt, et que
in prioribus bellis his Prutenicis seruate sunt non igno:
ramus iuxta quas gerere nos sciemus. secundum quod
dignitati nre conueniet. Leges autem aliquas et preser:
tim ex more Germano et consuetudine Gregariorum mi:
litum nobis statui non permittimus, Non vrget nos vlla
necessitas, vt facere deberemus, captiuos pro captiuis
commutari, Sed et mercaturam hominum exercere no:
lumus, nec eo indigemus, vt captiuos precio dimittere de:
beremus, sed in his et aliis vti arbitrio et gra nra re:
gia volumus, quam satis superq[ue] subditi et milites vre
Ill: sunt experti, Quod autem in fine Lrarum suarum
commemorat de his qui sponsione fidei sunt nobis obstricti
q[uod] nesciat quali eos ad nos remittere deberet propter
insecuritatem ex illo, q[uod] casu vnus occisus est non data
opera ipsi viderint quali sue fidei et honori satisfacere
debent, quod illos non dubitamus facturos. Cum vero

ad nos ipsi captiui venire voluerint commisimus Capi-
taneis nris, vt illos sufficienti securitate prouideant bene
valeat vra' Ptas Dat

Sigismundus primus Rex Polo^e^
Militibus Alberti Magistri Cruciferoz in Prussia

Nobiles ac Generosi grate nobis dilecte. Reddite sunt
nobis lre' vre' quibus diffuse describitis, ea que acta sunt
cum hiis qui capti fuerunt in Hollant et aliis nris captiuis
commemorantes morem et consuetudines bellicas. que ser-
uari soleant inter Chrianos, et agentes id vt permittere
deberemus, vel permutari inuicem, captiuos, vel eos me-
struali Stipendio redimi. Quia vero de eadem re
Ill: Dos Mgr' nobis scripsit, et ei respondimus que sit
voluntas nra', non opus putamus eadem ad vos ite-
rare, que ex illius Illte abunde cognoscetis. Verum
quod ad ipsos captiuos attinet, satis testata est erga illos
gra' et benignitas nra', cum longe alr agitur cum nris
vt qui nonsolum enormibus et pudendis suppliciis affici
solent. Sed etiam ad Scysmaticos in contumeliam nominis
Christiani mittuntur.

Lre Magci Petri Kmite de Vissnicze, Castellani Voinicen, Colensis et Premislien Capitanei, Marssalci Curie Regie aduersus milites Magistri Cruciferorum, qui in bello prussiaco capti, et fidei militari ad sistendum sese regi Polonie victori obligati, postergata fide et honore suo: non sisterunt sese coram sua regia Maiestate. Infames declarati.

Vniuersis et Singulis, cuiuscumque dignitatis status et con:
dicionis existentibus presertim Exercituum Ducibus Si:
gniferis, Castrorumque et Copiarum Capitaneis quibuscumque
tam equitatus quam peditatus militibus, et generaliter omnibus
qui militarem virtutem fidem et honorem obseruant et
tuentur. Ego Petrus Sobienski de Wisnicze Capita:
neus Przemislien, et Sermi Principis domini Sigismundi
regis Polonie etc Curie Marsalcus: Notum facio, quod cum
in hoc bello inter Sermum Dominum meum Polonie regem et
Ill: Do: Albertum Magistrum generalem in Prussia exorto.
quidam fratres Ordinis Cruciferorum, et alij tam Nobiles
quam plebei milites et subditi domini Magistri in Castris interce:
ptis in conflictu, atque in alijs belli, vt fieri solet euentibus
capti, et per Capitaneos Sacre regie Maiestatis vt se hic statue:
rent stipulata manu, sub fide et honore militari Sacramento
astricti fuissent se hunc pro tempore prefixo prima vice statue:
runt, et sic ad manus meas ex regie Maiestatis mandato ratione
officij quo fungor peruenerunt. Quibus omnibus ex sin:
gulari Maiestatis regie gratia in diuersorijs et hospicijs, quan:
tum ad victum spectat liberaliter impendi, et eosdem in pre:
dicta astricte fidei sponsione hic humaniter tempore satis:
longo habui. donec ipse dominus Magister hunc ad Maiestatem regiam

se contulisset intercessionem pro ipsis captiuis, vt fide de:
uincti pro certo tempore ad propria redire permitterentur
interposuit Quod Mtas regia ex innata sibi benigni:
tate et clemencia concessit et eos per me ad manus sue
Mtis astrictos, vt pro infrascripto tempore se rursus statu:
erent, sub forma sponsionis que sequitur abire permisit
verba autem hec erant Ego .N. promitto sub mea
bona fide et honore, quod me in persona propria statuere et
representare volo Sermo Principi et domino domino
Sigismundo Regi Polonie etc Ad Pretorium in Anti:
qua Ciuitate Thorunen, aut vbi Mtas sua regia pro
eo tempore in propria persona constituetur pro die Assum:
ptionis gloriosissime Virginis Marie proxime futuro
vel si contigerit, quod ante hoc tempus prefixum, vel in
ipso tempore ab aliquo alio caperer, vel alia fidei
sponsione obligarer, aut quouis alio modo detinerer, pro:
mitto eciam sub mea bona fide et honore, quod neque comedere
neque bibere neque ad alimentum vite mee quicquam suscipere
volo, tamdiu donec rursus liber dimissus fuero, vt me sta:
tuere, et huic priori mee fidei sponsioni satisfacere possim,
Et dum me statuam a predicto Pretorio, aut loco, vbi
Mtas regia constituetur, neque abire neque declinare volo,
donec michi per Mtem regiam, aut ex eiusdem mandato
vlterius prouisum fuerit. Promitto eciam hanc fidei spon:
sionem non euadere, nec ex ea me liberum facere qua:
cumque inuentione, que humano ingenio excogitari posset
nisi prius per Mtem regiam, aut per illum cui hoc Mtas
regia commiserit ex ore in aures, et per porrectam
manum liber et solutus fuero, Nichil eciam contra Mtem
regiam, eius terras, subditos, milites, et gentes bellicas
et quoscumque alios ad Mtem regiam spectantes, quamdiu in hac
fidei sponsione astrictus sum, attentare seu agere volo

consilio auxilio scris verbis, aut quocumque alio opere vel quibuscumque aliis viis et modis, qui industria humana inveniri possint, et quicquid contra istas meas sponsiones in subsidium michi accipere, id omne contra bonam fidem meam et honorem esse debet.

Huiusmodi fidei et honoris captivi infrascripti omnes fecerunt sponsionem, scilicet ad statuendum ut premissum est unanimi consensu submiserunt et ita hiincsunt ad propria dimissi, Postquam vero tempus prefixum eis advenisset, ex omnibus nisi isti quatuor fidei et honoris amatores, et probi Nobiles se statuerunt.

Georgius Witmansdorff
Georgius Sack
Joannes Czertewicz
et Christoferus de Tobennek se ~~statuerunt~~

Reliqui autem qui subscripti sequuntur, datam fidem et honoris, ut perfidi et infames obliti, non redierunt, Quorum nomina hec sunt, et imprimis qui in Castello et Oppido Marienverder obsessi capti fuerunt

In Marienuerder
Joannes Rippe
Joannes Paklemor
Paulus Nasse
Joannes Manstein
Fridericus Mayss
Georgius de Kringen
Steffanus de Leden
qui etiam ad primam sponsionem se non statuit

In Barstein

Deinde qui in conflictu circa oppidum Brattstein fuerat capti
Georgius de Hentten frater ordinis, et Commendator Dominus Rigensis
Rudolffus de Ratten, etiam frater Ordinis, Campan in Goldingen livoniensis
Basilius de Retchen
Hermanus Nagell
Joan de Russek
Otto de Thrence
Joan de Heyne

Hermannus de lingen
Ebrehardus Brekeffedt
Vpertt de Ellen
Andreas Manstein
Joannes Ekke

Versus Castrum Belgē
Isti etiam duo Wolffangus
de Schönbergk
Et Baltazar Rombler ex
austria qui capti fuerunt
in via versus Castrum
Belge

In hollant
Postea illi qui in Castro
Hollantt obsessi capti
Henricus hilsbergk
fr ordinis
Philipus Greisingk
Sigismundus Czwighoff
qui se falso Christoferum
de nawhawsen nuncupabat
Theodoricus de Trewke
Allexander Swob
Joan Rawnik
Christoferus liskewan
Michael Sigler
Nicolaus de lante
Martinus pfafftan
omnes olim Nobiles
Qui vero sequuntur
plebei et domini Mgri
qui vulgo vocantur
Drabantes videlicet

Bartholomeus de Memingen
Georgius Dytrich
Bernardus de hegerloch
Joannes Pechte
Georgius hermen
Georgius Reittingen
Joannes de Czell
Wolffangus ffewchtewäg
Clemens de leypczik

In Hollantt et in Brandeburg
Joannes Timpanista
Petrus Fistulator Cum
istis ibidem in Hollandt
Capti et fidei sponsione
ad statuendum se Mti
regie Trecenti lancearij
vulgo lanczknechti
astricti fuerunt De quibus
Centum Quinquaginta, astrictam
fidem et honorem post
tergo relinquentes se
non statuerunt Reliqui
vero centum quinquaginta
huc venientes fidei et
honori satisfecerunt
Quos Mtas regia ex
innata clementia suis
expensis, usque ad oras
regni deductos, sub iuramento,
ne quitquam deinceps adversus suam Mtem
eiusque terras et subditos
agerent liberos dimisit

Tandem isti qui obsessi in Castro
Brandeborgk capti fuerunt
Craffth de ffestenborgk fr
ordinis et locumtenens in
Brandeborgk
Georgius Erlichey eciam fr
ordinis
Egloff de Ditrichhochen
Vlricus de Iglingen
Joannes Compessen
Albertus Wassell
Paulus Weistett
Georgius de Millen
Albertus Karstell qui
eciam non redierunt

Cum autem isti suprascripti ex nomine quinquaginta et vnus et deinde centum quinquaginta lancearij homines nichili, nefarij, et fidefragi, ad diem eis deputatam se non statuerunt astrictamque fidem et honorem impudenter deseruerunt, et flagiciose abiecerunt neque digni sunt, vt cum bonis et militaribus viris quibuscunque viuant, comorentur, aut quomodocunque commertia et consuetudines habeant, neque eciam, vt vel pace vel bello cum honestis et probis aliquem locum habere debeant sicut illi qui sine omni pudore honorem et astrictam datamque fidem postergarunt, que a quolibet bono viro summus Thesaurus et pluris quam salus et vita ipsa estimatur noluimus istos fidei et honoris desertores, omnibus qui virtutem et honestatem amant, ne eorum contagione inficiantur diutius esse incognitos Datum Tornnij ipso die S. Egidij 1520 prima Septembris

Secunda Aprilis Obijt Dnus [illegible]
[illegible]

Vigesima secunda May Joannes [illegible]
[illegible] mortuus

Vigesima [illegible] May Dnus Episcopus [illegible]
[illegible]

Decima [illegible]
[illegible]

Vigesima [illegible] Junij [illegible]
[illegible]

Vigesima [illegible] May [illegible]
[illegible]
[illegible]

Decima [illegible]
[illegible]

Secunda Aprilis, Ores Ducis Pomeranie, in Torunio auditi

Vigesima secunda Maij Joannes Lubranski Epus Posnaniensis mortuus

Vigesima quarta Maij Rex Episcopatum Posnaniensem contulit domino Tomiczki

Decima octaua Junij Albertus Mgr Prussie Torunium venit ad regiam Mtem in Saluo Conductu

Vigesima Sexta Junii Mgr, promisit se iuraturum in pace perpetuam, circa occasum Solis

Vigesima octaua Junij Magr Prussie, ex Torun disces: sit propere, rebus omnibus infectis, audiens aduenisse sibi per Mare ~~decem~~ mille lancea riorum

Decima nona July Rex Epatum Premislien dedit Ra: ffaeli Liesczinski in Torun

Sigismundus primus Rex Pol. Leoni Xmo. Pontifici Maxio.

Sancti^me^ in Chro pr. Decessit hisce diebus Rx dns. D. Joannes Epus Posnamien Consiliarius regni mei. ad cuius Episcopatum evestigio sufficiendum putaui, Rx dum Petrum Epm Premislien, et regni mei Vicecancellarium, virum doctrina virtute et meritis insignem, et cum michi, tum vniuerso regno meo acceptissimum. Quare commendo illum omni studio vre Santi, et supplico ei, vt ipsum ad eundem Epatum Posnamien prouehere, et Sacerdocia que habet, omnia quidem Iurispatronatus mei pariter illi reseruare dignetur, prout iam alias ei etiam reseruata fuerunt. quod ego deinde possem liberius de illis vti michi visum fuerit disponere et seruos meos, quos idoneos et meritos habeo, prouidere, faciet vra. S. rem sua erga me benignitate dignam et michi longe gratissimam Ceterum ago immensas gras vre Sanctitati, q ad ea tractanda que rebus meis expediunt, mittere huc ad me dignata est suos Oratores quos hic aliquantisper adhuc retinebo donec hii tumultus bellici, quibus distineor sedabuntur, vt illi testes fiant, apud Santem vram tum gestorum tum etiam equanimitatis mee. Nam quod ad profectionem in Moskouia attinet, quia aliter se multo habet quam sit eidem Sanctitati vre persuasum nec decens, nec satis tutum vt illuc irent, putaui, Verum supplico illi enixe, vt pro honore suo et meo populorumque meorum commodo ac etiam dignitate, concedere dignetur easdem facultates Rx do domino Zacharie Epo Gardien, ad annum duntaxat in regno et dominiys meis Polonie exercendas, quas illi ad Ducatum Lithuanie et Moscouie concessit, nam illic

nullius pene usus esse possint, propter multitudinem Incolarum ritus Greci et raram necessitatem eiusmodi facultatum que illic hominibus incumbat. Erit hec res mihi non vulgariter grata et subditis meis utilis, cum ea que isthuc ex Urbe aut Hungaria petuntur, hic domi haberi possint. Quod vram Sanctitem pro sua benignitate facturam non dubito. Cui me cum regno et dominiis meis ex corde commendo et cupio ut sit diutissime felix et incolumis

~~Sigismd. I. Rex Pol.~~
~~Achilli de Grassis Bononiensi~~ Laureno
S. Quatuor Coronat. Carli Protectori
Petrus Tomicius Eps Vicecancell.

RME in Chro pr et domine domine mihi colenme post servitutis mee debitam commendacionem. Compertum habeo iam pridem multis documentis, de singulari erga me favore vre Rme D. et quantum rebus meis istic nullo a me unq officio provocata, commodare solet. quam benignitatem illius quia non adeo merui, ut illa exuberat, nec eciam hactenus ulla est mihi data oportunitas merendi, nihil magis in votis meis habeo. quam eam mihi dari, ut vicissim cognosceret meum in se studium et observanciam perpetuam, rogo itaqz plurimum Rmam D. vram, ut quando intelliget obsequia mea sibi aliquando ex usu futura, his eque ac cuiusuis sibi deditissimi semper uti dignetur, velitqz in presens negocium expediciois Epatus Posnamen, ad quem me Serma tas domini mei mei promovit commendatum habere, suumqz patrocinium adhibere, quo una cum reservacione paucolorum beneficiorum meorum, quamcelerius, et absqz difficultate absolvatur, Inveniet me rursum vra Rma D. in omnibus quibus sibi commodari et inservire a me posse existimabit et mihi iniunget, fidum et paratissimum semper Comedo me et obsequia mea vre R. D. id. quam ex animo sui sentencia bene valere desidero Dat Tornun secda July

Sigismundus Rex Pol.
Erasmo Epo Plocen. oratori Rome.

RDe, Contulimus Epatum Premislien Generoso Raphaeli de Leschno Castellano Landenensi virtute et meritis illius id exigentibus, P. Vra curam et operam suam adhibeat, vt hoc eius negocium per eos quibus ille commisit vna cum reseruacione Canonicatus sui Cracovien istic sine difficultate et celeriter expediantur, Ceterum referet Sanmo domino nro milites quos in finibus infidelium habemus duo millia equitum Thurcorum et Thartarorum his diebus prostrasse et cecidisse. Referet eciam dominum Mgrm Prussie vtcumque in summa rerum angustia constitutum, et per gentes nras grauiter afflictum, a cepto suo tamen adhuc hostili et pertinaci non destitisse, qui licet apud nos fuerit, humilitatem et animum se nobis reconciliandi prese ferens, tamen ducens nos aliquamdiu verbis supplicibus et promissis, tandem subsidia externa consequutus, rebus omnibus infectis discessit, atque ita non nra sed illius culpa bellum indies magis incrudescat, quod nos minime delectat, vtcumque nobis felicissime succedit, quod et sanguis Chrianorum effunditur, et nos a bello cum infidelibus cui consueuimus distrahimur Et proinde Ptas vra eidem Sanctmo domino nro nos excuset, Quia vero legatum hunc Rdum dominum Epm Gardien, quem illius Santas ad nos misit propter multa negocia conficienda, tam cito dimittere a nobis non possumus, volumus vt Ptas Vra agat apud ipsum Sanctissimu D. nrm vt quemadmodum illius Sancti prius scripsimus conferre dignaretur eidem legato tales facultates in regno nro, quales illi in Ducatu Lithuanie et Moscouie concessit vt illum non peniteat apud nos

id temporis exigisse, et subditi nri hoc leuamen habeant q illa que foris querere oporteat domi habere possint circa q R. vra vt q celerius hanc facultatem expediat et bene valeat

Andreas Tricius . Petro Tomicio Epo

RME in Chro pr et domine domine colenme Applimi huc Sabbato, gra Dei, Saluus et incolumis, vbi e vestigio summus mihi labor impositus est componende differencie inter Dominum Pallatinum Posnamen et Caplm, quod michil absente me agere voluit et ille de absoluendis funeralibus nihil admittere, donec esset secum de rebus derelictis compositum, quod negocium quia sine magna difficultate et tumultu transigi non poterat sumus vsi eo diuerticulo quod non liceret nobis nec esset integrum aliquid in presens constituere sine vero earum rerum successore ne postea vel ab illo vel certe a summo Pontifice, et Coruis illis hiantibus impeteremur, igitur post longam altercacionem ita medio domini Castellani Posnamen conuenimus quod ea que fuerunt per familiam pro domino Pallatino in Curia occupata, essent in sequestro apud ipsum dominum Castellanum Posnamensem, illa vero que in Ecclia sunt, non mouerentur vsq dum confirmacio Rme. D. vre afferretur, nam facile erit illi simul cum domino Castellano Posnamen rem componere, qui ad partem nram recte est dispositus, et Dos Pallatinus illi se totum tradidit Restat adhuc difficultas de uestibus quas iam accipere vult, et nos recusamus consentire, vt sit deinde quo per concordiam circa peccuniam et argentum contentari possit. Hesterno die post prandium tumulauimus funus magna hominum frequencia

et fletu, qua tragedia peracta processum est ad electionē administratoris vbi coactus precibus omnium et suasu etiā eorum qui rebus. D. vrē Rme singulariter afficiuntur quod id ex illius vsu esset, prouinciam suscepi, haud libēs certe quod accipiendi mihi sunt semper Canonici et alij Sacerdotes pro summo eorū affectu et honore quo me pro: sequuntur, et clauis Rex Posnanien̄ que administratori ce: dit, tota penitus est exesa tum expilata, culpa et con: niuencia domini Volski, de quo et alijs negocijs scribā postea fusius, nam hos inter Inferias, et cantum feralem scribere oportuit tantum laboris est et angustie temporis nunc confectis vigilijs bona partim debemus, ego curā: bo negocium hoc ita dirigere vt quo minus fieri poterit deligutiatur, me Rme. D. vrē vti domino meo beni: gnissimo humilr Commendo, quam Dōs Deus seruet diu: tissime felicem et incolumem Dat Posnanię in crastino Sancte Trinitatis Anno M°. D°. XX°

Andr . Critius . Pl^tus . P.
Petro Tomicio Epo. Vicecancell.o

RME in Chro pater Et domine domine colendissime
dispertiuimus tandem bona Rme D. vre non vsqz quaqz
ex mea sentencia, qui volui pro indigencia bonorum per:
sonas attribuere, non pro Senio Canonicorum, vt illi vo:
luerunt tamen curaui vt vnusquisqz faciat exactam
diligenciam in conscribendis omnibus tam ablatis, quam
relictis, et ne quicq deinceps distraheretur, Mihi clauis
Posnamen obuenerat ex qua cum onera Ecce me ferre
oportere intellexi, et nihil in ea prorsus inueni, cepi pocius
Bnconien, licet cum displicencia domini Cantoris qui labra
fonte illo caballino proluere cupiebat, vt quod ille epo:
tare debuisset, pocius ad onera Ecce conuerteretur qua
ego peccuniam meam exponerem, ad racionem vt illi volebant
peccuniae Rme D. vre / Dns Opalienski dolens de eo quod
fecit, obtulit mihi se redditurum omnia, iamqz ad illum misi, sed
Soboczki plura corrasit a quo eciam curabo cuncta repetere
Me Rme D. vre vti dno meo perpetuo humilr commendo
quam Dns Deus seruet diutissime sospitem et incolumem
Datum Posnanie die Martis Anno dni. Mo. Do. XXo

P. Tomicius Eps Posn nominatus:
Et Regni Polonie Vicecancells

Joanni Bonero Consuli Burgrabio
Et Zuppo Crac. in Ociec Capitaneo

Generose domine amice Charme Post discessum hinc. D. Jodoci licet constitutum erat, vt oratores omnes irent ad Mgrm, et induciae decem dierum concesse fuerunt, tamen exposcentibus Oratoribus Principum Germaniae, ne Exercitus regius victum sibi intra hos decem dies in terra ipsius Mgri caperet, sed emeret pecunia, que res difficilis et non ferenda fuit, nec Mtas regia ad illam consentire potuit, discessum est rebus infectis, Exercitus Regius iam hactenus est circa Montem regium, sed adhuc ignoramus quid illic agit. Ceterum placuit domino Deo auferre ex hoc mundo Rmum olim Dominum Epm Posnanien feria tercia preterita, cuius Epatum Mtas regia dignata est pro sua gra mi conferre obligauit me tamen vt adhuc officium per non paruum tempus retinerem, quia vero semper cognoui fauorem in me singularem vre. D. nunc illo michi maxime est opus, vt videlicet antequam litteras in Vrbem conscribam, parare velit nunctium qui eas celerrime Venecias portaret, et illinc quam velocius Romam per postas transmitterentur, vt breue accipiende possessionis ante messem habere possim, nam per negligentiam magnum dispendium acciperem, vellem autem, quod negocium expedicionis dominis ffokaris Rome vra. D. committeret, quia illi omnia celerius conficient, quam Dominus Epus Ploczen, qui alioquin est in omnibus tardus, cui tamen scribam lras, vt iuuet rem, sed vt dixi expedicio tota dominis Foccaris committeretur. Narrauit mihi dominus Jodocus, quem in numerum Secretariorum curaui ascribi, quod .D. vra illum Romam mittere vellet causa pecunie Regie, illic in Banco disposite et dotis repetende, si ita fieri posset, vt eum .D. vra celerius expediret hoc ego libentissime viderem, nam nullus mihi melius et fide:

lius omnia expedire illic posset, quam ipse sicque ita est, quod eum D. vra vellet mittere, cuperem vt eum Ccelerius preparari faceret, vt cumprimum litteras ad eam mittam, ipse sine mora possit discedere Curabit autem vra. D. vt de pecunia regie Mtis que in Banco Romano est deposita, accipiatur in hanc meam expeditionem quantum erit opus. et ego vre D. quicquid illic expendetur comprimum exoluam. hec ad presens scribere volui vre. D. et hac causa nunctium hunc misi que felicissime valeat et me habeat sibi vt consueuit commendatum Dat

. S . Rex . P.

Alberto Maggro Cruciferorum prutenicorum

Illme Princeps, Nepos nr ~~charme~~. Audiuimus Nunctium vre Illtis ad nos missum. lras etiam illius legimus et ad ea que a nobis postulauit. prout ratio presentis temporis exigere videbantur, eidem ipsi nunctio suo respondimus et litteras nostri Salui conductus per illum misimus adiectis nonnullis articulis ex quibus mentem et voluntatem nram plene cognoscet ipsa vra Illtis: Que bene valeat Dat

Sigismundus Rex P.
Joanni Boner Zupp. Crac.

Generose fidelis dilecte. Reddidit nobis integre Andreolus tuus quinque millia flor. in moneta que per eum ad nos misisti. reddidit et poma arancii que gratissimo animo suscepimus, eisque utemur libenter in hiis caloribus, qui hic sunt satis magni et continui.

Jam antea scripsimus tibi placere nobis, ut Illma filia nra Hedwigis traducatur de Curzanoga in domum suam solitam volumusque, ut ita prout scripsisti cum ea facias. et ad priorem habitationem illam transferas. presertim cum ipsa etiam id ita fieri cupiat.

Collaudamus vehementer, quod eadem filia nra diebus Sacris vadit ad Ecclesiam, et diuinis ac predicationi verbo Dei interresse solet, Decet enim ut iuuentus assuescat seruire Deo et affectus suos illius diuine voluntati subicere.

Mittemus per alium Nunctium verba que circumcirca campanam que nra impensa fundi debet poni volumus. Interim vero Joannes Magr preparet ea que ad fundendam eandem Campanam sunt necessaria

Significatum est nobis ab Exercitu nro quod in tormentis seu in bombardis nris maioribus, amplata sunt multum ac profundata

foramina in que puluis incendarius poni solet, quare de ea re loquaris cum Mgro Joanne illarum earundem Bombardarum artifice, et quomodo ille senciat prouideri huic damno ac incommodo, nobis perscribas. Que autem sit in ea ipsa re aliorum Bombardariorum qui sunt in Exercitu et in Elbingo sentencia, ex schedula presentibus inclusa cognosces.

Illustrissimus dominus Mgr Nepos noster qui hactenus perstabat in obstinatia & hostilitate sua aduersum nos, redire tandem ad se incepit, et cavens ne Exercitus noster qui penetravit in terram Zambiensem, a qua solo flumine intermedio distat: impetrato a nobis Saluo conductu, et Induciis quatuordecim dierum, venire huc ad nos proposuit. et die crastina de Ciuitate sua Montis regii exire deberet. de quo nos tamen adhuc dubitamus: presertim cum sciamus Tria millia peditum Lancariorum consrensis nauibus in Dania, breui ad illum esse ventura. quorum si certam noticiam habuerit antequam se de loco mouebit: procul dubio mutabit propositum. Breui tamen experiemur id quod ille facere volet.

Rex Sigismundus Bone Regine uxori

SERſ.ma Princeps Post mortem Capitanei nri Rauen. q necessario sit loci illius tempestiua prouissio, alium Capitaneum mox in locum illius demortui suffecimus prius q hic Nuncius vre Mtis huc cum lris vre Mtis accurrisset et eum quidem suffecimus, qui in Castro illo continue residebit, cum propter exercenda Iudicia, tum ob curanda melius rem nram familiarem. Quare rogamus vram Mtem vt id quod factum est a nobis ex mora loci illius, et nra necessitate boni consulere dignetur. Significarunt nobis nundius tercius, Duces exercitus nri Illtrem Dominum Mgrm suscepisse condiciones illi per nos propositas, et venire huc ad nos omnino decreuisse ac hodie de Ciuitate et sede sua Montis regii egressurum, qui et venerit ad petendam veniam a nobis, et debitum suum prestandum. Speramus huic bello cito finem imponi posse quod nos multiplicibus illius iniuriis lacessiti, aduersus illum inuiti certe suscepimus. Quomodocumque autem res cadet, curabimus posthac de omnibus Mtem vram reddere cerciorem Cuius mutuo amori nos commendamus Et valere illam felicissime desideramus

Sigismundus I.s Rex Pol.

Duci Pomeranie.

Illme Princeps. Accepimus lras vre Illtis ex quibus cu
singulari animi iucunditate cognouimus illam pro suo in nos
affectu, et necessitudine propensam esse nos propria in persona
visere, affectareq eam a nobis cerciorem fieri, ad quem diem
et quem nam in locum ad nos venire deberet, Quodquidem
Illtis vre in nos studium nobis non gratum, ac periucundu
esse non potest, vt que nec dispendio nec labori parcere
velit, quominus mutua pntia coram perfrui possimus, licet
autem nunq nobis incognita obseruane fuerit Illt vre in
nos beneuolencia, eam tamen hac indubia attestacione cogno:
scere, fuit nobis apprime acceptum, vtpote q perspeximus
quanto studio et amore sese gerat erga nos, pro quo quidem
illi agimus et habemus gras non vulgares, parati etia
Regia benignitate nra et oportuna gratitudine ac como:
da necessitudine refferre, fuisset autem nobis singulariter
grata Illtis vre pncia, sub hoc potissimum tempus quo Ill:
Dns generalis Magr Nepos nr, incepti sui pertesus et ad
racionem reuocato animo mutatoq plane proposito, ac resi:
piscens tandem huc ad nos venturum (idq intra octauum
diem) est pollicitus, Quando tamen nec temporis bre:
uitas nec locorum distancia patitur, vt nri cum pdicto
domino Magro tam solemnes tractatus Illtis vre optatissima
pncia decorari valeant, neq nobis adhuc constitutum sit
quando aut quorsum nam post eiusdem domini Magri hinc dis:
cessum profecturi simus quorsum re nos regni et domino:
rum nrorum raciones pertrahent, nil ad presens certi
Illt vre de eius ad nos aduentu prescribere ac consti:
tuere possumus. Cum primum tamen ex pnti actione nra
nos aliquantulum explicauerimus eamq ope diuine cle:

mentie

q dignitate m̃a ac pro iure regni n̄ri vt optamus spe:
ramusq3 ex sententia confecerimus, tum Ill̃i v̄re mature
et benigniter significare curabimus, ad quod tempus et
vbi ná locorum pro desiderio suo, nos coram conuenri pos:
sit Cuius mutua p̄nc̄ia vicissim perfrui futurum est nobis
gratissimum, quandoquidem illi sumus semper optime affecti
Et quam feli' valere cupimus Dat Torunij

S. I. Rex P.

Nicolao Phirleÿ Palat° Sandomiriensi
Joanni Zaramba Palat° Calissien. Exercitus
regii in Prussia Ducibus.

MAg.ᶜᵉ Sincere nobis dilecti, post multos tractatus quos
nobiscum habuerunt Oratores cum Summi Pontificis, et
Ser.ᵐⁱ Domini Hungarie Et Boheme Regis, tum Ill.ᵐᵒʳᵘ
Principum Germanie pro pace et concordia inter nos et
dominum Mgr̃m facienda, visum illis fuit ad eum proficisci,
rogarunt q3 nos instantis.ᵐᵉ vt Inducias aliquas et sus:
pensionem armorum racione eiusdem profectionis sue con:
cederemus, nos intelligentes summum inde dispendium
nr̄m, dm̄i rēluctati sumus tamen illis acrius instantibus
et ne videremur apud omnes Chr̄ianos Principes, nichil
ex nobis prestare voluisse, pro ineunda concordia, Con:
cessimus Inducias et suspensionem armorum ad decem dies
qui currere incipient, a die dominico Pentecostes proxi°
diem ipsum includendo, ea tamen lege, vt liceret hominibus
et Exercitibus intra easdem Inducias, commeatum seu victu
libere in terris ipsius Mgr̃i capere, et quia veriti sunt
vt si interea q̃ veniret dies Dominicus Ciuitas montis

Regij oppugnari vel obsideri à vobis inciperet, ubi Mgr haud indubie non expectaret, ne eorum profecto esset inutilis et inhonesta rogarunt nos ut Nunctiu celerem ad S. vras mitteremus, qui eas ubicunque inveniret, contineretque ipsam Civitatem oppugnarent volumus itaque, ut acceptis his lris nris vos ab obsidione Civitatis Montis regij contineatis, si nondum ad illam pervenistis. Si vero iam illic estis eam non oppugnetis, similiter et terram Sambien. Sed ad alia loca prosequamini actionem vram usque ad diem Dominicum. A die vero Dominico fiant induciae et suspensio armorum more pdicto ad decem dies, quam pariter Dns Mgr et subditi ac gentes sue servare debent, neque intra hoc tempus reformare, mutare, providere aliquid generale in omnibus rebus que ad profectum eorum cedere viderentur, sed omnia integra manere debent ita ut nunc sunt ad finem Induciarum Quare provideant S. vre nec ex parte mea ipse induciae violentur. sed serventur diligenter modo suprascripto pro fide sua et gra mea Facture Que bene valeant Dat Thorunij May Anno 1520

[illegible]

S. Rex Pol.

Nicolao Firleÿ de Dambrowicza Palat.o Sandomir. Duci exercitus.

Mag.ce nobis Sincere dilecte. Veniens huc Ill: D.os
Mgr. feria secunda preterita. hoc imprimis egit apud nos
et postulauit vt ei Saluum conductum, et Inducias proro:
garemus affirmans se in tam breui tempore, res suas tam
arduas commode perficere non posse, nos diu id facere
recusauimus nisi presens declararet nobis, si articulis quos
illi per nuntios suos miseramus satisfacere vellet, ad ex:
tremum tamen cum ipsemet ad nos veniens. huiusmodi pro:
rogationem supplicibus verbis postulasset ne tempus inaniter
terere videremur prorogauimus illi Saluum Conductum
et Inducias vsque ad diem Dominicum proximum post festum
Beatorum Petri et Pauli Apostolorum inclusiue, alias ad
primam diem Iulii proximam, eandem primam diem inclu:
dendo. hoc tamen illi aperte denunctiari fecimus, nos ab
antiquis federibus et pace perpetua non esse discessuros.
etsi illam ipse obseruare: eique satisfacere vellet, inquiri
ab eo fecimus, nullos alios nouos tractatus cum eo inire
volentes. Quare volumus et mandamus S. tue vt ad
tempus et diem supradictum. contineat se et vniuersum
Exercitum nrm. ab omni bellica actione, et prouideat
diligenter, vt in omnibus ipse ita teneantur et obseruentur
prout ab initio fuerunt concesse. De soluendo Stipendio
militibus nris qui cito emerebunt et finient seruitium quar:
tualis sui, ita prouidebimus, vt nulla propterea negligencia
in prosequenda actione nea per nos commissa esse videatur
bene valeat tua S. Datum Toruniÿ

Tomicius Eps Posn. Regni Pol. Vicecancell.s Nicolao Firley Palat.o Sandomirien. Exercituum regni Capit.o generali.

MAg.ce domine, amice et fautor honorande, Appulit huc Ill. dominus M.gr feria secunda preterita, exceptusque est honorifice nomine M.tis regie extra Vrbem, per R.mos dominos Wladislavien. et Culmen. Epos et Mg.cos Dominos Palatinum Plocen. et Castellanum Biecen., ac vniversos Aulicos regios. Imprimis autem ea cura et studium illius fuit, vt peteret provogari sibi Saluum Conductum et Inducias. In qua re duos dies cum illo absumpsimus, detractantes ei id concedere, nisi prius declararet si velit facere officium et debitum suum, prout illi paulo ante per eius nunctios fuit denunciatum. cum vero ille palam diceret se venisse huc non ad articulos sibi missos sed in spem consequende gratie M.tis regie, et vt controversia dudum inter se ordinemque suum et M.tem regiam ac regnum exorta honestis modis et medijs terminari possint, visum est tandem prorogare illi inducias et Saluum Conductum ab illo die quo priores cessare debuerant, vsque ad diem Dominicum proximum post festum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli inclusiue, vt sciri possit, quid tandem ipse vltra ea que in articulis sibi missis erant descripta, facere velit. et querendi occasionem non habeat quod nimium arctatus fuerit, ad prestandum suum debitum. Itaque expectabimus quid proponet, et quomodo respondebit de pace perpetua a qua M.tas regia nequaquam discedet, et id quod cum eo actum et conclusum fuerit postea vre M. perscribam Cui me ex animo commendo et que sit sospes et incolumis. Dat.

S. Rex P.
Bone Reginę Polonię.

Serma Princeps et domina Coniunx nra Charma Mittimus hunc Cubicularium ad inuisendam Mtem vram. Quam plurimum rogamus, velit nos per illum de statu valetudinis suę edocere, et sciat Illtem Dominum Mgrm Nepotem nrm post multos tractatus quos nobiscum hic habuit, simulans se velle inire nobiscum pacem et concordiam, postq intellexit circiter duo millia peditum Lancteariorum sibi aduenisse per mare et terra Liuonien propere hinc rebus incompositis discessisse, animo bellum contra nos instaurandi, Itaq nos etia eas copias, quas per Arces et Oppida intercepta in presidiis collocaueramus ad Exercitum nrm vna cu Aulicis nris leuis armature misimus, volentes ceptum nostrum auxiliante domino Deo constanter prosequi et iura regni nostri tueri, bene valeat et sit felix ac incolumis Dat

Sigismundus R. Pol.

Nicolao Firleo Palat° Sandomir. Campiductori

Magce nobis sincere dilecte. Quoniam proroga:
uimus Saluum Conductum nrm̃ Illtri domino Magro
ad diem dominicum proximum post nunc instans festu
beatorum Aplorum Petri et Pauli inclusiue absq
ulla conditione, et sepositis ad partem illis articulis
qui erant illi una cum Saluo Conducto nro transmissi:
prouidentes ne ipse sub huiusmodi Induciis vellet tor:
menta sua ex Bramsberg vel aliunde in alia loca
transferre, aut gentes externas in auxilium suum un:
decunq aduenientes acceptare. Mandamus tue S.
prospiciat diligenter, ne aliquid horum fiat in dammu
nrm contra natura induciaru, quibus durantibus
omnia debent esse integra, et si tormenta aut presidia
transferentur in alia loca, vel gentes aliquę externę
terra aut mari aduentarent, id tua S. q maxime potest
prohibeat, timemus enim ne astu quodam nobiscum agatur
cum non uideamus quod Ill: Ds Magr hic existens vellet
facere officium ac debitum suum. quod debet nobis et
regno nro ex vi pacis perpetue. Itaq sit intenta in
omnes partes tua S. et diligenter prouideat ne circu:
ueniamur et bene valeat Dat

P. Tomicius Eps. Vicecancell.s
Eidem Nicol. Firleo Campiductori

Mag.ca domine, amice et fautor honorand. Malam spem habeo de pace et concordia cum Ill.ri Domino M.gro stabilienda, non vult enim Jurare pacem perpetuam quam dicit esse nullam et iampridem violatam, nec aliquo modo subsistere illam posse, sed cuperet rem deduci ad alias condiciones et media sibi magis ferenda, quod admittere nobis absurdum nimis et indecens esse videtur, nollemus enim rem acta agere, et id quod prius firmatum et conclusum est in dubium reuocare. Itaque utrique tractemus continue cum illius Consiliariis querentes modos et vias quibus hec benedicta pax confici possit non video tamen, quod illi aliquid sinceriter nobiscum agerent. Impugnat pacem perpetuam et dicunt illam factam absque consensu M.grorum Liuonie. Almanie. Italie, et obhoc inualidam eam esse reputant, arbitranturque utilius fore ut facte induciis ad aliquod breue tempus et cunctis gentibus hinc ac omni bello sublato, tractaretur de aliis articulis pacis qui utrique parti essent ferendi et quod ea ipsa noua pax fieret cum consensu illorum quorum interest et tandem per Sedem Apostolicam confirmaretur, que omnia eo tendunt, ut ad nudas et manes spes deduceretur exercitus ex his terris, et illi postea habeant tempus se melius aduersus nos instruendi et auxilia sibi comparandi. Itaque si illi nolent cum Principe

suo aliam viam ingredi, non spero q hic aliquem bonum et solidum finem cum illis habere possimus, nos enim nequaquam discedemus ab articulis et federibus pacis perpetue, qua multo sanguine et impendio patrum nrorum comparauimus Sed breui experiemur quod fieri debet et id quicquid erit sine mora nunciabitur vre M: quam faustam et felicem esse desidero et Cui me plurimum commendo Dat.

Cum Exercitus regius admotus esset, adductusq ad oppugnandum Ciuitatem montem regium, Sedem eiusd Mgri, subditiq eius, eundem Mgrm suum, q propter eum bello desiderent: tur, ferre se amplius, et ei obedire nolle dictitarent, in gratiam cum rege et regno rediret, tum demum ipse Mgr expediuit ad regem nuncium suum Meltic, cum quinque alijs nuncijs. Nobilium et Ciuitatum, qui ei tutum accessum ad Regem impetrarent. Rex dedit eid Mgro xiiii dierum belli Inducias, a die exitus de Monte regio. deditq Saluum Conductum ad se Torunium veniendi, et redeundi cum 200 personis Mandarat q Rex cunctis subditis suis et Exercitui suo, vt intra illud spacium nihil hostile, contra Mgrm et contra eius subditos attentarent, et ab oppugnanda Monte regio interim abstineret.

Itaq 18 Junii Torunium venit

26: promisit se iuraturum: ad satisfaciendum et obseruandam concordiam vt in pace perpetua est perscriptum

28 Juny, certior factus aduenisse sibi ex Dania, duo millia Lancearriorum, non facto iureiurando, rebusq infectis ex

Torun discessit ad Montem regium
simulans scilicet se cum subditis suis prius necesse habere
colloqui de huiusmodi iuramento prestando .

S. Rex. P.
Job epo Pomesaniensi

Reverende in Christo pater Sincere nobis dilecte. Hodie
accepimus literas Ill domini Magistri Nepotis nostri quibus
significat mittere se ad nos nunctios suos postulans
a nobis vt vestram quoque Paternitatem venire ad nos cum
illis permittamus ad obeunda mandata sua, nos vestram
Paternitatem quemadmodum prius ita et nunc a tractatibus
pacis et concordie non excludemus et annuimus, vt
ipsa ad nos secure veniat cum eisdem Nunctiis et
bene valeat Datum

Petrus Tomicius Eps Premisl. Vicecancell
Georgio Epo Quinqueecclien. Regni Vngarie
Cancell.o

Rme in Chro pr et domine, domine colenme. Cum nuper Casper Cubicularius Serni Domini nri Regis ex Hungaria rediisset, attulit mihi a R. D. vra lras, quibus et veterem suum in me fauorem testificata est et quid de bello quod nunc cum Mgro Prussie gerit sensit, aperuit, merito igitur mihi iucundissime fuere, neque n. michi excidit, nec excidet unqua, qua olim beneuolentia quibusque suffragiis me iuuerit, quamque nascenti tunc laudi mee et dignitati fauerit. Itaque pro his rebus et habui semper et habeo eidem Rme. Dni vre Immortales gras.

Quantum ad racionem belli huius attinet, memini me prioribus lris scripsisse ad R. D. vram quam inuita, quamque iustissimis causis coacta Regia Mtas hoc bellum susceperit susceptumque modo prosequitur, vt nemo nisi Imperitus rerum, id non sine Mte. Sed pertinacie Domini Mgri Prussie non adscribat, Qui nedum sua sponte: Sed eciam ab Oratoribus cum Summi Pont. tum Serni domini Ludouici Hungarie et Boheme Regis, et Principum Germanie satis honestas et tollerabiles conditiones oblatas acceptare noluerit, Jam eo deuentum est, vt Sermus Dns nr rex armis quam condicionibus disceptare malle cogatur. Sunt tamen et modo hic alij legati, videlicet a nobilitate et Ciuitatibus Ordinis subiectis atque eciam ab eo ipso domino Mgro, nec vtique ipsi adhuc aliquid tale attulerunt, quo ab armis discedere honeste possemus Deus

cetera gubernet. hactenus omnia M[ti] Ser[mi] Domini nri prospere succedebant, que quia notissima sunt non existimabam opere: precium fuisse singula ad R. D. vram perscribere, cum ea alioqui ex multorum lris et nunctijs fama deniq ipsa di: dicisse potuit, vnum istud pro summa mea in R. D. vram obseruancia, vt ei denunctiem adducor. Auctus sum hijs diebus ex gratia Ser[mi] Domini nri Regis Amplo Sacer: docio, videlicet Posnaniensi Epatu, Nam bonus ille Pre: latus, quem R. D. vra optime norat Dominus Epus Posnanien, magno bonorum omnium dolore excessit e uita. Non dubito itaq pro ea spe quam de beneuolencia et amore R. D. vre in me iam dudum conceperam, reqz ipsa exper: tussum, quin ea res grata sit futura eidem R. D. vre, cui me et obsequencia mea toto corde Commendo, quam diutissime felicem et incolumem viuere et valere opto et precor. Dat Thorunii die penultima Maij

Petrus Eps Posnanien
Joanni Laski Archiepo Gnesnen primati legato nato

RME in Chro pr et domine colen[me]. Nunctius R[me] D. vre inuenit me languentem, qui vtcumqz gra Dei iam conualesco, adhuc tamen domo non prodeo, et proinde breuius illi scribere cogor. Ago eidem R[me]. D. vre immensas gras quod de allatis mihi tandem lris meis ex Vrbe, et mea prouectione ad Epatum Posnanien gratulatur, te: staturqz suam veterem erga me gram et fauorem, equidem et ego vt in minoribus consueui R. D. vre seruire et obsequi, ita et in hijs maioribus fortunis ad quas Dei benignitate sum prouectus nihil mutatus ab illo, volo pro virili mea D. vram R[ma] omni studio et obsequiis

meis mihi demereri / de vero transitu Mtis Regie, et qua
iter factum est, per hanc egritudinem meam, adhuc mihi nō
satis constat, sed breui intelligam, et R. D. vram si fieri
poterit faciam cerciorem, cuius grē me, et obsequia mea ex
corde commendo Dat. Tornij.

Responsum a Fabiano Epō Varmien datum Nunctio regio.

Generose domine Orator, Que nomine Sacre Mtis regie
Domini mei clemenmi mihi retulistis, ea pro relatione vra,
satis commode et apposite a vobis enunciata intellexi

Inprimis Sacre Mti regie, domino meo clemenmo multa sedu-
litate et officio, gras habeo sempiternas, q Generositatem
vram huc ad me mittere, gratiam et clementiam sua mihi
nunciare q3 tanta benignitate me prosequi dignata est

Quod autem Sacra Mtas sua ad Magcum Dominum Cam-
piducem pro me et Ecca mea scripserit, et modo Gene-
rositatem vram, vt licentia militum compesceretur et Ecce
bona funditus non euertantur, miserit, ago item gratias
maximas, et Sacram Mtem pro ingenita clementia sua,
id facere, liquido profiteor, verumtamen et lrarum scrip-
tione, et Mtis sue legatione, aut parum, aut nihil pror-
sus, in tam inordinata militum licentia, profectum esse, nō
tam miror, q fero vt debeo, quando mutare non possum
Nam et paucos ante dies, tres adhuc ville, Plauten, Sefelt,

T Schonsche cum in Castris ageretis, in Dominio Ecce
concremate sunt, vnde autem, et ex quibus quo minus
Mtis sue mandatis pareatur, fiat, scire non possum

DE condicionibus vero quas vt responsiuas, Legati Domini
Mgri, ad articulos ipsi domino Mgro Thorome datos ex:
posuerunt, vno verbo me absoluam Indignas scilicet eas
esse, que in publicum mittantur, adeo, quod postulant extra
omnem racionem est, vt ipsi nesciant quid petant, licet se oia
scire existiment, nimis itaqz intelligendo faciunt, vt nichil
intelligant

Cum nuper aliunde ex subditis domini Magri Offecissem
anteq Do. vra huc aduentaret (quod me non potuit non
magnopere conturbare) per Rmos videlicet et Mgcos
Dominos, Archiepm Gnesnen, Epm Posnamen et Pa:
latinum Cracouien, Regie Mtis nomine, domino Epo Po:
mesanien, et Legatis Mgri exhibitum fuisse, vt, cum oblate
hec condiciones articulis Thorome exhibitis, et ipsi paci
perpetue, minus consonarent, et regia Mtas ex pacis per:
petue articulorum tenore, nequaq vt par est, discedere vel:
let, ipsi Regni mediatores, (modo possent) tentare et effi:
cere apud regiam Mtem vellent vt ablata omnia per regiam
Mtem domino Mgro hoc bello, regia Mtas, et vicissim per
dominum Mgrum regie Mti ablata, ipse Dos Mgr retine:
ret, donec de hiis, et de expensis factis, arbitri partium co:
gnoscerent et laudarent, Quamuis eadem, non ex meis
sed domini Mgri internunctijs, profecta esse, ex D. vra
non sine animi alacritate intellexi, Id quod eciam magis credo

Hac tamen accepta ex regie Mtis Domini mei clemenmi solita

benignitate, Et ex relatione v(est)ra, consolatione, Generosita:
v(est)ram peto, ita meo nomine Regie M(aies)ti dicere velit, Et
M(aies)tem suam petere vt domino M(agist)ro, si res ista ad vlterio:
res tractatus venerit, referre dignetur, regiam M(aies)tem
suam, dum modo pacis perpetue iuramentum prestetur, faci:
le istam cognitionem arbitrorum, super vtrinqz in hoc bello
ablatis, et expensis, ac factis, in ijs maxime que se et
regnum spectarent, ferre posse, Verum Oppidum Braun:
sberg. hoc bello neq(ua)q(uam) includi oportere, cum prius neqz
Ordo, nec sua M(aies)tas hanc Civitatem possederit, Nam cu(m)
sancta sedes Apostolica istam Ecc(lesi)am primum instituerit
fundauerit, atqz erexit, et in patrimonium Sancti Petri
receperit, ipsaqz Ecc(lesi)a Et eius bona in temporalibus
et Spiritualibus Sancte Sedi sine medio, pro tempore sint
subiecta, M(aies)tiqz sue vnda protectio eaam a Summo Pon:
tifice commissa, nequeat Sacra M(aies)tas sua super Oppido
Braunsberg tanq(uam) sibi ablato, inuito Sanct(issi)mo Domino n(ost)ro
et eius Ecc(lesi)e Ep(iscop)o, cognitionem huiusmodi admittere, pacisci,
vel expectare, super reliquis modo et paulo ante per re:
giam M(aies)tem domino M(agist)ro, aut per dominum M(agist)rum sue
M(aies)ti ablatis, ne paci videatur defuisse, nichil velit cognitioi
istiusmodi refragari

Credo et omnino pro indubitato habeo, si pacis desiderio Do(minu)s
M(agist)r a suis internuncijs, premissa processisse volet, non
magnopere de Oppido Braunsberg, cum alioquin illud reti:
nere non potest, presertim Tormentis sibi reseruatis, quin
id Ecc(lesi)e restituat, laborabit, cum hoc se facturum statim in
ipsa occupatione eius Oppidi recepit, et l(itte)ris mihi signifi:
cauit, Immo et publice protestatus est, Juramentum quoqz

ab Opidanis, non vt Dominus sed vt protector percepit, ideoque
nos possessione eius excludere non poterit, nisi quod absit,
id nec deducaretur in pactum, Si autem Dominus Magister
Iurare pacem, et conseruare eandem, habet in animo Bra-
unsberg dimittere grauabitur, aut non volet, quod magis
illi ad hoc propositum quam omnia alia bona amissa conducet
Inde namque maxima ei fenestra patefacta manebit, tam
perdita hoc bello recuperandi quam prioribus bellis amissa,
terra et mari regie Maiestati et regno auferendi, nec ipsum
vnquam hoc Opido retento quietiorum esse cogitandum est.

Veruntamen cum in supradictis fortasse ex vtraque parte
resederint principum animi, Ne paci defuisse videar: Sacram
Maiestatem regiam Dominum meum clementissimum, per Generosi-
tatem vestram peto et oro, eaque Sacre Maiestati sue dicat ac per eam
quoque Magistro et suis, si expediret, referri precor, me
de opido Braunsberg, per dominum Magistrum retinendo,
sine Sanctissimi Domini nostri Summi Pontificis auctoritate
et consensu, nihil consentire posse, nec velle, cum hoc esset
contra Iuramentum meum, Sed pro pacis bono (dummodo
tamen Sacra Maiestas sua dominum Magistrum obliget, vt nihil
amplius vi aut facto contra nos et Episcopatus nostri bona atten-
tet, dominum Magistrum et nos cum eius oppidi aut retentione
per eum, aut in potestatem vestram restitucione, cum damnis ex-
pensis factis, et totius cause istius cognitione: Sacra Maiestas
sua ad Sanctissimum Dominum nostrum, et Sanctam eius Sedem
Apostolicam remittat, Cuius enim (nisi hoc oppidum alia
nobis via restitui debeat) cognitioni et diffinitioni, animo
paratissimo stare volumus.

His me Excellentiam Dominationis, et omnia mea, Sacre Maiestati regie, domino
meo clementissimo per Generositatem vestram, humiliter commendari
Et committi peto.

S. Rex. P.

Alberto de Brantburg Marchioni, ordinis Cruciferorum in Prussia Magistro generali: nepoti.

Illustris Princeps. Accepimus hesterna die binas lras. Quorum altere manu ipsius erant scripte, Quibus nobis declarat se intellixisse. que Nuncii sui, quos ad nos cum responsione ad articulos, nros miserat sibi retulerint, et que etiam Rx dns D. Epus Pomesanien, arbitrio suo proposuit quodque illi ad ea responsum fuit per Consiliarios nros, postulatque à nobis Ill: vra, vt equo animo feramus donec super his cum subditis et ordine suo consulat, et nobis demum voluntatem suam significet, Nunque fuit aduersus animum nrm. quod Ill: vra consultaret de rebus ad se et ordinem suum pertinentibus, cum subditis et membris ipsius ordinis sui, et nunc molestum nobis non est, quod id quicquid actura est maturo et bono Consilio faciat, et mora hec nos nichil grauabit. Declarauimus iam sepius Ill: vre, nos non libenter agere hoc bellum, cum illa, vt cum necessario nro et Principe Christiano, verum nos officio et debito nro cogi, quod nullo modo nobis licet uiribus regni nri deesse. Bene Valeat vra Ill:

S. I. Rex P.

Nicolao Firley Palatino Sandomiriensi Joanni Zeratinski Bohemo. Capitaneis exercitus sui in Prussia

MAg^ci Sincere nobis dilecti. Is Nunctius Ill: Domini Mgri binas nobis ab eo lras attulit, Quarum altere erant manu eius scripte. In vtrisq scribit, Nunctios suos, quos non pride apud nos habuit ad se redisse, et id quod illis respondimus quodq Dos Epus Pomesanien. ex se ipso, huc exns propo: suit, et quod deinde illi erat, per Consiliarios nros responsu se plene intellexisse, vellet super his cum subditis et membris Ordinis sui consultare, et postea nobis mentem suam aperire. Postulans vt hanc moram non molesto feramus animo, Nos res: pondimus illi, q nunq fuit aduersus animum nrm, vt consule: ret de rebus ad se et Ordinem suum Spectantibus, et nuc quoq molestum id nobis non esse, q id quicquid acturus est maturo et bono Consilio faciat, adijcientes, q non liben: ter agimus hoc bellum cum illo, vt cum necessario nro, et Pri: cipe Christiano, Verum nos officio et debito nro cogi, q nullo modo nobis licet iuribus regni nri deesse, hoc ideo scripsimus vris S., vt intelligant, q ille verbis tantum nos lactat, et detinet in spe pacis Sed hostilia omnia aduersus nos cogitat, Quare vrę quoq S. par pari illi referat et quantum maxime possunt illum et subditos ipsius vrgeant, vt tandem bello quod tantopere cum suis appetiuit aliquando satietur Et bene Valeat Vrę S.

Sigismundus R. Pol
Christierno Regi Danie.

Sigismundus Dei gra' Rex Polonie Magnus Dux Lit: uanie Russie Prussieq3 zc. Dns et heres. SERmo Principi et domino Cristierno eadem gra' Datie Suetie Noruegie. Sclauorum Gottorumq3 zc Regi Duci Slesnicen' Holsatie. Stormarie ac Ditmarie Comiti in Oldenborg et Delmenhorst. fri' et amico suo charmo. Salutem et omnis prosperitatis continuum incrementum. SERme Princeps et domine fr' et amice nr' Charme. Significauimus paucos ante menses Mti Vre' Illtrem Dominum Mgrm Prussie Ne: potem nrm' in id quod iam dudum in animum induxerat, nunc tandem impensius incumbere cepisse, et aduersum nos bellum et apertam hostilitatem occupasse, repetentesq3 veterem ami: citiam ac federa, que inter Diuos olim vtriusq3 nrm' prede: cessores, pro communium Regnorum nostrorum commodo erant inita, postulauimus a Mte Vra'. declarare nobis ve: lit. si federa mutua obseruare nobiscum velit, et qua mente in nos et subditos nros futura esset, in hac Illtris Domini Mgri aduersum nos contumacia hostilitateq3, placuit autem Mti vre', litteris suis nos certiores reddere, sibi nunq subiisse animum, veterem ac plane hereditariam inter nos amicicia deponere, quin potius omni benignitate et studio, eam deinceps prosequi et conseruare, federaq3 antiquus inita consuere et continuare velle. Que quidem federa predicta, quo firmiora forent, verbo et promissioe Regia nos innouauimus, Nuperrime

vero non sine animi molestia, et summa admiratione certo accepimus Mtem Vram, non paruas peditum copias, e Regno suo, eidem dno Mgro Prussie hosti nro, in nostrorum detrimentum per mare misisse, Quod quidem Mtis Vre factu quoniam contra federa recens innouata et contra omnem spem nram, et veteris amicitie studium (quod commune arbitrabamur) accidit, ac non modo mutuis federibus non respondet, sed etiam est a nra fraternitate vicinitateque et vetere ac probatissima amicitia, a recta denique viuendi ratione maxime alienum, Mtem Vram (que se non modo parate, sed etiam amice nobiscum victura receperat) requirimus affectamusque, Ne grauetur nobis ex professo ingenueque ac plane Regie, mentem suam apertius declarare, quo tandem animo non modo in nos, sed etiam in omnes subditos nros deinceps esse velit, Et pateat ne prefatis subditis nris, omnibus quibus collibitum fuerit ad regna et Dominia Mtis Vre tutus, et liber accessus, commoratio, atque discessus, Et valeant ne istic secure et absque quouis impedimento et molestia negotiari saluis et integris. Juribus libertatibus et prerogatiuis sibi dudum concessis, gratissimum siquidem fuerit nobis, hac in re nosse sententiam et exploratam habere voluntatem Mtis Vre, Quam rogamus vt de ea ipsa lras suas ad nos dare velit, huic Nuncio qui hasce nras reddidit Mti Vre Quam feliciter valere et ex animo desideramus

Dat in Ciuitate nra Thorunensi

P. Tomicius Eps Posn. Vicecancells.
Achili de Grassis Carli. protectori
regni Polonie.

RME in Chro pr et domine domine colenme
Post sui et obsequiorum suorum humilem commendationem
Ago immensas gras Rme. D. Vre quod ut Mtas
Regia postulauit, et mee rationes exigebant breue mihi super
possessionem Epatus Posnamien tam celeriter expediuit
quo et Mti sue gratificata est, non vulgariter, et mihi mul:
tum commendauit, pro quo fauore et officio in me prestito
ero R. D. Vre perpetuo deuinctus, et illi vicissim in
quibuscunque rebus potero commendare, gratificari, et inseruire
semper volo et polliceor. Quod ad res nouas attinet, ut
de cede duorum millium Turcorum et Tartarorum in:
telliget Rma. D. Vra ex lris Regiis. Dominus
Mgr Prussie utrinque iam grauiter attritus, et multis tam
Arcibus quam opidis admutilatus, resipiscere tamen non
vult. qui licet huc ad Mtem Regiam venerat, impetra:
de venie gra, et se suppliciter gessit, tamen vitans id
prestare quod debet, et ducens aliquam diu Mtem sua
verbis et promissis, tandem accepto nunctio de aduentu
quarundam gentium in subsiduum suum, rebus omnibus in:
compositis discessit, unde Mtas Regia videns illum
bellum adeo appetere, saciare illum statuit, licet egrese:

rat effusionem sanguinis Christiani, sed oportet eam iustitiae suae, et iuribus regni non deesse. Me R.me D. vrae, vti meo fautori, ex corde commendo, quae sit felix et incolumis

Responsum a Sigismundo Rege Polonie datum Zacharie Epo Gardien: et Anthonio de Brewes de Sabaudia. nunctiis Leonis PP^e. x^mi.

Discessit is Antonius ex Torun 4 July 1520

Sacra Regia Mtas. Rme pr, et Magce domine, detinere hic dignata est vras. D. longius opinione sua, qd speravit Illmum dominum Magrm Prussie reduci potuisse ad pacem et concordiam, his condicionibus et mediis, que Mtas sua illi proposuerat, etiam vltra sentenciam subditorum suorum, vt et postulatis Sanctmi domini nri, que Dnes. vre retulerunt satisfaceret, reiqz christiane commodaret. et necessitudini sanguinis aliquid vltra debitum etiam tribueret

Verum quando ipse dominus Mgr, nullam rationem habens benignitatis, quam illi Mtas sua per hoc omne tempus exhibere voluit. vt ea ipsa pax et concordia effectum suum sortita fuis: set. prestando illi inducias cum summo dispendio suo, et iactura temporis. ac nonnihil etiam de iure suo. et regni sui, idqz egre ferentibus regnicolis decedendo, non solum non accessit ad vllas equas et decentes pacis condiciones. Sed etiam ducendo Mtem suam promissis simulatis, illam quodammodo vt vre D. viderunt collusit

Nec habens Mtas sua ex his et aliis actionibus illius aliquam spem eum ad vllam equam et honestam concordiam accessurum amplius D. vras statuit non detinere, habensqz perspectam earum fidem et studium ergase in hac causa sua, non vulgares illis agit

gras, et postulat ab eis, ut cum M^tas sua hic illos ea ratione te:
nuit ut Sanctissimo domino nro gratificari et rei Chriane non
deesse potuisset. voluit eam moram boni consulere et in ea parte
accipere.

Vra vero P^tas R^me domine Lithuaniam proficiscetur, ad capie:
da testimonia de miraculis Divi Casimiri fris M^tis sue ut in
commissis habet. a Sanct^mo domino nro, et si interim aliquid
acciderit quo videretur opus esset opera vel adventu huc D.
vre id illi M^tas sua declarabit habens iam ut dixi perspectam
et commendatam eius fidem et diligentiam quam hactenus in eo
negotio exhibuit

Sigismundus I Rex P.
Erasmo Epo Plocen oratori suo
apud Leonem Papam.

R^ME in Chro p^r et domine nobis sincere dilecte. Sab:
bato Carnisprivii preteriti pervenere huc R^dus Do^s Zacha:
rias Epus Gardien. et Mg^rus Joannes Thedaldi Sanct^mi
domini nri Oratores, quorum nobis adventus gratissimus exti:
tit, cum illius Sanctitatis intuitu, tum vero ob eorum eximiam
virtutem, eruditionem, ac in maximis quibusque rebus obeundis
dexteritatem et singularem prudentiam. pergrato igitur iocu:
doque, ac filiali plane animo, hoc illius Sanctitatis in nos officium
excipimus, cui res nras paterne cure esse animadvertimus, vre
quoque P^tis in eis huc mature expediendis operam non pro:
bamus modo, sed magnopere etiam collaudamus, utpote que no:
bis non vulgariter accepta existat, ex eo autem die, quo

primum huc venere, nihil, opere studii, diligentie, labore ab eis pre:
termissum est, quo bello huic aliquis statueretur modus, cum nra
tum potissimum communis reipublice Christiane causa, cui septi
mum iam ipsi vicem, nro impendio ac Marte, solisq[ue] regni ac No:
bilitatis nostre pectoribus, nullo auxiliante, tot annos inde:
sinenter prestamus. Fuere etiam hic apud nos diebus plane
pluribus Ser[mi] domini Ludouici Ungarie et Bohemie Regis
insignes Oratores. Ill[mus] videlicet dominus Fredericus Dux
Legnicen[sis] et R[everen]dus dominus Ep[iscopu]s Jaurien[sis]. Affuerunt etia
una Ill[ustrissi]morum Sacri Romani Imperii Principum Electoru
octo Oratores, uiri et doctrina et grauissimarum rerum usu
prestantes. Qui communicato unanimiq[ue] cum Sanct[issi]mi domini
nri simulq[ue] Ser[mi] Regis prefati Oratoribus consilio, nihil
intentatum relinquere quo hoc incendium restinguerent, missis
etiam semel atq[ue] iterum ad Mgrm lris ac Nunctiis qui
cum Principum suorum nomine salubriter, commonefacerent,
ut si non sui, at saltem subditorum suorum causa, saperet tan:
dem, ac nouissima preuideret. Sciretq[ue] nos ad pacem illam
perpetuam tantorum Principum, ac imprimis S[anctissi]mi domini nri
interuentu haud grauate accessuros, et ad equissima queq[ue] pa:
cis studio condescensuros. Cum vero nihil inde paccati res:
ponderetur, viderentq[ue] Oratores ipsi, se et Principes suos ne:
quicq[uam] admitti apud eum, qui ratione posthabita totus per:
turbationi vacaret, nec illi spes ulla esset reliqua, cum unq[uam]
ad se rediturum, et ad rationem reuocaturum animum, magno
suo cum dolore, et illius pertinacie iustissima insectatione, hinc
abierunt. Huic autem contumacie sue materiam, et spiritus
adeo feroces suggerebat, cum ex Germania, tum vero a
Moscho (ob fedus et indignissimam conspirationem cum illo
initam) indubia spes auxilii, Illius nanq[ue] Scismatici insignes
Oratores in hanc usq[ue] diem apud se magno in honore habet,
Eiq[ue] expugnato nuper Ecclesie Varmiensis Melsak Oppido

nroq illic presidio Civium proditione intercepto eiusce presidij
unum captivum dono miserat suppliciorum comminatione adiecta, nisi
quinq millia ex nris occubuisse author esset, nulloq negotio Exer:
citus nri reliquias a Mgro confectas iri diceret, si ille pacta con:
uenta ex federe subsidia prestaret, Sed is captiuus cui Zaboij
nomen est, cum per Liuoniam in ferro et compedibus ad Moschu
deueheretur, Moschis custodibus, qui se Mgri simulq Oratoru
Moschi iussu ad Ducem pertrahebant, deceptis, diruptisq vin:
culis aufugit in Samogithiam nram, adiutus a nonnullis Li:
uoniensibus, qui indignum facinus miserati indigne ferebant q
vir Romane et Orthodoxe religionis apud Scismaticum
durissimam seruitutem victurus foret, is postliminio ad nos re:
diens, rem omnem atrocissimam uti gesta erat. Principum Ger:
manie et alijs omnibus Oribus presens coramq magno quidem
illorum cum stupore ordine exposuit, Sed id genus multa
referri posset, quibus Mgr ipse in nros usus, ac verius imma:
nissime abusus est, Cum igitur omnibus iam liqdo constare
illum S.mi domini nri authoritatem, et aliorum Principum in:
teruentu pro nihilo ducere: nec resipiscere velle, nec quicq
minus, qm de reconcilianda inter nos gra cogitare, Nos cer:
te illius tanta temeritate adacti, bellum quod qdem inuiti ac
lacessiti propulsamus, inuiti ac reluctantes prosequimur, et in
hanc usq diem bene ceptis insistimus iamq oppidis et Arcibq
munitissimis multis captis, Exercitus nr Montem Regm
urbiq Mgrm ipsum obsidet, cuius pervicatia nulla suoru
clade ad ~~generosa~~ quietiora consilia flecti pot, Que omnia Pti vre
hac potissimum de causa incognita esse noluimus, vt si quis fau:
toru Mgri, nra istic facta quouismodo insimulare nitteretur,
haberet Ptas vra quo innocentiam nram purgare tutariq
posset, Diuinam namq Mtem cui omne cor patet testamur. Re:
gioq verbo nro asse~~rimus~~vera, nobis nunq fuisse in animo, nec
cum Nepote nro, sed ne cum ullo qdem Christiano Principe

bellum gerere, sed inuitos nos ad arma deuenire oportuisse, que
quidem in certissimo etiam victorie cursu, ponere parati sumus
modo ille hostilem ponat animum, malitque nobiscum officio et be:
neuolentia ad quam semper propensi sumus, quam contumacia et hosti:
litate decertare. Mittimus Pati vre literarum exemplar quibus
Sanctissimo domino nro respondemus ad breue illud satis acerbum
quo nos illa, immemor querelarum nostrarum reprehendit, cum
illo vero (quod satis mirari nequimus) longe agit mitius, qui
quinquennalibus induciis violatis prior bellum nobis inferre
occupauit, educto in nos insigni ex Germania Exercitu. Nuper
subditorum fremitu compulsus, qui haud dissimulanter iam, sed
ex professo et publico consilio tandem, sese eum minime laturos
dictitabant, nisi nobiscum in gratiam rediret, studeret. Misit huc
ad nos Oratorem suum Henricum Meltticz, miserunt insuper
vna cum illo Nobilitas et Ciuitates alios quinque, qui illi
tutum ad nos accessum impetrarent, quem nos Reipublice
Christiane causa, non grauate concessimus, additis etiam (pa:
cis studio) dierum quatuordecim Induciis, dummodo ille
prestandi debiti causa venire instituisset, licet autem nondum
plane compertum habeamus, prestiturusne ille sit debitum
nec ne, et quem tandem exitum bellum hoc sit habiturum, ta:
men Patem vram commonendam duximus, ne deinceps ad:
mittatur pacem illam perpetuam confirmari, quandoquidem re:
centiorem hanc, si que tandem contigerit, confirmari erit
necesse. Breui namque huic fabule extremum actum impositum
iri speramus.

Litteris Patis vre et Jodoci relatione accepimus, quam istic
operam in dotis vtraque rata exigenda, apud Illmam domi:
nam Ducem Mediolani Matrem nram, nauauerit, quod
quidem Regia gratitudine nra metimur. Cuius autem iam
rei prouinciam omnem Generoso Joanni Boner Burgrabio
et Zuppario nro Crac demandauimus, qui etiam de

gemmis ipsis apud vram P. depositis per suos istic disponet statuetqz quod usui et e re nra fore duxerit. vra igitur Ptas ubi opus fuerit illi sit favori et auxilio, sciens eum omnia, non nisi ex voluntate et mandato nro acturum.

Iubilei per Lituaniam prorogatio paulo ante Sacr. Pascha huc allata est quam qdem licet per exiguum commodum allaturam credamus, q. et ex illo cuius executio hic in Regno Epis delegata fuerat, parum emolumenti evenerit Pergratu tamen nobis est hec Smi domini nri liberalitas simulqz Ptis vre cura et diligencia.

Postq superioribus diebus Rx dns olim Dos Epus Posnanien, Consiliarius nr deo naturęqz concessit, Nos ad illa Ecclesiam evestigio sufficiendum putavimus Rx dum Dnm Petrum Epm Premislien et regni nri Vicecancellarium virum doctrina, virtute et meritis insignem, et cum nobis tum universo regno nro acceptissimum: eumqz Smo dno nro omni studio commendavimus, vre vero Pti Committimus, ut eum ad predicta Sedem transferri curet, et pro desiderio nro omnifariam prospicere velit, neqd ei uspiam incomodetur. presertim vero neqd de augenda annata aut reservacione beneficiorum suorum, none difficultatis oboriatur, uti nuperrime in Vilnensis Epatus expeditione accidit, Quod Ptem vram pro iussu et voluntate nra accurate effecturam confidimus, Que bene valeat Dat. Thorunij

SIG. I. Rex Poloniae
Cardinali de Grassis . Protectori
Cardinali Sancte Crucis
Car[li] . S. Quatuor Coronatorum .
Et ceteris . eodem exemplo .

R[mo] ME in Chro pr et domine amice char[me] ac honorande. Quemadmodum ab initio declinauimus semper cum Ill[ri] dno Mgro Prussie ad arma venire et bellum cum illo aggredi, eius hostilibus inceptis coacti sumus, ita etiam agentibus apud nos pro pace Oratoribus cum Sancti[mi] domini nri, et Ser[mi] Nepotis nri domini Hungarie et Bohemie etc Regis, tum etiam Principum Germanie, parati fuimus bellum utrumque felicissime nobis succedit, dimittere, et in summa post multos tractatus, ad conditioes pacis perpetue, quas ille violauit, et infirmas esse docuit redire. verum ne id quidem ille certo aliquo responso acceptare voluit. nisi hoc egit ut nos verbis ab armis et optimis successibus nris seduceret, et deinde consequutis subsidiis que se habiturum ab infidelibus et ex Germania sperat, nobis nouam et maiorem difficultatem ingereret, oportuit Oratores rebus infectis discedere, et nos actione nram prosequi, cum nobis nullo modo liceat iuribus regni nri pariter et dignitati nre deesse, quare plurimum rogamus R[mam] D. Vram, dignetur hoc negotium nrum Sancti[mo] dno nro commendare, et facere Sanctitatem suam certiorem, quod non nos sed Mgr ipse inducias quinquennales a sua Sancti[te] institutas violauit, eductis ex Germania contra nos inopinantes, multis milibus Lancerariorum, se domi, cum omni apparatu bellico instructo, ac sollicitatis ad defectionem subditis istic nris, que res tum late et clare patet, ut nulla ratioe

negari aut excusari possit, persuaderitque R.ma D. V.ra, ipsi
San.mo domino n.ro nos nihil temere sed coactos maiori in dies
M.gri insolen.a et hostilitate bellum agere, ne quis aliter istic
referens sinistram de nobis existimationem immittat, et cause
n.re favorem immerito deroget. Quod vicissim v.re R.me
Do.m omni offitio et gratificatione n.ra qua poterimus, refer:
re curabimus. Que felicissime Valeat. et nos
diligat. Dat. Thoruny secunda Juny Anno etc.
1520

SIG.s I REX POL
LEONI X.mo PONTIFICI MAX.o

SAnctissime etc. Accepi litteras v.re S. quibus tametsi
paterna benignitate mecum agit, quod adversus Ill.trem
dominum M.grm Prussie, ad tuendos subditos et dignitate
meam, arma sumpserim, subinde tamen expostulare mecu
dignatur, quod primus extiterim a quo principia turbatio:
num orerentur, qui operi. S v.re de confectis quinquennalibus
Inducys auctoritatem derogaverim, eique tantam, ut inquit,
ignominia intulerim, quod nec fily esset erga patrem, nec
amici erga amantissimum, nec Christiani Regis erga Ro:
Pontifice, et alia id genus, que legens, sane non mediocri do:
lore affectus eram, qui enim tot annos questus fuerim apud
S. v.ram illique declaraverim varias et multiplices iniu:
rias damna et hostilitates quas ipse M.gr mihi et sub:
ditis meis inferre consuevit, que item adversum me fa:
cta cum meis immo totius rei Christiane hostibus indig:
nissima societate molitus est, certo mihi persuadebam explo:
ratam fuisse satis v.re S.ti non modo patientia modestia
et equanimitatem meam erga illu sed etiam summam in se etc.

Sanctam suam Sedem, obseruanciam et deuocionem, vt qui hec
omnia eius solius causa vsque eo tolleraverim vt, quemadmodum
res instructa fuit aduersum me vndique, pene in magnum dis:
crimen cum regno et dominijs meis venissem, nisi furentem
et temerarium ipsius Magistri conatum, summo impendio, et opor:
tuna celeritate preuenissem quare nihil mihi vnquam aeque
preter spem accidit, quam expostulari meam de violatis
inducijs, et ignominia S[ti] vre illata, qui eam summo stu:
dio et veneratione fuerim semper prosequutus, qui profusio:
nem Sanguinis Christiani, adeo non appeto, vt etiam pro tuen:
do illo meum et gencium mearum sanguini, nunquam parco, cum
Magistro vero omni correptione dignissimo ne eadem quidem
fieri, qui sub ipsius inducijs tempus aptissimum ratus, et
cum de compacto Moschi et Tartari nos impeterent, ad:
duxit prope fines magnam vim militum ex Germania,
et ipse delectu domi facto, et copijs ordinatis, Tragediam
hanc omnem orsus sit, cuius vt autor est ipse, ita in eum solum
omnis culpa redundare, et mea causa suum fauorem me:
rito habere debuit. Nam quod S. vra subinnuit cum viri:
bus meis imparem esse, an imparem cum Moschorum Tarta:
rorum et Germanorum viribus, quos si deus optimus Max:
pacta et conuentus suos exequi permisisset, ita vt summa
paciencia mea conspirare illos inter se permiserat, non actum
fuisse putat vra S. de hoc rege suo, quo et obseruan:
ciorem sui habet neminem, et, absit verbo inuidia de re
Christiana magis meritum, et vtcumque sit, solent alij Princi:
pes Christiani pro inanibus titulis pro libidine dominandi
inferiores oprimere, idque vulgo et cum gloria, ego vnus
qui tot grauissimis iniurijs lacessitus, coactusque pro salute
regni et dominiorum meorum iustissimum bellum ago vel
propulso potius, tanquam perturbator pacis communis a vra

.S. o pater clementissime accensor, auctor vero tantorum malorum le-
nius audit. quem etiam hactenus neque modestia mea, nec
suum discrimen deducere ab incepta hostilitate potest/ supe-
rioribus enim diebus cum militum leviorem manum adver-
sus illum misissem. que modico belli preludio illum ad cor
et officium suum reduceret pocius quam cogeret, non modo
non curavit quicquam de pace mecum agere, sed ne ad ul-
lam quidem equam et decentem condicionem accedere vo-
luit, quin oppressis ex insidiis aliquibus peditibus meis
qui pro presidio capti cuiusdam Oppidi collocati erant, fecit
plerosque pudendis suppliciis ad ignominiam meam affici,
et unum cum capite dono Duci Moschorum misit, pro testimo-
nio victorie, quam de quinque milibus hominum meorum
consequutus esset, cum ne ducenti quidem fuerint, qui toto
illius conatu fuerint ex improviso et dolo Oppidanorum
fusi et intercepti; et ego innumeros eius cum milites, tum
aulicos et primarios viros adeptus, non secus quam meos
benigne et clementer habeo, tantum abest, ut quicquam
eius, quod iusta indignacione fieri deberet agam, prout
Vestram Sanctitatem de his et aliis omnibus Nuncii eius qui
apud me sunt ad plenum reddere possunt certiorem
Itaque beatissime pater res in hoc cardine versantur
cum essent apud me preter nuncios Vestre Sanctitatis oratores insignes Serenissimi
domini Ungarie et Bohemie Regis nepotis mei charissimi,
ac etiam Principum Germanie componende pacis causa, pe-
terentque a me inter cetera uti res ad condiciones prioris
pacis perpetue moderatis aliquibus articulis rediret, ego
utcumque maiorem iam ipsius Magistri partem dicionis, in po-
testatem meam redegerim, et reliquum parvo negocio redi-
gere possim; utcumque etiam ille adhuc cristas et hostilem ani-

mum in me non deposuerit, tamen rei Christiane et inprimis
S. vre causa paratus fui ad eam ipsam perpetue pacis condi:
cionem accedere, quam ille non satis firmam fuisse docuit, fa:
cile enim ad pacem reducitur is qui inuitus pugnat, verum
illo nihil certi aut firmi respondente, in quo tuto consistere
potuissem, tantummodo id agente, ut per inuolucra sua,
posset ex presenti discrimine elabi, et noua deinde mihi
melius instructus, difficultatem ingerere pace infecta Ores
discedere, et me bellum prosequi necesse fuit, quare sup:
plico S. vre ut si quis aliter de his illi scriberet vel re:
ferret, quo me et causam meam inuisam redderet, vra S.
potius suis Nunctijs si verbis meis non libet, fidem ad:
hibere dignetur, et cum Mgro sub pretextu debiti sui
quo est Ordini astrictus, licet contra professionem suam agere,
et Sacra prophanis miscere: liceat et mihi cum bona venia
vre S. iura Regni mei, et meam dignitatem tueri ac illi:
batam conseruare, nam ego S. vre, et uniuerse rei Chri:
stiane plus ex usu esse potero, et plus de illa mereri quam
~~quam~~ decem eiusmodi Ordines, quod tamen non eo dictum
putet S.tas vra quod eum Ordinem opprimere et exterminare
velim, sed quod facere non possim aliter quam tranquillitati
mee consulere et iuribus regni mei, ut iuramento sum
astrictus, non deesse, Me S. vre ut domino meo clemen:
tissimo, et hanc causam meam iustissimam omni studio com:
mendo, Quam dominus Deus seruet diutissime sos:
pitem felicem et incolumem Datum Thorunij Ca:
lendas Junij Anno domini M. D. XX

Sigismundus I. Rex Pol.

Cardinalibus.

RME in Chro pr et domine amice charme ac honoran
Quemadmodum ab initio declinauimus semper cum Illri
domino Mgro Prussie ad arma venire, et bellum cum illo ag-
gredi eius hostilibus inceptis coacti sumus, ita etiam agentibus
apud nos pro pace Oratoribus cum Sanctissimi domini nri
et Serm Nepotis nris domini Ungarie et Bohemie Regis
tum etiam Principum Germanie, parati fuimus bellum vtcunque
feliciissime nobis succedit dimittere, et in summa post multos
tractatus ad condiciones pacis perpetue, quas ille violauit, et
infirmas esse docuit redire, verum ne id quidem ille certo aliquo
responso acceptare voluit nisi hoc egit vt nos verbis ab armis
et optimis successibus nris seduceret, et deinde consequutis
subsidiis que sibi pollicetur se habiturum ab infidelibus et ex
Germania sperat, nobis nouam et maiorem difficultatem ingereret:
ut oportuitque Oratores rebus infectis discedere et nos actio-
nem nram prosequi, cum nobis nullo modo liceat iuribus regni
nri, pariter et dignitati nre deesse, quare plurimum rogamus
Rma P. vram, dignetur hoc negotium nrm, Sanctimo dno
nro comendare, et facere S. suam certiorem quod non nos sed ipse
Mgr inducias quinquennales a sua S. institutas violauit educ-
tis ex Germania contra nos inopinantes multis millibus La-
ncariorum, et se domi cum omni apparatu bellico instructo, ac
sollicitatis ad defectionem subditis nris, que res tam late et
clare patet, vt nulla racione negari aut excusari possit, per-
suadeatque Rma D. vra Sanmo dno nro nos nil temere sed
coactos maiori indies Mgri insolencia et hostilitate bellum agere
ne quis aliter sic referens sinistram de nobis existimacionem
inmittat et cause nre fauorem inmerito derogat, quod vicissim vre Rme D.
oi officio et gratificatioe nra qua poterimus referre curabimus que feliciss.me valeat

Leo PP. X.

Sigismundo I. Regi Pol.

Charme in Chro fili nr. Salutem et Appostolicam benedictio-
nem. Cum alias ex Mtis tue lris intellexissemus, que inter ea
et magnum Mgrm Prussie secuta fuerant, nos qui nil magis
q firmam pacem et vnionem inter Chrianos reges et Princi-
pes, aliqne dissensiones ac simultates exoriantur, non potui-
mus non dolere, summaqz animi et cordis nri mesticia affici,
nec vllum magis presens remedium fore vidimus, q ad Mtem
tuam scribere, eamqz benigne hortari, vt singulari sua pru-
dentia et bonitate gravioribus malis et scandalis que succe-
dere possent, occurrere atqz obviare vellet, idqz paterna
charitate ac sincera dilectione fecimus, non Mtem quidem
tuam reprehendere, sed factum ipsius vt par erat damnare et
improbare volentes. Ex lris enim Mtis tue, que nuper nobis
per Venerabilem fratrem Erasmum Epm Plocen. eiusdem Mtis
tue apud nos Oratorem reddite fuerunt, intelleximus eandem
Mtem tuam scripta nra ex intimo charitatis affectu nata ac
pastorali officio nro convenientia in alium sensum q de mandato
nro scripta fuerunt, a Mte tua interpretata fuisse, eamqz suspi-
cari, q falsis calumnijs aurem prebentes contra eam partes
susceperimus. Quod quantum ab intencione menteqz nra alie-
num sit, novit ille qui nihil non ignorat, nosqz nobis ipsis op-
time conscij sumus, q nullam prorsus causam vnq habuimus
qn te tanq peculiarem filium nrm ac de fide Chriana optime
semper meritum in visceribus charitatis gereremus, cum tu
(vt Chrianum Principem ac vere Catholicum Regem decet)
assidue bellum contra Scysmaticos et Infideles semper gesseris

ex eisq plures ac insignes victorias reportaueris, Nosq se:
pius ob eum vnacum Venerabilibus fribus nris Sancte Romane
Ecclesie Cardinalibus ac tota Romana Curia publicam leti:
ciam ostenderimus, ac debitas omnipotenti Deo per solennis
misse celebrationem gras egerimus, nec vnq tristem ac alique
sinistrum nunctium istinc nobis allatum fuisse meminerimus,
hoc vno excepto, q tanq re noua et insolita nos valde co:
motos fuisse mirari non decet, cum de omnibus etiam minimis
nedum maximis rebus coram Deo racionem reddituri sumus
ac propterea solliciti ac vigiles esse debeamus, ne gregis no:
bis commissi curo et custodiam neglexisse censeamur.
Gratias autem Deo nro agimus, q ex nouissimis Mtis tue
lris rem ipsam magis distincte apteq intelleximus, cognoui:
musq ipsam tuam Mtem solita tua prudencia et modestia
in huiusmodi negocio processisse, et quod in prefatum Mgrm
sine eius exercitum fecit, id inuitam et coactam fecisse, se:
piusq nros, ac aliorum regum et Principum Nunctios et
Oratores apud eam existentes testatam fuisse, q per eam non
staret, quin bonam pacem et concordiam cum prefato Mgro iniret
Placuitq nobis intelligere celsitudinem tuam etiā num paratam
esse pacem et concordiam huiusmodi sub nro, et huius Sancte
Sedis beneplacito concludere. Ad quam, Celsitudinem
ipsam tuam in domino hortamur, eamq per viscera miseri cor:
die illius cuius vices in terris gerimus rogamus et obtestamur,
vt ab intestino isto contra dictum Mgrm bello prout conuenit
abstineas: nec illi malum pro malo, sed potius bonum red:
dere cures, minimeq hostilem aduersus eum, sed benignum ac
paternum animum induas, non ignorantesq omnium victori:
arum que acquiri compararique possunt, nulla est speciosior, ma:
gisq Deo et hominibus grata, q seipsum vincere, ac proprios
affectus (quod hominis proprium est) superare: acceptamq
iniuriam clementer potius remittere et condonare, q hostiliter
vlcisci et persequi. Quod si (vt speramus et optamus)

eundem Mgrm quem bello et armis non sine magna rerum omnium confusione vincere posses, clementia quam cetera quoque Animantia sentiunt eaque mansuefiunt, lenies atque placabis ac eius duriciem paterna indulgencia franges. Nec nos pro parte nra deerimus, sed ad hoc auctoritatem quoque nram interponemus, sicuti alys lris, nunctiis nris apud eandem Mtem suam committimus. Speramusque quod huiusmodi concordia inita vires quas contra vos inuicem exercebatis contra Chri nominis hostes, nulla re magis quam Christianorum Principum discordiis exultantes et confidentes vnitis animis conuertere, ipsosque debellare, ac fidei Chrianae terminos augere et propagare curabitis. Id quod ab oipotenti Deo continuis precibus humiliter poscere et implorare non ommittemus. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die xv July. Pontificatus nri Anno viio

Sigismundus I Rex Polonie Ludouico Regi Vngarie et Bohemie

SERme Princeps et domine Nepos nr charme. Iam per alias nras Mtem vram edocuimus de profectione nra in terras Prussie: et causas moti belli exposuimus pro defensione subditorum nostrorum qui a domino Mgro diuersis calamitatibus indignissime affligebantur: Nunc Deo Optimo Maximo fauente, res nobis ex sentencia procedunt; Oppidis non paucis et Arcibus in potestatem nram redactis, verum enimuero in futurum prospiciendum est, ne hostis nouis auctus copiis, nobis obesse possit. Intelleximus siquidem nonnullos in regnis et dominiis Mtis V. versari qui a dno Mgro annuo stipendio subarrati, ei auxiliares copias vndique contrahunt

et potissimum in regno Bohemie Marchionatu Moravie nec:
non Ducatu Slesie in spem maxime ut accepimus Illtris
Domini Georgii Marchionis Brandeburgen' Nepotis nri qui
lateri Mtis vre assiduus assistit. Itaque rogamus Mtem Vram
ut non obstante priori edicto quo omnes ad accipienda a
Mgro militaria stipendia vetabantur: iterum illud adiecta
aliqua severiore interminatione qui edicto contravenerint
publicari faciat et potissimum in regno et provinciis suprascri:
ptis Germanie contermimis. Cuperemus etiam ut alio re:
centique edicto in isdem regno et provinciys proponi faceret quo
universi ad bellum parati esse iuberentur ad ferendum nobis
si opus erit auxilium: poterit fama hec ferendarum suppe:
ciarum rebus nris non leviter opitulari ubi hostes intelle:
xerint opes et arma Mtis vre quando necessitas expos:
tulaverit, nobis non defutura et forte a movendis armis re:
trahentur, postque regna nra mutuis inniti viribus intellexe:
rint: Vellemus et hoc edicto adiici ut si alique militares co:
pie per prefatum regnum et provincias, ad domini Mgri
stipendium tenderent, hi omnes pro hostibus haberentur: vique
et armis a transitu arcerentur: Rogamus insuper plurimum
Mtem vram dignetur Spectabili et Mgco Leoni de Ros:
mithal Burgrabio Pragen' secrete mandare: ut si quos edi:
cti contemptores aut domino Mgro annuo stipendio obstrictos
in regno Bohemie reperierit eos in ptatem redigat aut spon:
sione fidei obstringat et presertim Sigismundum Bavarum
qui gentes pro dicto domino Mgro conducere illic perhibetur.
Intelleximus etiam in dominiis Saxonie ac Bavarie Ducum
pro dno Mgro mercenarios milites conduci, et eas regiones
bellico fervere apparatu: postulamus a Mte vra velit per
nuncios aut lras cum hisdem dominiis Ducibus agere, ut ta:
lia fieri in dominiis suis non patiantur. Quod si secus fieri
sacent Mtem vram nos patruumque suum cum regnis et do:

minijs sinis non esse desertura/ Serme rex et nepos nr amantissime presens rerum nrarum status expostulat, vt Mtas vra in his nobis amorem et beniuolentiam sua ostedat. quas nos illi vicissim volumus et pollicemur in quacunque eius necessitate omnibus viribus et facultate nra referre/ Feliciissime valere optamus Mtem vram que nos diligat vt consueuit et habeat sibi commendatos Dat

. S. Rex . P.

Epo Vaciensi .

R De in Chro pr Sincere nobis dilecte Scribimus Regie Mti Vngarie Nepoti nro charmo in nonnullis nris regnique et Dominiorum nrorum non vulgaribus negociis postulamus a Pte vra efficere velit vt litterae nre in absencia Illris D. Georgii Marchionis Brandeburgen legantur: ac vt eo inscio expedicio fiat eis oportunum patrocinium suum prestare non grauetur: quo maturius demandetur et votis nris satisfiat Rem nobis faciet vra Ptas gratissimam et nos sibi hoc fauorabili obsequio obligatas in posterum efficiet Quam bene valere optamus Ex Thorunio etc

Ludouicus Rex Ung. et Bohemie
Sigismundo primo Regi Pol.

SERenissime Princeps et domine patrue noster charissime, Venera:
bilis Balbus, Doctor Secretarius et Orator noster, quem pro:
xime ad Maiestatem vestram miseramus, retulit nobis ex fide, de:
claravitque ad unguem singula, quae per responsionem a vestra Maiestate
acceperat. Quid scilicet Maiestati vestre visum sit de rebus affini:
tatis Suensque neglectis: Quid de nostra in Bohemiam profectione
Quid item de plerisque aliis negociis, de quibus legatio sua
constabat. Quae quidem Maiestatis vestre responsio, tota fuit nobis
admodum grata, utpote humanissima et ex animi nostri sentencia
facta. In ea vero parte gratissima, ubi ex ipsa responsione
cognovimus Maiestatem vestram pro singulari et fraterno in nos amore
ita secum constituisse, ut posthabitis suis et regnorum suorum
negociis, licet arduissimis vel Brune vel in Olomuncz vel
Posonii ad primam future Quadragesime Dominicam no:
biscum conveniat, rebus nostris consulat et prospiciat. De hac
itaque tam propensa: tamque optima vestre Maiestatis in nos voluntate
fraternaque pietate agimus et habemus Maiestati vestre gracias
amplissimas, quas eciam cumulatissime referendas, per omnem
occasionem curabimus, Nec unquam tantorum Maiestatis vestre in nos
officiorum sumus futuri aut immemores aut ingrati. In cele:
brando autem hoc congressu ut utramque mentem Maiestati vestre
aperiamus amplectemur libentissime, sequemurque Maiestatis vestre
consilium. credimus namque illum utriusque nostrum rebus ma:
xime vero nostris Deo opitulante salutarem fore. Quoniam
autem Maiestas vestra de locis opcionem nobis dedit, erit nobis multo

commodius Posonij intra scilicet regni nri limites, quam foris, hoc tempore conuenire. Tum propter alia multa, Tum quod oris Germaniis ille locus viamor est, vbi nunc conuenisse Electi Imperatoris Commissarij dicuntur. cum quibus forte de rebus Matrimonij si quid interea concludi per oratores nros cum eis non posset tractare ob loci vicinitatem commodius poterimus. Tempus autem Conuencioni nre per Mtem vram designatum, satis videretur esse conueniens, Sed cum illud in Quadragesima incidat. Veremur ne piscium inopia illic grauemur. videretur itaque nobis, si modo Mti vre placuerit. melius esse presertim prosequacibus nris vna saltem vel duabus Septimanis ante Quadragesimam conuenire. id est vel ad Dominicam Quinquagesime vel Sexagesime. sed hoc nosque arbitrio Mtis vre relinquimus, et nos illud tempus acceptabimus quod Mti vre visum fuerit, magis aptum, De quo velit, rogamus nos quam primum reddere cerciores, De rebus ante Matrimoniorum tractandis. cum Commissarijs Caroli Regis, quoniam intelleximus Mtem vram iam designasse Oratore suum, et reliquisse Cracouie paratum in horas proficisci ad Commissarios predictos si nobis de his rebus ante Conuentum nrm aliquid agendum videretur. propterea vt in alijs. ita in his quoque volumus imitari Consilium Mtis vre, et iam nosque designauimus Oratorem nrm ipsum scilicet Balbum ad ipsos Commissarios. quem hinc propediem expediemus. et ita dimittemus vt ad Purificationis Marie festum adfuturum in Isprwk, vbi Commissarij nunc existunt, peruenire possit, non enim volunt vt certo didicimus hoc tempore propius ad nos descendere. Quare Mtem vram plurimum rogamus, velit iubere, vt Or suus ad hanc prouinciam iam designatus, iter arripiat et contendat ad Isprwk ad predictum festum Purificationis peruenire, et illic iungat se Ori nro, et vna adeant Commissarios, moneatque illos, pro instructionibus sibi mutuo communicatis, vt iam tandem negocium ipsum pro desiderio nro transigatur, poterunt autem

illos vtrinsque nrm nomine affabiliter primum adhortari: deinde
si res postulabit exprobrare etiam beneficia nra et illorum
ingratitudinem iniuriamque accusare. ac demum si videbitur
etiam minas aliquas addere, non scilicet defuturos, qui hanc in:
signem iniuriam vlciscantur, si res ipsa prout optamus suum
finem sortita non fuerit. Esto autem. vt si predicti Oratores
nri nihil concluderent. proderit tamen eorum missio vel ad
hoc quod ex disputationibus in congressu et colloquio illorum
futuris, apertius eorundem animos et sententias expiscabimur.
et tandem in Conuentu nro facilius etiam deliberamus, quid
opus facto fuerit. Ceterum missuri sumus, vt Mti vre anteaquoque
significauimus, Oratores nros ad Conuentum Bohemicum pro
festo Epiphaniarum domini proxime futuro celebrandum, ad sedandum
animos Bohemorum propterea quod ad ipsos hucusque sepe vocati
non concesserimus, concitatos, qui prolatis in medium causis
que nos hic detinuerunt, studebunt absentiam nram excusare.
et illis persuadere, vt equo animo illam ferant, certamque spem
habeant nos in eorum medium quam libentissime profecturos cum pri:
mum per oportunitatem licuerit. Quoniam autem auctoritas
Mtis vre apud quam. vt audimus. sepe iam de nra absentia
conquesti sunt plurimum valet, velit (si modo ea re Mtem
vram non grauabimus) aliquem ex suis illucquoque ad predictum
Epiphaniarum festum Oratorem mittere, cuius presentia et Mtis vre
pro nobis missa legatio rebus nris procul dubio magno erit
adiumento, causamque dabit vt nri ad nos cum optata responsione
reuertantur. Postremo sciat Mtas vra iam nos Oratorem
nrm ad Pontificem pro re Prutenica expediuisse, et eam nos
diligentissime curaturos. facturosque etiam alia omnia quecunque
Mti vre. vel grata vel iucunda fore cognouerimus. De
premissis autem omnibus Mtas vra velit nobis preter mo:
ram rescribere, vt intellecta Mtis vre mente, sciamus nos
quoque illi nos et studia nra accommodare. Quam Deus
Omnipotens quam felicissime conseruet: et concedat eidem in omnes
hostes suos victoriam semper gloriosam. Datum Bude in festo Con:
ceptionis Beatissime virginis Marie. Anno domini M°. D°. XIX

Ludouicus Rex Vngarie Sigismundo Regi Polonie

Serenissime Rex Patrue noster charissime. Ex litteris Maiestatis vestre proxime ad nos datis intelleximus prosperum adhuc prussiane expedicionis euentum, fuerat quidem vtique nostrum optabile vt Maiestatis vestre arma et vires alius hostis sensisset Sed cum subditorum iniurie et Calamitates necessario propulsande fuerunt, rebus à Maiestate vestra preclare gestis ex animo gratulamur. Quos non minus habemus Iucundos quam si à nobis aut nostro auspicio Capta illa Oppida expugnate Arces et in potestatem essent redacte. Nos etsi Deo fauente non modo reliquum huius belli cursum Sed etiam exitum optimis inicus parem expectemus. facit tamen Maiestas vestra quod sapientissimus et in re militari exercitatissimus Princeps. ita enim presenti fortuna ac felicitate sua gaudet vt eciam futuris diligentissime prospiciat. Quod igitur Maiestas vestra voluit, Regno nostro Boheme Marchionatui Morauie. Slesie ac Lusacie Ducatibus seuere ediximus. ne quis in hanc miliciam aduersus Maiestatem vestram nomen dare. aut Magistri capere stipendium audeat. Alio item edicto iussimus. vt in hys meis prouincys vniuersi ad ferendum si res postulet Maiestati vestre auxilium parati et expediti esse debeant. vltimoque huic edicto nostro adiecimus. vt si que copie contra huiusmodi edicta nostra conscripte. et Magistri stipendio siue in predictis Prouincys meis siue alibi conducte esset reuocentur, et à transitu adhibita eciam vi tanquam hostes arceantur: Mandauimus preterea Secretis litteris fideli nostro Magnifico Leoni Rosmithal, Pragensi Burgrabio, vt Sigismundum Bauarum aliosque si quos esse aduersarum parcium cognouerit, quomodo

annuo stipendio obstricti nostro essent, vel pro conducen[dis] militibus illic versarentur, eos tum Jureiurando, tum alijs quibus erit necesse vinculis, in fide atque officio contineat, milites conscribere vetet, ac fines Regni nostri egredi nequaquam sinat aut patiatur/ scripsimus hijsdem de rebus accuratissime. Illustribus quoque Saxonie et Bavarie Ducibus clareque sumus testati sicuti Regna Provincie opes, facultatesque nostre cum Maiestate vestra communes sunt. ita Maiestatem vestram patruum nostrum quicquid undecumque eveniat in nullo casu nos deserturos. In hijs itaque alijsque rebus omnibus quibus Maiestas vestra voluerit operam nostram studium curam diligenciam vires denique omnes nullo loco aut tempore sibi defuturas polliceatur ac persuadeat Quam valere optamus felicissime et eidem nos nostraque omnia, vt patruo optimo et amantissimo vnice commendamus Datum Bude prima die Marcij Anno domini 1520

Ludovicus Rex Vngarie Sigismundo I. Regi Polonie

SERenissime Princeps et domine patrue noster charissime atque honorande Cum nuper Maiestatem vestram per Venerabilem Balbum Doctorem Prepositum, Secretarium et Oratorem nostrum, de profectione nostra in Bohemiam, consuluissemus visum fuit Maiestati vestre vt transitum nostrum Conventu nostro Posoniensi anteverteremus et illic cum Maiestate vestra, tum de racione profectionis nostre, tum de rebus alijs nostris, Regnorumque nostrorum tractaremus. Medio vero tempore Maiestas vestra Bello Pruthenico implicata nobis rescripsit. se non posse ad diem statutum locumque conferre petendo a nobis vt tantisper Maiestatem vestram et eius nobiscum congressum opperiremur. dum ex huiusmodi belli difficultatibus aliqua saltem ex parte, sese explicare posset Quoniam

vero nos antea statibus regni nri Bohemie ingressum nrm summopere mirumqz immodum efflagitantibus, polliciti fuimus ex hoc ipso Posonien Conventu consulta Mte vra in medium ipsorum recta nosmetipsos recepturos. Videntes Conventionem nram pro condicto die fieri non posse, Miseramus Ores nros insignes in Bohemiam, qui nos apud omnes status excusarent causamqz exponerent. Cur et conventio posthabita et ingressio nra pariter dilata fuerit. Monerentqz illos vt equo animo ferrent hanc dilacionem, vtpote iustam et necessariam, verum parum profuit hec nra apud illos excusacio, Nam responderunt nobis nec Regnum illud nrm varijs ac multiplicibus dissidijs et factionibus vndiqz agitatum, distractumqz pacari, Nec res nras vllo pacto nisi nra presencia auctoritateqz posse componi. Quam ob rem contenderunt a nobis magna instancia magnisqz precibus, vt ad festum Pasche iam preteritum in omnem eventum illuc proficisceremur, alioqui regnum ipsum nrm, crescentibus quottidie magis ac magis odijs et tumultu, in exidium propediem bello intestino prolapsurum resqz nras eo redigendas, vt de illis vel iuuandis vel suscitandis parum postea spei superesse possit: quibus rebus facti anxii diu multumqz cogitauimus quid nobis faciendum esset, facta tandem resolucione, rescripsimus illis, nos preter moram preparaturos singula que ad hoc iter pertinerent, et his paratis omni cunctacione postposita transitum nrm maturaturos et primum Posonium concessuros, illincqz ipsis significaturos, si quid amplius ad hanc ipsam profectionem nram pertinere visum fuerit. Quod obeam rem a nobis factum fuit vt per hanc dilacionem daretur occasio futuro nro cum Mte vra Conventui: et ipsi Bohemi per spem illius de ingressu nro datam, nisi de erga nos, et in pace inter semetipsos interim continerentur, Expeditus itaqz Cursor nr cum hac responsione vix fuerat limen egressus, cum nobis reddite fuerunt lre Bohemorum quibus significabatur inter ipsos noua quandam discor:

diam et maiorem et perniciosiorem prioribus, iterum esse co:
motam et quidem que eciam dignitati regiminiqz nro esset, nisi
q primum obviam iretur, no mediocriter obfutura: Qua re
permoti cursorem revocavimus retinuimusqz expectantes illos
qui ab ipsis Bohemis sic dissidentibus ad nos Oratores ven:
turi, dicebantur, ex una itaqz parte dominorum sczt et Mili:
tarium venerunt Oratores: qui propositis et ad vngnem causis
dissensionum novarum declaratis: supplicaverunt nobis multo
q vnq antea vehemencius, obortis sepe inter loquendum la:
crimis. vt omni mora postposita, si meam Regiamq dignitate
saluam fore cupimus, si regni conseruacio nobis cordi est, in
Bohemiam properemus, alioqui desperatis rebus omnia prope:
diem ruitura. Agentibus autem nobis cum prefatis Oratori:
bus, allate sunt lre eciam alterius partis, cuius capita sunt
nonnulli ex dominis Baronibus et Nobilibus, qui cum Civi:
tatibus omnibus conspirarunt, qui licet ab alia parte dissen:
tire in omnibus videantur, et presertim in hoc, quod ipsi quosdam
articulos nuper Regni illius (vt ipsi dicere solent) tabulis
communi omnium consensu inscriptos, auctoritatem meam Regiamqz
dignitatem concernentes. altera parte dominorum sczt et Nobi:
lium prorsus reclamante expungere nixi sunt. verum in hoc
vno concordant omnes et eque hij atqz illi cupiunt, vt pri:
mo quoqz tempore illuc veniamus, asserentes pericula illi regno
ex hac ordinum dissensione impendencia, nisi presentibus
nobis, vitari nullo pacto posse. Quamvis itaqz videbatur
nobis, non satis tutum fore, vt nos illud Regnum nrm, tam
multis tamqz perniciosis odiorum discordiarumqz facibus, vn:
diqz ardens, hoc tempore subiremus, Ne tamen putarent
ipsi Bohemi, vel pars eorum, se a nobis habitos esse omnino
contemptui: et nichili facere tocius regni salutem, quam in
sola presencia mea omnes reponebant: Polliciti sumus denuo,
alijs per Oratores, alijs per lras ingressionem meam, et nos
ad festum Nativitatis Beati Joannis Baptiste Posonij futuros,
illicqz expectaturos eos, qui nobis ex Bohemia obviam sunt

venturi: que dilacio, etsi exigui est temporis, Oratoribus
tamen permolesta videbatur, quod dicerent omnem moram
nociuam et ad extinguendum tantum incendium maxima
celeritate subitoque accursu opus esse, molestiam hanc Ora:
torum ea potissimum causa mitigauimus, quod necesse omnino
foret nos per id tempus expectare qui nobiscum illuc in:
grederentur Oratores, tum Serenissimi Romanorum Regis tum
Maiestatis vestre, quorum opera ad omnes res agendas componen:
dasque uti vellemus, huic autem pollicitacioni nostre hoc adie:
cimus, Ut interim omnes status inter se concordent de se:
curitate quam domini Hungari nobiscum illuc ituri, memo:
res preterite persecutionis, de personis deque rebus suis ha:
bere cupiunt: et contra diffidatores huius regni quorum
nonnulli in Bohemia delitescunt, et contra sediciosos alios, qui
cum rapinis, tum cedibus studere solent, et hanc securitatem vel
ut Budam vel ad Posonium afferant, priusquam ulterius pe:
dem moueamus. Nunc itaque Serenissime Rex Patrue et tanquam
pater charissime res nostre in hoc cardine versantur, nichil esset no:
bis optacius, velut videlicet [nichil] eciam magis est necessarium, quam
si conuenire cum Maiestate vestra nobis liceret, priusquam fines Bo:
hemicos penetrabimus. Verum si id fato quodam iniquo ad:
uersante fieri non poterit Maiestatem vestram vehementissime ro:
gamus, non grauetur aliquos Oratores insignes illuc no:
biscum mittere, quorum opera ad componendam pacem ac
res bene ordinandas, uti possimus, ut intelligant omnes
non deesse nobis Maiestatem vestram que res, honorem, dignitatem
auctoritatemque nostram, cure habeat, tueaturque. Scripsimus
eciam ad Serenissimum Carolum Romanorum regem Sororium
nostrum pro eadem causa: quem tum pro nexu tot affinitatum
quibus illi iuncti sumus, Tum pro officiis aliis quibus.

a nobis affectus cumulatusque est. nobis in hac petitione nra non defuturum confidimus. De quibus omnibus fidelis nr Rdus in Chro pr dominus Joannes Gostomius Epus Jawrien Or nr plura coram nomine nro dicturus est, ex quam a nobis accepit informatione, eius verbis Mtas vra fidem adhibere, et nobis ex sententia nra respondere velit. Iterum rogamus Mtem vram quam felicissime valere optamus. Datum Bude die XXiij Aprilis Anno domini Mo . Do XXo.

Sigismundus Rex Pol. Ludouico regi Vngarie nepoti.

Serme Princeps. Accepimus lras vre Mtis quibus nobis declarat statum turbulentum regni sui Bohemie et quod ad instantissimas preces illorum regnicolarum coacta sit super profectione illuc sua respondere, postulatque a nobis Mtas vra, vt vel secum Posonij primo quoque tempore conueniamus, vel vbi hoc fieri non posset, mittereque secum Oratores nros in Bohemiam, quorum opera illic in pacandis intestinis sediciombus ac alijs negocijs suis vti posset. Serme Rex ac amantissime Nepos, nr nobis nil adeo est cure et cordi quam cum Mte vra quam celerius conuenire posse. Intelligimus enim id plurimum nobis et communibus regnis nris expedire, vtque prestare possimus, nichil quidem reliquum faciemus rogamusque plurimum Mtem vram vt eam ob rem tam vtilem ac necessariam contineat se quantum potest ab hac profectione, vt nos interim possemus ex his difficultatibus bellicis explicare, et cum vra Mte

conuenire, cum qua existentes agemus non minus de pac:
candis rebus Bohemicis, quam aliis quibusuis, tantumque huic
negotio incumbemus, vt si etiam illuc ipsi cum Mte Vra
proficisci deberemus, idque res exegerit et hoc facere non
recusabimus, scribemusque literas ad dominos, et ad omnes
alios Ordines regni ipsius Bohemie, hoc institutum nrm
illis declarando persuadendoque vti adeo profectionem
ad se Mtis Vre, non exigerent, donec cum illa conueniamus
quod maxime necessarium fore eundem Conuentum nrm
ipsi itineri anteuertere et intestinas illas discordias prius
inter illos metipsos componi, Verum si quo fato iniquo
congressus nr tam cito fieri non possit et domini Bohemi
aduentum ad se Mtis Vre differri equo animo non pa:
terentur, statueretque Mtas Vra ad illos proficisci, nos
cum primum certiores de hoc facti fuerimus, nihil gra:
uabimur, non solum Oratores nros insignes cum Mte Vra
illuc mittere, verum omnia alia quecunque ad dignitatem
et bonum statum Mtis Vre, ac eius Regnorum per:
tinere cognouerimus libentissime semper exequi, ac nulli la:
bori, nullique sumptui parcere vnquam volumus. feliciissime
valeat Mtas Vra et nos diligat Datum Toruny
die XXii May Anno Mo Do XXo

Sig. I. Rex Pol.
Optimatibus Regni Bohemie.

Spectabiles, et Mag.ci, Nobiles, et Generosi, ac famati amici, nobis sincere dilecti. Accepimus lras vrarum D. quibus nobis declararunt se multas legationes ad Ser.mum Do.mum Ludouicum regem suum fecisse, illiusque Mtem enixe rogasse, vt ad regnum istud suum Bohemie venire dignaretur, propterea quod essent vrgentissime cause, que aduentum eius Mtis exigerent, neque se potuisse hactenus id a Mte sua impetrare, postulantque a nobis vre D. vt ad illius Mtem intercederemus quo precibus ipsorum et necessitati regni sui Bohemie satisfacere dignaretur. vbi vero domini regni Hungarie obstarent, quo minus id illius Mtas faceret, essemus D. vris consilio et auxilio, quali in hac re se gerere deberent. Nos in memoria habemus illius Mtem nobis circa festum Pentecostes preteritum per Illtrem dominum Ducem Carolum significasse, quod constituerat ad festum S. Joannis istic ad Regnum Bohemie proficisci, quid autem cause sit quod illud institutum suum eius Mtas non prosequuta fuit, prorsus ignoramus. Nunc vero inciderunt rationes summe necessarie, vt de illius Mte, Sorore, et nepte mea char.ma in nullo certo fine cum magna indignitate mea constitute, ac de aliis rebus ad communia regna et dominia vtriusque nrm pertinentibus, que mutuum Conuentum nrm requirunt constituimusque cum illius Mte celerius opinione conuenire

et ibi existentes coram agemus: cum illa diligenter vt ea demceps proficisci istuc ad regnum Bohemiae non differat vbi vero ad id tempus quod inter nos statuimus conuenire cum illius dite non possemus aliqua graui necessitate impediti tum operam omnem apud illam faciemus quo ipsa, non expectato ipso nostro Conuentu istuc ire, ad regnum Bohemiae se conferret, et postulatis d. vrarum satisfaceret. Interim autem rogamus illos plurimum ne vrgeant illius ditem in euocanda illa ad se donec vel cum illa conuenerimus, vel constiterit nos id prestare non posse. et persuadeant sibi de nobis vrae D. nos non secus cordi habere bonum statum ipsius Regni Bohemiae quam nostri proprij regni, et pro eo ac omnibus desiderijs vrarum D. libenter omnia que poterimus nos semper facturos. Quas optime bene valeant Dat.

Sig. I. Rex P.

Statibus Regni Bohemie

Accepimus tum aliunde tum ex lrÿs Serᵐⁱ D. Ludouici proxime ad nos datis, Mᵗᵉᵐ eiusdem precibus supplicationibusque vris persuasam ita constituisse vt pro festo Natiuitatis Diui Joannis Baptiste proximo in medium vri proficiscatur. Que Mᵗⁱˢ sue profectio longe antea fieri debebat. Ita enim inter nos et illius Mᵗᵉᵐ conuenerat vt ad primam preterite Quadragesime Dominicam Posonij Conueniremus, et illinc habita consultatione, tum de honorifico Mᵗⁱˢ sue ingressu tum de rebus omnibus quietem tranquilitatem ac omne bonum vrm̄ concernentibus Mᵗᵃˢ sua recta ad vos se conferret. factumque id omnino fuisset, nisi nos hoc bello Prutenico fuissemus implicati. Inde secutum est vt et mutua nra congressio et transitus Mᵗⁱˢ sue in Bohemiam differretur. Quod nos futurum presencientes rogaueramus Mᵗᵉᵐ suam, vt equo animo ferret hanc necessitatem, que nos pro die antea condicto conuenire non pateretur. fuimusque polliciti alium Conuentum cum Mᵗᵉ sua nos habituros, mox vbi huiusmodi bellorum difficultatibus aliqua ex parte explicaremur, et eam ob rem persuaseramus nobis Mᵗᵉᵐ suam id expectaturam, priusque profectionis sue diem vobis nominaret. factum Mᵗⁱˢ sue non improbamus. Non enim nos latet, quod sit hec Mᵗⁱˢ sue profectio, et sibi et toti regno suo Bohemie necessaria. verum optaremus si fieri sine nro et istius regni Bohemie discrimine aut dispendio

posset, vt nos cum Mte Sua priusquam se istuc reciperet, vel
Posonij vel alio quouis loco conueniremus nisi de
ratione rerum Mtis Sue deque nostro pacifico Statu coram
consultari, ex quo Conuentu nostro futuro mitteremus et
nos Oratores nostros cum Mte Sua in omnibus eidem
obsequuturos, et si opus fore, sique res ipse Bohemice
postularent, et si hoc ad perfectum vtrumque fore cogno-
sceremus etiam et nos ipsi personaliter cum Mte Sua
istuc libenter iremus, Non secus enim salutem dig-
nitatem, resque omnes ipsius Nepotis nostri quam nostram
propriam cure habemus, nec minus isti regno Bohe-
mie quam regnis nostris bene volumus, tum causa Nepotis
nostri, tum pro nostro sincero erga vos affectu et dilectione
et vestra vicissim in nos obseruantia, et multis alijs
officijs quibus nos semper cum summa veneratione
prosequi consueuistis. Quamobrem vos omnes ex
corde hortamur, plurimumque rogamus velitis operam
omnem impendere, et pro vestra summa prudentia vias
modosque excogitare quibus hec vestra dissensio mitigetur
Sedeturque priusquam Nepos noster istuc se conferat. hoc enim
multo magis ex dignitate honoreque Mtis Sue, quibus vt Bo-
nos fideles decet accurate semper studuistis, hoc denique
magis futurum est ad vtilitatem et famam Illustriorem
totius regni Bohemie quam si precipitata profectione ad has
discordiarum tempestates tenerum adhuc dominum vestrum
introduxeritis. Qua in re cogitare vobis operepretium
est, quid vos cum ex honore vestro, tum ex fide facere
oporteat, et bene rei exitum prospicere ita vt quicquid fa-
ctum a vobis fuerit improbari a nemine, laudari vero

ab omnibus possit, videretur autem nobis nihil posse fieri
consultius quam si quod premissum a nobis est fieret, i dest,
odia simultates et discordie vre antea sedarentur priusque intraret, et si interim Mtem suam ad profectionem nõ
urgeretis, ferretisque equo animo eiusdem absenciam, donec
Mtas sua nobiscum conveniret, que res et ad sedandos oēs
motus et ad res pacandas, ordinandasque non parum
momenti nrõ Iudicio esset allatura. In ipso enim Conuẽtu nrõ, nihil pretermitteremus sed excuteremus, cum Mte
prefati Nepotis nri, singula quecumque ad salutem tranquillitatem, et pacem istius regni Bohemie tuendam conseruãdamque pertinere arbitraremur, et ita prospectis compositisque
omnibus Mtas sua liberius honorificencius maioreque splendore et gloria, cum summo tocius regni Bohemie et vrm
omniu decore, honestate et fama laudabili, apud omnes nacīones merito predicanda. in medium vrũ. vel sola vel
nobiscum vna, si res hoc ita postularet ingredi posset de
qua re dedimus lras eciam ad ipsum Nepotem nrm et significauimus eidem, quid vobis super eadem re scripserimus
hortantes illius Mtem vt hoc nrm Consilium, non aspernetur vtpote et suis et vris rebus minime obfuturum vos
vero iteru atque iterum rogamus, vt nobis gratificari et
ad premissa omnia ex animi nrõ sentenciã respondere quam primum velitis, vt nos quoque de vra volutate Nepotem
ipm nrm tempestiue cerciorem facere possimus Et bene valere
vos optamus. Datum Thoruny. xxii.a May
Anno domini. Mo. Do. xxo.

.S. Rex .P.
Ludouico Regi Vngarie

SErme Princeps etc. Cum esset apud nos Rdus Dos Epus Jaurien. Or. Mtis Vre, et declarasset nobis vbi pollicitus fuit Optimatibus et regnicolis Bohemie se ad illos pro festo Sancti Joannis Baptiste preteriti profecturam nos intelligen. expedire communibus rebus nris et regnorum nrorum Conuentum nrum [mutuum antegrederetur, scripsimus et misimus de industria nuncium nrum] ad Bohemia, qui ageret vbi profecto ipsa Mtis Vre eo vsque differretur donec prius cum illa conuenire possemus, Vnde quod responsum accepimus cognoscet Vra Mtas clarius ex Scheda quam presentibus inclusam mittimus, quod in summa vniuersi nullo modo consentire voluerunt, ad vlteriorem dilationem aduentus ipsius ad se Mtis Vre que cum deinde nobis lris suis significauit quod Posonium proficisci decreuit vt illic prius animos ipsorum Bohemorum inter se dissidentes componeret, expediuimus e vestigio Oratorem nrum, qui illic obsequio et studio suo, tam in pacandis motibus Bohemicis quam etiam in profectione Mtis Vre ad illud regnum prius adesset, qui subinde referet Mti Vre statum presentem rerum nrarum, vt quod dominus Magr. Prussie persistit in proposito et hostilitate sua aduersum nos, qui licet ad nos nuper eo pretextu venerat quod voluisset se nobis reconciliari tamen ducens nos aliquamdiu verbis et promissis suis, vt nos et gentes nras distineret et tempus aucuparetur, tandem nactus subsidia quedam ex Germania rebus omnibus que iam pollicitus fuit infectis discessit, Vnde cum bellum magis incrudescere videtur, Mtem Vram

ex animo rogamus, dignetur nobis cum regnis suis non deesse et presertim in eo, ne gentes alique adversum nos possent per dicionem Maiestatis vestre penetrare. Quod illi vicissim regnisque et dominiis eius volumus omni benivolencia viribus et facultate nostra semper referre. Quod autem nobis Maiestas vestra commendat Venerabilem Joannem Carncowski Secretarium nostrum volumus eum deinceps hac racione uberiori gratia nostra complecti et felicissime valeat Maiestas vestra, cuius amori nos Commendamus

S. Rex. P.

Andree de Tanczin Palatino Lublinensi Oratori ad Ludovicum regem Ungarie Designato.

Magnifice Sincere nobis dilecte. Hactenus distulimus mittere S. tue instructionem huius legacionis ad quam nuper illam designavimus expectantes, quem eventum haberent tractatus nostri cum domino Magistro Prussie. Verum cum ille verbis et promissis suis nos aliquamdiu ducens tandem rebus omnibus incompositis discessit mittimus literas crediticias et eam ipsam instructionem iuxta quam et secundum quod melius ad bonum statum Serenissimi regis Ludovici expedire videbitur tua S. aget omnia, fecimus illi autem pro viatico dari Quingentos florenos, et si illam longioris opinione illic immorari, aut proficisci ex Posonio in Bohemiam contigerit, plus illi mitti faciemus que bene valeat

Andreas de Tanczin palatinus Lublinensis corpore pusillus: gnavus, consilio et animo et eloquencia magnus, ex Torunio missus erat ad regem Ludovicum in Ungariam et inde si opus sit, etiam in Bohemiam, Legatio hec querenda: et hic ponenda

S. Rex P.

Andreas de Tanczin Palat°
Lublinen Oratori:

Mag.ce sincere nobis dilecte. Significauerat nobis iampridem Ser.mus Rex Ludouicus Nepos nr̃ char.mus exigi se vehementer ab omnibus statibus, et ordinibus regni Bo:hemie, q̃ illorum dissensio et discordia intestina sedari nulla alia racione possit, q̃ aduentu et p̃ncia sue M.tis idq̃ eius M.tas iterum l̃ris suis nouissime repetiuit, decla:rans se facere non potuisse al̃r q̃ se illis polliceri, sicq̃ sta:tuisse, vt ad festum Sancti Joannis Baptiste proximum Posonium proficiscatur vt prius illic aduocatis ad se Nun:ctiis a singulis ordinibus, tumultum et sedicionem illorum componat, dehinc liberius et cum maiori dignitate ad re:gnum ipsum Bohemie proficiscatur ad reliqua illic neces:saria prouidenda et in bono ordine constituenda, Postu:latq̃ a nobis M.tas sua, vt pro eius honore et pro commo:diore modo componende tante tamq̃ perniciose regni illius dissensionis, Orem nrm̃ ad se mitteremus. Nos illius M.tis postulata, vt semper consueuimus obaudire volentes, S. tuam que condicionem status ipsius regni Bohemie iam percallet ad id legacionis munus deputauimus volumusq̃, vt q̃ ce:lerius et leui apparatu, curruli duntaxat, vt nunc aliqui talia itinera peragunt se ad viam expediat, et ad ipsum Ser.mum D. regem Ludouicum recta Posonium, deinde si opus fuerit, et res ipse postulauerint, etiam in Bohemiam cum illius M.te proficiscatur, Cracouiam vero veniens, et instructiones necessarias, et viaticum apud Boner recipiet

pro studio suo erga nos et gra' nostra facturo. Qui ne
bene valeat. Dat. Thoruni. XXj.a May
Anno domini M° D. XX°.

Mandatum a Sigismundo primo Regem Polo^e ad Conuentu' Regni Bohemie

Sigismundus. Manifestum facimus vniuersis. Quia intelligentes officii et debiti nri' esse, vt pro necessitudine et vinculo Sanguinis, quod nobis est, cum Ser^mo Principe dnō Ludouico Hungarie et Bohemie Rege Nepote nrō char^mo illius M^tis ac regnis eius consilio et auxilio nrō oportuno semper adsimus, constituimus et deputauimus ad Conuentum generalem in regno Bohemie pro dominica tercia post festum Sancti Georgii. Consiliarium et Orem' nrm' Magnificu' Andream de Thanczin Palatinum Lublinen' Sincere nobis dilectum, cui plenã auctoritatem et ptatem dedimus. damusq harum serie lrarum' agendi, consulendi et determinandi nrō nomine omnia et singula, cum Cesaree M^tis et prefati Ser^mi Dom' Ludouici Regis oratoribus et Consiliarijs ac statibus seu Ordinibus regni Bohemie promitten' verbo nrō regio, q quicqd per eu' actum constitutum et determinatu' fuerit pro bono et tranquillo statu ipsius Ser^mi domini Ludouici Regis et regni eius Bohemie id nos, eque gratum et firmum habituros, ac quemuis actum nrm' proprium In cuius rei testimonium

hoc mandatu' ad priorem legatione' ptinet

Sigismundus Rex P.
Ludouico regi Vngarie.

SER.mae Princeps. Intelligentes animum M.tis vrae quem ad componendas dissensiones et motus intestinos regni sui Bohemie institiuit, expedire huic negocio, vt nos ad illam Oratorem nrm mitteremus ne vnqz eius rebus et postulatis deesse videremur Mittimus istic ad eam Magnificum Andream de Thaczin. Palatinum Lublinensem Consiliarum nrm Sincere nobis dilectum qui pro eo quod iam ante statum ipsius Regni Bohemie percalluit poterit commodius M.ti vre in omnibus satisfacere. qui et alia pariter referet nro nomine M.ti vre cui fidem adhibere dignabitur Valeatqz felicissime M.tas vra et nos diligat Dat.

Sigismundus Rex P.
Optimatibus regni Bohemie.

SPectabiles et Mag.ci Generosi. Strennui. Nobiles et famatissimi: care et grate nobis dilecti. Mittimus in medium vrarum Dominacionum Mag.cum Andream de Thenczin Pallatinum Lublinen ad tractandum et consulendum nomine nro in commune cum vris D. et Cesaree Celsitudinis Ser.mique et amantissimi Nepotis nri domini Regis Ludouici Oratoribus ea omnia que et bonum statum eiusdem Ser.mi domini regis Ludouici et istius regni sui concernunt, proinde postulamus a vris. D. vt ei in omnibus que refferet et aget, plenam fidem adhibeant et quicquid per eum actum tractatum et confectum fuerit, id nos eque firmum atqz ratum habituros non ambigant atqz cum si ipsi coram istic adessemus Cupimus vras. Dominaciones bene valere Vilne

Ad priorem legationem ptinet

Sig I. Rex Pol.

Andree de Tanczin Palat° Lublinen

Magce Sincere nobis dilecte. Commendamus in omnibus isthic actio:
nes S. tue et processum in negociis sibi commissis. Rescribi:
mus Sermo domino Nepoti nro commissuros nos negocium
Illme Sororis sue nro Nuncio Generoso Jaroslao Lasky, quem
non pridem ad Cesaream Mtem sola rerum Prutheniarum
causa, misimus, nichil adhuc scientes de aduentu ipsius Ce:
saris ad Germaniam, non dubitauimus enim aduersarios
nros, multa coram illius Mte, de nobis commenta, et quere:
monias facturos. Scribimus etiam ipsi Sermo Nepoti nro sen:
tenciam nram de rebus Bohemicis, et q libenter videremus
vt illi regnicole amplius non tumultuarentur. propter multa mala
que inde sequi possunt, vtque si in sentencia perstabunt, eorum desi:
derijs satisfiat. Et quamuis ipsi intelligimus parum necessariam
et vtilem futuram Mtis sue ipsam profectionem, tamen vt motus
isti sedarentur, qui etiam aduersus nos ob id esse feruntur, pu:
tamus vtilius esse peticionibus illorum subditorum acquiescere
qua in re et in omnibus S. tua illius Mti aderit tam diu do:
nec ipsa volet et expedire sibi putabit. Et nos commisimus
Jo. Boner vt eandem S. tuam impensis prouideat. Quod
autem querit S. tua qualiter se gerere debeat aduersus Illm
dominum Marchionem Georgium, et queritur de defectu In:
structionis, nos diuinare non possumus, quid aliquis cum illa
loqui debeat vel quid illi faciendum ex accidentibus foret,
et proinde in talibus industria Oris plus valet quam instruc:
tio. Verum quod ad ipsum dominum Marchionem attinet,
qualiter illum S. tua erga nos et se, isthic gerere cognoscit
ita vicissim se erga illum gerat. Nolumus vero vt suadet

S. tua scribere lras domino Burnamissa q non opus putaui:
mus nobis fautores aucupari apud Sermum Nepotem nrm
Sed cum illmus Mtis sola agere volumus de rebus et necessita:
tibus nris, nec illam nos obauditurā confidimus, itidem
vt nos illmus Mtis votis in omnibus satisfacere solemus.
nec ad dominos Vngarie censuimus scribendum de eorū
dissensionibus, et vt curā regis sui haberent, cum non co:
ueniat amplitudini nre ingerere nos, et curare dissensiones
priuatas hominū, quin immo mallemus, vt Sermus Nepos nr
illorum potissimum consilijs pareret, et eos sequeretur qui
culmina sunt regni sui, et quorū dm fides explorata est
beneficio parentis sui Sermi fris nri, q illorum quorū pri:
uata et infima est auctoritas. Itaq. S. tua quantum con:
ueniat in aliena republica sollicitam esse, ipsa agat nomine
nrō de tollendis ipsis dissensionibus, et vt illi non parui:
fiant qui summi sunt et beneficijs domus nre deuincti. Pos:
tremo referret S. tua belli nri condicionem, cum Regno Pers:
sie eandem esse. q paulo ante illmus Mti et tue S. descri:
psimus qui non solum ad equā concordiā accedere non vult
sed etiam bellum magis incendere curat, colligendo vires
et suppetias undiq, omnia tentando, que infestissimus ho:
stis excogitare potest Et bene valeat tua S. D. A.

Sig. Rex P.
Proceribus regni Bohemie

SPectabiles et Mag.ci Sincere nobis dilecti. Ltteris vrarum
D. quibus nobis declararunt que gesta sunt in Conuentibus
vris preteritis, et que etiam prius tres Ordines et status
regni istius vri nobis scripserunt, ac Orés Ser.mi domini
Regis Ludouici responderunt abunde intelleximus. et
probamus plurimum curam et studium vrarum D. de bono
statu Ser.mi Domini Regis Ludouici ac eius regnorum qd
gerere se tot modis declarant. Id autem quod in Conuentu
preterito ad festum Sancti Spus egerunt de introductione
eiusdem Ser.mi domini Regis Ludouici ad Regnum Bo:
hemie optime nobis placet, dummodo id commode ad effectum
perduci possit. Rogamusque D. vras vt cum id omne
quod ad bonum regimen et statum ipsius Ser.mi Do.mi Regis
Ludouici et regnorum suorum pertinere videtur, et vt contri:
butiones debite et decrete sedulo exigantur, et pro meliori
vsu eius M.tis conuertatur, Rependet D. vrés illius
M.tas hanc fidem et officium illarum sua gratia et nos pa:
riter omni studio et fauore mó referemus Que bene
valeant Dat

Ludouicus Rex Vngarie et Bohemie
Sigismundo prio Regi Polonie

SERme Princeps: Superioribus diebus dum Rdus in
chro pr, dominus Joannes Goston Epus Jaurien nrm apud
Sermam M. vram ageret Oratorem, rogatam eius medio
M vram habueramus, vt pro negocio Matrimonij Serme
Domine Anne Regine, Sororis nre amantissime, Oratorẽ
suum ad dominos Commissarios, Sermi et excellenmi Prin-
cipis et domini domini Caroli Romanorũ ac Hispaniarũ
Regis deputare et mittere, atqȝ Oribus nris illuc euntibus
adiungere dignaretur, qui feliciter et nro et Mtis vre noie
negocium ipsum Matrimonij tractarent ac transigerent, ita
vt vlterius res ipsa non differretur, que et Mtis vre Serme
et nrm honorem eque concerneret. Nunc vero ex Magco do-
mino Andrea de Thanczin Palatino Lublinen Consilia-
rio et Ore Mtis vre in rebus Bohemicis ad nos misso,
intelleximus, Oratorem quidem ipsum per M. vram iam-
pridem designatum esse, censere tamen M. vram, et suũ
et nros Oratores non ad Commissarios, sed ad ipsum do-
minũ Ro: Hispaniarumqȝ regem esse mittendos. presertim
qui iam ex Hispaniis ipsis ad Germanie partes applicuerit,
et in locis agat propinquioribus: Certum est Serme Rex
patrue charme, non posse negocium hoc nisi cum Carolo
Rege Catholico concludi. Sed id per Commissarios eiusdẽ
et in primis Rxmu dominum Cardinalem Salczburgen.
qui a tempore defuncte Cesaree Mtis: in ea re vsqȝ modo
Principem locum tenuit fieri oportere: Quamobrem ne-
cesse erit vt prius Commissarii qui rem tractabunt q Carolus

qui concludet adeantur: Rogamus itaque M: vram S.
summopere et maiore quo possimus studio atque diligencia
dignetur Oratorem ipsum suum mox acceptis praesentibus Vie:
nam mittere, quo et nos vt primum intellexerimus illum
venisse, Oratores nros qui iam dudum parati sunt, hic
apud nos, et solummodo M: vre Oratorem prestolan:
tur, missuri e vestigio sumus, Instructionis autem per nos
Oratoribus nris date exemplum, cum praesentibus ad M. vraz
transmittendum duximus, vt ex eo rem omnem quam illi tra:
ctaturi sunt, intelligat, et omnia suo Ori pariter tracta:
da committat, ne discrepare in aliquo videantur, sed
intelligant omnes cum quibus agetur sicuti nos vnum
sumus, et res ipsa que tractatur communis est, ita insten:
cionem esse communem. Nos quoque nris Oratoribus co:
misimus atque etiam committemus, vt eodem studio et dili:
gencia negocium Mtis vre agant et tractent, quo nrum
debebunt: Ceterum Or quidem ipse Mtis vre iam vt
diximus apud nos est, nihil tamen adhuc de rebus Boe:
mias Mti vre scribere possumus, Quia Boemi ipsi nondum
venerunt, quos in dies expectamus, qui si aduenerint, vi:
debimus quid afferent et cuius erunt animi atque voluntatis,
quicquid erit, M: vram non latebit: Postremo antequam
lras Mtis vre die quinto July ad nos datas acciperemus
Quibus nos rogabat vt Mti vre cum Regnis nris
non deessemus et presertim in eo ne gentes alique aduersus
eam possent per dicionem nram penetrare. Quod licet
vel antea iam aliquoties fecerimus, tamen ne quid desit
votis Mtis vre, denuo dedimus mandata ad omnes prouincias
nras, vt nullas gentes aduersus Mtem vram in Mgri
auxilium per illas ipsas prouincias transire permittant. Sed
totis viribus illos, si que transire vellent prohibeant et
abarceant: Parati alia quoque omnia facere, quecunque in rem

M^tis v^re fore cognouerimus: Cui nos iterum iterumque commendamus. Cupientes M^tem v^ram quam felicissime valere et de hostibus suis gloriose triumphare Ex Posonio Tercio die Mensis Augusti: Anno domini 1520 Regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie etc anno Quinto

Georgius Ep^us Quinqueecclien Sigismundo primo Regi Pol

POst debitam seruitutis mee perpetuam commendacionem. Votis omnibus ab optimo maximoque Deo fuerat optandum: ut M^tas v^ra vel huic bello Prutenico non fuisset per rebellionem suorum quos minime decuit implicata: vel maturius speratam victoriam reportasset. Sic enim char^mum filium ac Nepotem dominum meum gracios^mum gremio ac complexu tamdiu sepeque exoptato tandem suscepisset: et alter alterius fructus quam vberrimos ex mutuo congressu suauissimisque colloquiis reuocasset. Licet tamen res indies feliciis M^ti v^re in hac Prutenica expeditione succedere intelligamus, non possum tamen non egreferre illud idem esse in causa: quominus iustissima sanguinis pietatisque pignora in vnum conueniant. Sed cum id iocundissimum omnibus nobis vtriusque M^tis seruulis nescio quo sinistro fato sit sublatum: non pretermisit tamen M^tas v^ra optimi patris officium explere; Que cum per se se dulcissimum Nepotem visere non potuerit Mag^cum dominum Andream Palatinum Lublinen etc vices et personam eiusdem subiturum istuc misit: virum singulari

fide prudencia ac rerum maximarum vsu et pertractatione
ita preditum vt nulli in eo laudis genere secundus esse
videatur: qui non minus vsui quam iocunditati huic Mti vni:
uersoque regno existit, non enim solum accersitus ac aduo:
catus et sapientissime consulit: et sagacissime eciam longe
postea ventura speculatur, sed vltro et sponte ex altis:
sima ingenii perspicacitate ea excogitat et in medium pro:
fert, que non minus Regiam Mtem quam nos omnes summa
afficiunt voluptate et admiracione adeo vt ex ipsius prudencia
et diligenti constantique in rebus agendis et consulendis ma:
turitate pleraque huius regni negocia vel iam feliciter sint
peracta vel breui optatum finem habitura censeantur.
Hec autem pro mea in Mtem vram obseruancia et propen:
sitate ideo scribenda suscepi: vt appareret eandem sapie:
tissime consuluisse, que hunc ipsum Dominum Palatinum
ad res tantas tractandas ac componendas transmiserit:
et viro tanta prudencia ac industria predito debitum
fidei ac solercie testimonium prebeam: Quod reliquum
est. Deus optimus maximus Mtem vram Sermam in omni
rerum suarum successu prosperrimo diutissime sanam et
incolumem conseruare dignetur: In cuius graciam me et
seruicia mea iterum atque iterum commendo. Ex Posonio in
festo Sancti Laurencij: Anno domini Mo. D. XXo

Sigismundus I. Rex Poloniae Carolo quinto Romanorum Imperatori.

Serme. Postulante amore et studio nro quo Mtem vram prosequimur mittimus ad invisendam illam Generosum Jerostaum de lasko Incisorem mense nre nobis fidelem dilectum, et ad referenda simul Mti vre nonnulla negocia nro nomine, quam plurimum rogamus ut et plenam illi fidem adhibere. et in his que retulerit ita se erga nos exhibere dignetur. ut benivolencia coniunctio et necessitudo nra mutua requirit. et quemadmodum nos de illa plane nobis persuademus. Id quod vre Mti omnibus officiis nris refferre curabimus. Que feliassime Valeat. et nos mutuum amet. Thorunii. X. Aprilis Anno domini M° D. XX°.

Sig. i. Rex Pol.
Georgio Duci Saxonie.

Ill^me Princeps et domine amice et affinis n^r char^me
Mittimus hunc Patricium Regni n^ri ad Ser^mu d^m
Carolum in negocijs meis non vulgaribus, qui cum per
ditionem Ill^tis v^re iter est facturus, rogamus illam
plurimum vt et tuto transitu providere velit, et vbi
ipsum Ser^mu Carolum invenire quibusque commodio:
ribus vijs proficisci ad illius M^tem debere, illum
edoceat, quo nobis rem gratissimam faciet, quam illi
omni benivolencia et pari gratifficatione refferemus quo
valeat felicissime V^ra Ill^tas et nos diligat

Domine Margarete.

Illma Princeps et domina consanguinea n^ra char^ma. Mit:
timus hunc Nunctium ex patricijs regni n^ri ad Ser^mu
Carolum Romanorum et Hispaniarum regem in nego:
cijs meis non vulgaribus, de cuius M^te quia Illma
dominacio v^ra certam habere potest sciencia, quibus in
locis sit et qua te ipse Nunctius illam tucius et celerius
adire possit rogamus Illma D. illum edocere iuvareque
in his omnibus et commendatum habere dignetur. factura
rem sua humanitate et n^ra mutua necessitudine dignam
quod illi vicissim volumus omni benivolencia et gratifica:
tione n^ra referre felicissime Valeat J. D. et nos diligat

Legatio a Sigismundo rege Pol. ad Carolum V. Cesarem data Hieronimo Laski.

SAcra Mtas, Sermus, Princeps dominus Sigismundus Polonie Rex etc. Dos meus clementissimus, vre Mti plurimam Salutem, felicissimos successus, et omnium bonorum incrementum dicit, et optat.

Utque celsitudo vra votis suis omnibus fruatur proueshaturque indies magis in omnem honoris, glorie et nominis sui accessionem, id illius Mtas Serma semper et ex animo audire desiderat

offerende demum lre Credentiales
Quibus lectis dicendum.

Excellentme Rex, licet Sermus Dos meus fuerit iampridem vre Celsitudini, de assequuto culmine Imperatorio, cum per Nunctium suum dominum Jo. Dantiscum qui apud illam antehac habuit, tum eciam per lras suas gratulatus:

Pro ea tamen arctissima necessitudine, amore et coniunctione que illi cum dessuncta Cesarea Mte et vra Celsitudine intercedit, nec non, pro illa cura et studio suo quo vna cum Sermo domino Ungarie et Bohemie Rege Nepote

suo Charmo, tam hoc negocium provectionis Vre Mtis
cordi habuit, tanq illud quantum eius facultatis erat
obijt, et curavit, quam quodvis suum proprium.

Visum erat Illmis Mti Serme suo sibi officio non usq quaq
satisfactum iri, nisi unctio singulari gratulatione iteraret
ac suum animu et affectum Vre Mti clarius testaretur.

Mittere me igr voluit Mtas sua Serma ad Vram Celsitu-
dinem, hac imprimis causa, ut eam nomine suo viserem,
eiq de adepto solio isto celsissimo, et digno nomine et
virtute Vre Mtis, toto studio gratularer, in quo illam diu-
tissime presidere, felicissime imperare, rem Chrianam au-
gere, et nomen famamq sibi clarissima et perpetua com-
parare Illmis Mtas Serma sperat, et toto affectu deside-
rat.

Accessit deinde huic rationi, quod Illmis Mtas intellexit
Vram Celsitudinem, commodum in Germaniam profecto debere.
atq ita non alienum ab officio suo putavit, mittere me
obviam Vre Mti, ut illi adessem, et eam usq in Germa-
niam comitarer, obiremq id toto suo nomine, quodcunq ad
rem et dignitatem Vre Celsitudinis pertinere videretur

Et ut preterea tam amici q etiam inimici Mtis Vre vide-
rent et intelligerent, qua Illmis Mtas Vre Celsitudini
afficiatur, quam rebus et honori illius studeat, quam deniq
ipsa una cum Sermo domino Nepote suo nulla in re Mti
Vre deesse, neq unq se ab illa separare velit, et pro
necessitudine ac coniunctione sua possit et debeat.

De re Pruthenica.

CEterum Inuictissime Rex, Non dubito perlatum iam ad Mtem vram de orto bello inter Sermum Domnum meum Regem et Illtrem Mgrm Prussie, causas autem belli huius non posse satis vre Celsitudini constare, cum ob etatem adhuc teneram, tum ob longam illorum Regionum distantiam, ad quas explicandas opus quidem esset altius res Prutenicas repetere. presertim quibus initijs ordo ille coaluerit: Sed quia longa est hystoria, longe ambages. ne Mti vre Serme fastidio sim, hoc in summa totum accipiat: Introductum fuisse ipsum ordinem ad terras Prussie, et loca, ac dicionem illam, ei a Principibus Polonie datam, hac condicione, vt se contra vim infidelium qua tum vndique septi erant iuuaret, et cum illis vna militaret

Qui firmatis illis rebus suis, et radicibus bene actis, cepit sensim occupare latius terras ipsorum Principum Polonie, et illos pro infidelibus armis impetere.

Vnde, cum vtrinque multa essent acta prelia, multi item tractatus, et concordie sequute, nihil tamen vnquam adeo firmum et certum confici potuit, vt non Ordo ipse per omnem occasionem illud infregerit ac violarit

AD extremum post ingentem belli molem que per Sermos olim Reges Auum et parentem Mtis domini mei et ordinem ipsum agitata fuit, qua tantum impendii fuit factum, tantum sanguinis Christiani fusum, quantum nulla racione posset estimari

Subsequuta fuit solemnis concordia, summi Pontificis auctoritate, ipsiusque Legato, ac aliorum Principum medio, quam etiam Ordo ipse sensim labefactare cepit, dehinc modernus Dominus Magister nulla iusta causa et racione habita totam dissuit et irritam fecit.

Post assumptum enim eius Ordinis regimen, idque annuente Maiestate domini mei, et sperantem illum equanimiorem obseruatorem pacis et debiti sui futurum, cepit mox omnia in illius Maiestatem hostilia moliri, arma et tormenta bellica comparare, Arces et Ciuitates munire, premere variis et indignis modis subditos Maiestatis suae vectigalibus insolitis, vadimoniis, carceribus, spoliis, latrociniis, incendiis, cedibus, aliisque innumeris cladibus ac maleficiis quae satis verbis explicari non possunt.

De quibus cum illum sepe per literas et Nunctios suos illius Maiestas humaniter et benigniter admonuisset, nihil vnquam proficere potuit, quin etiam ille abusus hac tolerancia, et equanimitate illius Maiestatis, suaeque professionis, sui debiti, ac etiam vinculi sanguinis immemor, conspirauit aduersum eius Maiestatem cum illius, imo totius Christiane Reipublice hostibus Moschis et Thartaris, auxiliaque contra eius Maiestatem vbique apud Christianos Principes, et fortasse etiam apud Celsitudinem vestram comparabat, famam et honorem illius Maiestatis immeritis et indignis modis suggillando, et impingendo illi haec facinora que ipse aduersum illam patrabat.

Que omnia diu admodum illius Maiestate paciente, ac tentante prius quecunque alia quibus ille contineri potuisset, quam in consanguineum et populum Christianum arma sua stringere

deberet, Nouissime vt iam vrę Celsitudini constare potest eduxerat aduersum illmus Mtem ex Germania magnum militum numerum, nullo illi bello indicto, vt eam inopinatem et aliis bellis cum infidelibus occupatam adoriri potuisset, iamque delectu hominum in terra sua facto, et machinis aliisque bellicis instrumentis pro arbitrio suo dispositis, erat in procinctu irrumpendi terras illmus Mtis, et subditos eius partim ad defectionem, partim etiam ad prestandum sibi liberum transitum per loca munita sollicitauit.

Mtas domini mei videns hoc illmus pertinax et hostile inceptum, eo patientia sua processisse, vt iam non liceret nisi armis subditos suos tueri, coacta fuit tempore bello minime ~~neuti~~ congruo, et posthabitis omnibus negocijs suis, ad terras suas Prussię, cum apparatu bellico venire, vbi longo tempore adhuc illmus Mtas expectans, vt ille resipisceret, et sibi debitum suum prestaret, nolens et omnibus modis etiam atque etiam declinans arma sua quibus assidue molem infidelium sustinet, et non solum a suis finibus sed aliis etiam vicinis dominijs arcet et propulsat, in Christianum Principem et suum consanguineum conuertere, videns autem et cognoscens illum eius Mtas, in cepto et hostilitate sua persistere, neque vllis racionibus dignis aut modestia illmus Mtis permoueri, necessarium tandem sibi eius Mtas putauit illum quod hactenus omni studio vitauit bello agredi, et tueri armis subditos suos.

Quod vrę Celsitudini eius Mtas significandum duxit, quemadmodum videlicet ipse Dominus Magister eius Mtem a bello continuo, quod multo labore impendio et sanguine cum infidelibus gerit, omnibus modis renitentem distraxit, et

836

id secum eius Mtem agere cogit, quod sua mens semper abhorruit, unde maxima rei Chriane incommoda et perturbacionem sequuturam dubium non est, et cum pauci norint et perpendant quanta hec moles calamitatis sit, a Schysmaticis et infidelibus, quam illmus Mtas suis humeris et solis viribus suis sustinet, futurum erit aliquando ut illa ab hoc negocio cessante, constabit omnibus, quantum illa et gentes eius de re Chriana merentur

Rogat itaque Sermus Dns meus maiorem in modum Celsitudinem vram, ut causam hanc suam instissime comendatam habere, eique favore et consilio suo adesse dignetur. quod eius Mti vra Celsitudo rectius prestare poterit, quam ullus alter ut que ignorare non possit quantum olim eius predecessores Reges Hispanie in eodem ordine in regnis suis negocij et laboris habuerunt, et quo demum remedio usi sunt ad providendum sue et regnorum suorum tranquillitati, Mtas illmus Serma hoc officium et benivolenciam Celsitudinis vre pollicetur. vicissim illi omni studio viribus et facultate sua quacumque poterit semper referre.

De hereditate Neapolitana.

Preterea Sacratme Princeps miserat Sermus Dns meus Rex ad vram Mtem predictum Nuncium suum D. Joannem Dantiscum qui ageret apud illam ut hereditas testamentaria Illme domine Isabelle Ducis Mediolanen per Serma olim domina Joanna Regina Neapolis, illi legata, per vram Celsitudinem

confirmaretur quod negocium post longam eiusdem Celsitudi:
nis vrē deliberationem in ius traditum, et decisum est contra
dictam Illmā dominā Ducem Isabellā, forte magis errore
aduocati, quòd illud super possessorio egit, quā vlla alia
culpa, quare licet adhuc reseruata sit, illi actiō super petitorio,
tamen quia Mtas domini mei nollet illam, iudicium aliquod
cum vrā celsitudine subire, sed deferendam duxit potius totā
hanc causā grē vrē Serme Mtis, absq vllo iuris strepitu
terminandam: Rogat impense illius Mtas, vt vrā Cel:
situdo racionem habendo affinitatis et officij eius, in se eius
Mtis, dignetur in eodem negocio graciā ipsi Illmē domine
Duci absq iuris actione, de sua mera benignitate exhibere.
quod illius Mtas vrē Celsitudini pari gratificatione in
omnibus quibus poterit referre curabit.

De Societate Aurei velleris

Religuum est Excellentme Rex, quemadmodum Mtas
vrā significare dudum Sermo domino meo dignata est, se
cum toto collegio Velleris aurei decreuisse illum in socie:
tatem eius, ordinis accipere, et ipse Sermus Dñs meus
optauit Capla prius obseruacionis eiusdem societatis videre,
ne quid in illis contineretur, quod illi prestare non esset
integrū. vrā vero Mtas dignata fuit illi Capla ipsa
mittere, in quibus illius Mtas cognouit omnia esse honesta
decentia et ad prestandum à se non difficilia, gratissimo
animo suscipit, hoc munus à vrā Mte, et pro hac beni:
uolencia illi grās agit amplissimas, quomodocunq autem
illius Mtis, vrā Celsitudo edocebit, quid ad eam rem
facto sit opus, id totum q libentissime prestabit et exequetur

Item visendus erit nro nomine Ser^mus Rex Ferdinandus, verbisq honestissimis à nobis salutandus, ac prospera oia illi precanda, Deinde roganda erit eius Serenitas ut agere velit omni studio suo, apud Principes Germanie, quo suppetię Ser^mo Nepoti nro domino Ungarie Regi ocius ferantur, quandoquidem preter debitu necessitudinis et affinitatis, etia communis res agitur, cum, quod absit regnum Ungarie oprimeretur, omnis ea calamitas in Austria et alia dominia vicina redundare T.

Legatio a Sigismundo rege Polo[nia]e ad Franciscū regē Gallie

Data Hieronymo Laski

In primis dicendum, Quod Ser[enissi]mus Princeps dominus Sigismundus Polonie Rex [etc.] Ser[enissi]mo et excellentissimo Pricipi domino Francisco Regi Francorum Christianissimo, pluximam salutem, feliciissimos successus et omnium bonorum incrementum dicit et optat

Utq[ue] illius Celsitudo votis suis omnibus fruatur, proveha:turq[ue] indies magis in omnem honoris glorie et nominis sue accessionem, id idem Ser[enissi]mus D[omin]us Polonie Rex, semper et ex animo audire desiderat.

offerende l[itte]re Credentiales:
quibus lectis dicendum.

Q[uod] cum anno superiore misisset, ad M[aies]tem Regiam Ser[enissi]mus Rex Francie Oratores suos, declarando illi suam benivole:ciam, et postulando ab illa, ut sibi in assequendo Imperio adesset: M[aies]tas sua gratissima existens de hoc illius M[aies]tis in se affectu, et considerans neminem magis idoneum fuisse Imperio, magisq[ue] utilem rei Chr[ist]iane, q[uam] illius M[aies]tem, omni studio curavit unacum Ser[enissi]mo Nepote suo domino Ludo:uico Ungarie et Boheme Rege ut illius M[aies]ti Chr[ist]ianissime commodare in hac re potuisset, verum quid sit in eo negocio quominus ex sentencia cesserit, iam illius M[aies]tas Chr[ist]ia[nissi]ma liquido intelligere potuit.

Nichilominus M[aies]tas Regia benivolentia quam erga illius Celsitudinem concepit, testari volens, mittere vos ad illa[m] deliberavit, ut eandem benivolenciam suam illi testatam fa:

ceretis, et quod in omnibus rebus quibus posset, illi cupiat ex animo semper placere et gratificari, cum eaque firma amicicia et coniunctionem perpetuo colere et obseruare.

Referendum deinde, quali Mtas sua distracta sit, a bello quod assidue cum infidelibus gessit, per Magrm Prussie, Jam enim a longo tempore premebat varijs modis subditos Mtis sue, et aperta belli preparamenta faciebat, que Mtas sua grauiter, et cum non parua indignitate sua, consque ferebat, declinans arma contra Principem Christianum et suum consanguineum stringere, donec ille hac paciencia abusus, conspirauit aduersus Mtem suam, cum eius, immo tocius rei christiane hostibus Moschis, et Tartaris, ipseque magnum militum numerum ex Germania educens, erat in procinctu terras Mtis sue inuadendi, iamque nonnullos subditos Mtis sue Ruthenos ad defectione et prebendum sibi transitum ad reliquos sollicitauit.

Quibus rebus sua Mtas permota, continere se amplius non potuit quin ad tuendum subditos et dignitatem suam, arma contra illum sumeret, eumque compescere et frenare decreuerit, Quod Sermo domino Regi Gallie Mtas sua significare voluit, vt si qui alij rumores ad illum per hostes et aduersarios Mtis sue deferrentur, eis fidem non adhibere. Sed eius Mt in hac sua iustissima causa consilio et fauore suo adesse dignaretur, id quod illi vicissim vellet Mtas sua omni studio et facultate sua semper referre.

Ceterum exponetis, quod Mtas sua desiderat firma et sincera amicicia coniungi, cum ipso Sermo dno Rege Gallie neque vllam rem esse, qua intelligeret illi vel commodare, vel gratificari se posse, quin eam ~~non~~ libentissime prestare et exequi vellet.

Quare commendabitis hanc beniuolenciam et propensione(m) eius M(aies)t(a)tis ipsi Chri(stianissi)mo domino Regi Gallie. non ex ullius necessitatis impulsu. Sed ex mero affectu et amore promanantem. rogabitisq(ue) illius M(aies)tem Chrianissimam, ut pari beniuolencia, studio, et fauore complecti velit eius M(aies)tem, quo hec illam prosequitur. et prosequi semper. nullaq(ue) in re pro viribus eius illi deesse pollicetur

Si obyciet M(aies)tem regiam contra promissum in electione Cesaris: fecisse:

REferendum erit, Oratores domini Regis Gallie sic postulasse M(aies)tis sue suffragium. ut si eorum Rex no(n) haberet, nisi unum aut duo suffragia, daret eius M(aies)tas suum cui vellet, Si autem haberet tria, daret quartu(m), et quintu(m). similiter si quatuor haberet, quod illius M(aies)tas utrumq(ue) consensum ad hoc Bohemoru(m) non habuit, pro quoru(m) Rege suffragari debuit, nec potuit merito contra coniunctionem que sibi cum ipso regno intercedit, quicq(uam) inscius et inuitis illis in hac re facere, Tamen commodare volens Ser(enissi)mo domino Regi Gallie, et persuasa ab illis Oratoribus, q(uod) ad minus tria suffragia esset habiturus. promiserat secreto illis se, ubi ita compertum esset, quartum et quintu(m) suo periculo illi daturu(m). Cum autem ad rem ventu(m) fuit, nihil eorum apparuit, quod dicti Or(ator)es fuerant polliciti. unde maiori ratione queri deberet M(aies)tas Regia. q(uod) illorum persuasione hoc promissum fecerat, quod et ante tempus non habitum est secretum et non modica(m) dissensionem concitare potuisset, inter eius

Mtem et Bohemos, qui indissolubili coniunctione et summa obseruantia Mtem suam prosequuntur, et cum quibus Mti suae arctissima federa et amicitia intercedit. Qui ad extremum obtinuerunt, quod Oratores Mtis suae suffragium non tulerunt. allegan' se singulare habere Priuilegium, ubi eorum Rex vel deceret, vel legittima etate non haberet, neminem q Regnum Bohemie suffragium laturum, atque ita illorum primus suffragium ipsum tulit, potius quam cum illis ad dissensionem esset ventum, Oratoribus vero Mtis Regie solis nihil integrum fuit facere nulla presertim habita significatione de his que Ores domini Regis Gallie de tot suffragiis pollicebantur, de quibus cum Oratores nri omnes Electores tentaret, nullum eorum aliter dispositum inuenerunt q totum in partem Regis Hispanie, et proinde potuerunt ante aliqui sua suffragia Sermo domino Regi Gallie polliceri. sed aliter fuit in effectu.

Si obijcietur locutum fuisse pro rege Gallie Marchionem Joachimum cu oratorib regie Mtis

Dicendum. loquutum quidem fuisse tentantis more, et non declarare se ipsum tamen voluisse, cuius ipse partis esse vellet. et illos hoc videntes non ausos fuisse quicq cum illo solo confidenter agere, ut pote cum hoste Mtis regie non apparentibus ullis certis indicijs, et non existente illic Legato Pontificis et Ore domini Regis Gallie cum quibus de hac re, ut in mandatis habuerunt consulere, et certiores ab illis fieri de omnibus quah agendum esset. debuerunt. non dubitan' q ipse Marchio querebat odium apud omnes Mti Regie, conciliare cum ab illis exigebat, ut consilium et commissa sua aperirent, et ipse nulla certa testimonia pro dno Rege

Gallie, vel saltem indicia tam de se q de alijs ostenderet
Nec Mtas Regia suum suffragium ipsi domino Regi Gal:
lie dare promiserat, nisi tunc cum locus esset ferendoru
suffragiorum, et ille tria vel quatuor vt dictum est habere
et hoc non cautelis aliquibus, sed ne in re dubia inimi:
citias sibi vicinorum Regnorum et futuri Imperatoris
concitaret, prout et ipsi Oratores domini Regis Gallie
hoc improbauerunt. Oratores vero Mtis Regie ne
dubiam quidem rem Mtis Regie inuenerunt in Conue:
tu Electionis. Sed omnia pro domino rege Hispanie aper:
tissime agi ab omnibus et illos excludi, quicunque ad:
uersus illos fore putabantur. In summa voluntatis et
propositi in hac re Mtis Regie testimonio esse potest sum:
mus Pontifex ex illis lris quas ei Mtas sua responde:
do commendationi pro domino Rege Gallie scripserat
qui etiam vtrumque eidem Serm̃o Regi Gallie fauit.
Tamen videns rem in partem domini Regis Catholici
declinare, mox in illum tota benedictione consensit, et
causa Regni Neapolitani cum illo dispensauit.

Si obijcietur de Raphaele a Lesszno
q ad Conuentum illum fuit missus.

Dicendum fuisse illum iampridem ad hos munus designatu
nec licuisse Mti Regie illum postea reicere citra eius
ignominia, presertim veterem seruu suum, et bene semp
in fide et eiusmodi legationibus conseruatu, omne tamen
facultatem non illi a Mte Regia, Sed Epo eius superiori
College data fuisse. vnde si etiam contra fidem aliquid
agere voluisset nihil efficere poterat.

Hec singula suprascripta notissima sunt, et facile sic com:

periri poterunt, nisi forte per hostes Mtis Regie aliter essent relata, coram domino rege Gallie, quibus ille iuste fidem habere non debet, relantibus factum suum, et in alios culpam immerito reiicientibus.

De his omnibus utrumque egeritis erit veritatis et fidei vre Mtem regiam, et me quelerius edocere, ut Mtas sua sciat quid de benevolencia domini Regis Gallie sibi polliceri debeat.

Nam quod ad eius Mtem attinet ipsa desiderat firma et sincera amicitia coniungi, cum ipso Sermo dno rege Gallie neque ullam rem esse, qua intelligeret illi vel commodare vel gratificari se posse, quin eam non libentissime prestare et exequi vellet, Quare comendabitis hanc bene:uolenciam et propensionem eius Mtis ipsi Christianissimo dno Regi Gallie, non ex ullius necessitatis impulsu, sed ex mero affectu et amore promanantem. Rogabitisque illius Mtem Christianissimam, ut pari benevolencia studio et favore velit eius Mtem quo hec illam prosequitur et prosequi semper, nullaque in re pro viribus suis illi de:esse pollicetur.

Articuli & Capitula cum Oratoribus Regis Gallorum conficiend

IN primis, quod inter Christianissimum dominum Franciscum Galliae Regem, etc et Serenissimum dominum Sigismundum regem Poloniae etc ac successores regna dominia et subditos ipsorum communes quoscunque fieri debet perpetua et insolubilis coniunctio, fedus, amicitia, et societas, et coli ab illis mutuo amore et fidei integritate, nec quibusuis illegittimis causis infringi aut violari

Quod unus alterum pro virili sua consilio auxilio assistencia et omni favore ac in omnibus euentibus et necessitatibus iuuare debet.

Quod alter alteri ubi honori et accessioni sue commodare se posse intelliget, omnem operam, studium, et facultatem suam, quantum poterit prestare debet

Quod Christianissimus dominus Rex Galliae, adesse Serenissimo domino Regi Poloniae debebit, contra Magistrum Prussiae, si ille aliquid contra antiqua federa moliri vellet, et ea obseruare contemneret, dabitque omnem operam et studium illius Maiestas Christianissima apud Sedem Apostolicam ut pax et concordia dudum inter Regnum Poloniae, et ipsum Ordinem facta confirmaretur

Quod ubi se occasio offerret, qua illius Maiestas possit Serenissimum dominum Regem Poloniae contra Ducem Moscouiae iuuare aut pacem medio Oratorum suorum cum dignitate eiusdem Serenissimi

domini regis Poloniae conficere in eo operam et studium impendere debebit

Quod ubi illius Maiestas Christianissima in Imperatorem creata fuerit curabit quam celerius fieri poterit, et pro virili sua Serenissimum dominum Regem Ludovicum in Regem Romanorum Eligi.

Quod eadem Christianissima Maiestas procurare et conciliare debebit Serenissimo domino Regi Poloniae generos eius Maiestate dignos, et Sanguini Regio congruos

SIG. REX POL.

Hieronimo de Lasco oratori suo ad Cesarem et regem Gallie misso

Generose fidelis dilecte, Miramur vehementer, et molesto animo ferimus, quod in tantis rerum nostrarum momentis. Nos de hiis que istic aguntur, negligis certiores facere, Scribit nobis Cesarea Maiestas strictius, referens se ad litteras tuas. que tamen breviores sunt illius litteris, et penitus nichil eorum continent, que nos scire oporteat, Scripsisti nobis prius de gentibus quas inimici nostri adversum nos isthic coegerunt, non tamen curasti, intelligens haud difficultatem, agere, ut Oratores Cesarea Maiestas, quos mittere destinaverat, misisset, aut eas gentes pro officio suo continuisset. et cum postulet a nobis illius Maiestas ut arma nunc deponeremus, non excusaveris, nos id facere non posse, cum Magister in armis esset, nisi ille quoque ea deponeret. de qua re nihil est cum illo per illius Maiestatem actum. Quare hortamur te ut diligentius nos de omnibus edoceri cures. Et quamvis homines isti ex Germania iam sint prope fines nostros, bellumque iam nobis indixerunt, et nos intrepidi cum subditis nostris egressi sumus contra illos, Tamen quia mallemus abstinere a profusione sanguinis Christiani, et

vires istas contra infideles, qui assidue magis invalescunt, convertere: volumus ut agas secretius cum Oribus Serᵐⁱ Nepotis nri Hungarie et Bohemie Regis quo illi nomine Regis sui agant, ut Mtas Cesarea mittat huc Ores suos qui ei paci et concordie studerent, que nobis et honesta esset, et minus noxia habeasque super hac materia et alijs rebus intelligenciam, cum Rdo domino Jeronimo Balbo Ppto Posonien et eius instructione in omnibus stare. quem pro illius erga nos fide, et singulari prudencia, non abigimus, ita consulturum et acturum omnia, ut recte et dignitate nra sint successura. De expensis autem tuis commisimus Johi Boner, ut ille istic per Fucaros tibi provideri faciat, nichilque dubitamus illum, ita ut iussimus facturum.

SIG. REX P.
Oratoribus Ludouici Regis Vngarie et Bohemie

SPEctabiles et Rdi Sincere nobis dilecti. Cum intelleximus vras S. esse istic. apud Cesaream Mtem. quorum fidem et studium erga nos compertum habemus, Commisimus Nuncio nro Generoso Jeronimo de Lasko istuc eunti, ut raciones et negocia nra, cum illis communicaret, et nonnulla per earum medium ageret, que ad pacem et bonum statum nrum et rei Chriane pertinerent, Nos enim undique magnis copiis ex Germania, et iam prope fines nros existentibus, et nobis bellum indicentibus impetimur, et sumus parati nos ediuerso tueri, nichilque omnino veremur, tamen horrentes a tanta cede populi Chriani, et satius ducentes eas vires contra infideles conuerti, mallemus pacem et concordiam, modo inhonesta et noxia non sit amplecti, Quare et fidem ipsi Nuncio prestent S. vre et se ita exhibeant

agantqz ut nos de illis confidimus quod eis omni fa:
uore et gra' nostra Regia referremurabis Dat.

Cesar Carolus quintus
Alberto Marchioni Brandeburgen
Magistro Cruciferorum in Prussia

VEnerabilis Princeps consanguinee char^me. Cum nos nu:
tu Dei Optimi Max: a quo omnia fiunt. Communibus
Principum Electorum suffragiis, in regem Romanoru,
futurumqz Imperatorem electi simus. nri' officij esse duxi
pacem et concordia, Chrianorum Principum procurare.
quo facilius concordibus armis atqz animis expeditio contra
Chri' nominis hostes suscipi posset, et cum intelligamus
inter Ser^mu Regem Polonie fratrem nrm' Char^mu et
deuotionem tua super iuramento quodam prestando nonnichil
differentie adesse. cuperemus plurimu huiusmodi discordia
sedari. presertim cum edocti fuerimus Cesaream Mtem pre:
clar^me memorie. dominu atqz Auum nrm' collen^mu
ad te q_z^o super ea re lras' dedisse. Quam propter hortamur
deuocionem tua magnopere, ut dicto Ser^mo fri' nro' de:
bitum et preseruitiu quod predecessores tui Regibus Polonie
prestare solliti sint, etia prestes et te ita erga eum exhi:
beas, ut iunctis armis istic fidei hostibus occurrere et
terrori esse possitis, et si quid forsan dissidii inter eundem
Regem, et te adhuc re manserit. daturi sumus operam
cum primu in Germania venerimus. quod Deo dante pro:
pediem futurum speramus, ut huiusmodi inter vos questio
amice et pro dignitate utriusqz componatur. Quare nobis
pollicemur, ut pro tua et fratrum tuoru in nos obseruantia, nobis
in hac re satisfacies, quoniam hoc erga D. tua uniuersumqz
istu Ordinem benigne et omni gratitudine recognoscimus.

SIgismundus I Rex Pol.
Cesari V^{to} Carolo

SER^{me}. Exposcentibus negociis Ser^{mi} Principis domini
Ludouici etc presertim que ad Matrimonium Ill^{me} Sororis
sue Domine Anne pertinent. Mittit illius M^{tas}. Oratores
suos ad vram Celsitudinem. Que quidem negocia quia
nos cum illius M^{te} communia habemus, et de illis eque sumus,
ac esse debemus soliciti. Commisimus Nuncio nro Generoso
Jaroslao Laski Structori mense nre. quem ad M^{tem} vram iam-
pridem misimus, vt simul cum ipsis Ser^{mi} Nepotis nri Oribus,
obeat eadem negotia nostro nomine apud M^{tem} vram. Quam
plurimum rogamus, vt et fidem illi prestare, et se in hisdem nego-
ciis ita exhibere dignetur quemadmodum amor et coniunctio nra
mutua, ac etiam excelsa virtus M^{tis} vre, nostraque de illa exi-
stimatio requirit, quod nos ambo eidem M^{ti} vre cum regnis et
dominiis nostris omni beniuolencia et studio referre curabimus.
Que ne felicissime valeat et nos diligat. Dat.

Sigismundus Rex Polonie
Ludouico Regi Vngarie.

SERme Princeps et domine. Accepimus lras vre Mtis
quibus nos certiores faciens de expedicione Oratorum suoru
ad Commissarios Cesaree Mtis, in negocio Matrimonij Serme Doie
Anne Sororis sue et Neptis nre Charme postulat a nobis vt
nos pariter nros mittamus, quandoquidem negocium ipsum ad conem
nram, et Serme familie vre dignitatem pertinere videtur. Nos no
pridem significauimus Mti vre, per Mgcum Andream de Ten-
czin. quem ad illam misimus, quod cum egisset hic nobiscum illius
Orator Rx dns Dos Epus Jaurien de ipsis Oratoribus
mittendis, Nos e vestigio nrm designasse, et iam illum in procinctu
fuisse, Verum accepto Nuncio de aduentu Ces: Mtis in Germa-
niam, Nos Oratorem ipsum retinuisse. quia putauimus mutandam
omnem racionem eius actionis, et cum ipsa Ces: Mte pocius quam cu
eius Commissarijs rem tractandam quos non dubitamus vel esse
iam apud eandem Ces: Mtem, vel in eam totum id negocium re-
iecturos. in qua etiam num sumus sententia, Verum vtcunque facto
opus videbitur Mtas vra ex suis Oratoribus breui intelligere
poterit. et nos deinde super hys, et quid nos facere oportuno arbi-
trabitur edocere dignetur. nos tum pro eo quod nobis omnia cum
Mte vra communia putamus quam etiam quod id negocium dicte Serme
domine Anne non minus nrm quam Mtis vre officium require-
re videtur, nichil reliquum faciemus, quo id ipsum negocium re-
cte et ex dignitate nra conficiatur. Ceterum Significamus Mti
vre milites nros, quos in Russie finibus habemus duo millia ho-
stium Thurcorum et Thartarorum nuper fudisse. Bellum etiam
hoc Pruthenicum recte gra Dei succedit. quo tamen adhuc dominus

Magᵗⁱ licet iam in summa Angustia rerum constitutus emolliri nequit quin perstet in hostilitate et pertinacia sua, qui quantum illi proderit exitus declarabit. Nos Mᵗⁱ vrę ex animo co(m)mendamus. Quę nę sit felix et incolumis. Dat.

S. Rex. P.
Carolo quinto Roᵣ Imperatori

SERᵐᵉ ac excellentissime Princeps. Intelliget vrā Mᵗᵃˢ ex hoc Oratore Serᵐⁱ domini Ludouici Ungarię etc. regis Rᵈᵒ Jeronimo Balbo Prępposito Posonien. ingens et subitum discrimen, in quo Regnum Hungarię sit constitutum quo succumbente, quod omen Dōs Deus avertat, quia calamitas hec non ad vicina solum regna et dominia, sed ad vniversam rem Christianam haud dubie permanaret. Nos quoque id futurum plane prouidentes in ocissime tanto impendenti malo consulatur. Commisimus eidem Ori. Serᵐⁱ domini Nepotis nri, pariter et nrō nomine, cum vrā Mᵗᵉ de subueniendo ipsi regno Ungarię ac toti Christianitati conferre. Rogamusque plurimum Mᵗᵉᵐ vram vt et fidem illi adhibere, et se ita comparare dignetur, vt coniunctio nrā mutua et ingens commune periculum rei Christianę requirit. Factura Mᵗᵃˢ vrā officium tam se dignum quam vnquam alias magis necessarium et salutare. Quę nę felicissime valeat et nos diligat. Dat.

Ludouicus Rex Vngarie et Bohemie Leoni Sdenkoni de Rozmital. Bohemo.

MAgnifice fidelis nobis sincere dilecte. Heri accepimus litteras nomine omnium statuum istius Regni nostri Bohemie ad nos datas. Quibus nobis supplicant vt illis significemus quo die sit futurus exitus noster in Bohemiam. In quibus eciam pleraque alia continentur, que omnia plane intelleximus. Scire itaque te volumus. et nostrum propositum, et dominorum Hungarorum consilium, semper fuisse et esse vt ad istud Regnum nostrum Bohemie proficiscamur. et propterea nullamque aliam ob causam huc Posonium venimus. quam vt ingrediamur. licet presentia nostra eciam in hoc regno nostro Vngarie fuerit et sit satis necessaria. quamobrem non possumus non mirari ipsos status. dilacionem nostri introitus dominis Hungaris imputasse, et taliter de ipsis scripsisse. vtcumque tamen sit libentissime vidissemus, si Oratores suos, prefati status cum pleno mandato, vt optabamus huc ad nos misissent. Tamen quia vndecumque moti non miserunt, statuimus nos ad eos mittere nostros Oratores, Non in alium finem nisi vt ea cum ipsis pertractent, que ad honestum et celerem introitum nostrum pertinebunt. vt et nos pro dignitate nostra Regia et pro honore tocius regni nostri Bohemie ita, vt regem Coronatum et dominum eorum hereditarium decet ingredi possimus, et ipsi quoque vt bonos et fideles nostros decet nos suscipere cum debita reuerencia valeant. Quoniam autem huiusmodi tractatus per Oratores non poterunt, nisi in publico Conuentu fieri, Statuimus ad festum beati Bartholomei Apostoli proxime futurum in Arce nostra Pragensi. loco scilicet solii Sedis nostre Regie Conuentum generalem omnibus statibus indicere. et hoc propterea in tam breui termino, Ne introitus noster plus iusto

differatur. Quare fidelitatem tuam hortamur et eidem harum serie firmiter mandamus quatinus statim visis presentibus, ad predictum festum Beati Bartolomei ad ipsam Arcem nram Pragen' nomine et auctoritate nra Regia omnes status istius regni nri Bohemie conuocari facias, ad quem diem Oratores quoque nri istic aderunt, qui et ea que premisimus tractabunt et qui omnem voluntatem nram ipsis aperuimus, coram explicabunt. Ceterum scripseramus vobis de Oratore istinc ad commissarios Serenissimi regis Romanorum mittendo in causa Sororis nre char[me], Cuius missionem ipsi omnes status videntur reiecisse ad illud tempus quo in Bohemia constituemur Cum eciam ad Coronacionem prefati Ser[mi] Regis Romanorum fratris et Sorori nri char[mi] pro Iuribus et statutis istius regni nri Bohemie nomine nro, ut regis Bohemie Orator sit mittendus. hanc dilacionem nos libenter admitteremus, si vel res vel tempus paterentur. sed celeritate opus est, Nam nunc est oportunitas tractandi et conficiendi negocium ipsius Sororis nre char[me] dum scilicet rex Carolus ipse Romanorum in Germanie partibus agit, Preterea Coronacio ipsius prima futura est, ad festum Dni Michaelis Archangeli proxime venturum, id quod ex literarum ipsius Romanorum Regis ad nos missarum exemplo presentibus incluso cognosces. Si itaque cito et preter moram non expediatur Orator istic nr. peruenire ad Coronam non poterit neque eciam ad tractatus qui cum Commissariis eiusdem ante Coronacionem de causa Sororis nre char[me] sunt habendi. Et hoc pacto per hanc moram et Iuribus istius Regni nri Bohemie posset multum derogari et negocium Sororis quoque nre impediri hortamur itaque te des operam et cures quam diligenti[me], ut missio Oratoris ex Bohemia non differatur. Oratores enim nri Hungari quos illuc deputauimus iam expediti sunt. et intra paucissimos dies iter arripient, quos mittimus ut Rex Hungarie. Non quoque

enim vel per illos Juribus regni nri Bohemie preiudicetur. Sicuti
nichil est preiudicatum, nec tum cum huiusmodi affinitas tempore Dmi
Maximiliani Cesaris tractari cepta fuit. Nec tum cum Serenissimus dominus
Carolus Hispaniarum Rex Catholicus in Regem Romanorum
suffragio nro vt regis Bohemie fuit Electus, vbiqz enim seruata
sunt Jura regni Bohemie, que etiam posthac vbiqz volumus obser:
uari. Qui quidem Orator Bohemus si dominis Bohemis et
alijs Statibus videbitur, poterit vna cum Hungaris Oratoribus
proficisci, et res omnes nras curare. sin minus nichil nobis dis:
plicebit etiam si solus et per se ierit, nomine nro vt Regis Bo:
hemie. et intersit tam Coronacioni q alijs tractatibus, tam cum Ce:
sare ipso, si opus erit q cum eius Commissarijs habendis. modo
aliquid non negligatur. quod in his pro Jure istius Regni nri
Bohemie fieri oporteat. Cures igitur quamprimum expediendum Bohe:
mum Oratorem. et sine mora dimittendum. cum tali instruccione que
sit conueniens et dignitati autoritatiqz nre Regie et honori
atqz Priuilegijs eiusdem regni nri Bohemie sufficienter inser:
uiat. Nos quoque libenter illius missionem reijceremus ad introitum
nrm vt scilicet nobis istic existen consilio vro mitteretur. Sed
vt plane vides temporis angustia et breuitas hoc non patitur.
Secus in premissis ne feceris. et nobis quamcitissime de his omnibus
rescribas. Datum Posonij in vigilia festi Beati Laurencij
Martiris Anno domini M° . D° . XX°.

Instructio a Lodouico rege Vngarie data Oratoribus ad concludendum

matrimonium Anne Reginule Vngarie
cum Serm̃o Ferdinando Archiduce Austrie.

ORAtores nri agant apud Commissarios. vt tandem post tot annorum lapsus post tam longam diuturnamque, expectationem. Illma Princeps domina Anna Soror nra charma, nuptui tradatur, Catholico Regi Carolo, etiam defacto Matrimonium per verba de present vltro citroque contrahatur et prefigatur locus ac tempus ad Solennia Matrimony peragenda et vxorem deducendam,

Item agatur certis et efficacibus racionibus cum ipsis Commissarys vt interponant partes suas, et omnino efficiant apud Catholicum Regem vt hec Matrimony execucio ac consumatio omnino fiat: tum recensendo contractus Vienne cum Imperatore Maximiliano, Mtis sue Auo initos, et officia vltro citroque per tot Annos vicissim prestita, tum istud vltimum nrm in suffragando sue Mti in Electione Imperiali prestitum singularis pietatis argumentum, qui non solum ei Christianissimum Regem Francie consanguineum nrm, et maxima nobis contra hostes fidei et ad tutellam Regnorum nrorum presidia pollicentem, nos quoque super his assecurantem: verum et nos ipsos ac Jus nrm ab ipso quoque Diuo Maximiliano nobis oblatum et constitutum, postposuimus et neglexim(us) in illius Mtis fauorem et charitatem, plurisque duximus amplitudinem atque incrementum illius Mtis quam honoris et dignitatis nre accessionem.

Item in primis repetatur promissio facta tempore electionis Imperialis per ipsos Commissarios, Oratoribus nris, vbi polliciti sunt sese effecturos apud Catholicum Regem, vt omnino dominam Annam Sororem nram, Matrimonio sibi copularet, pecierunt tantummodo vnius Anni Inducias, per quas Catholicus Rex

negocia et statum suum componeret quum annus est iam expletus, repetatur eciam promissio ultimo facta Oratoribus nostris et Ser^mi Regis Polonie quibus responsum est, Catholicum regem quoad Germaniam accedat non posse sine suarum rerum dis:pendio cum domina X^ma matrimonium promulgare. Ubi autem in Germaniam venerit se pro certo et explorato ha:bere illam M^tem neminem preter dominam Sororem nostram sibi connubiali nexu devincturam.

Demum explicetis quantum roboris ac firmitatis sit ex hoc matri:monio Catholico regi accessurum. His nostris potentissimis ac belli:cosissimis Regnis Hungarie, Bohemie, ac Polonie ad au:spicia et conatus M^tis sue, opem ac presidium afferentibus, sive contra hostem Christiane reipublice, ut speratis et iam per universam Europam fama est promulgata sit arma moturus sive ad aliquid M^ti sue contingeret. Unde cum aliquibus Christiani nominis Principibus bello contendere oporteret, Addatis eciam expectatio successionis et que regna ac provincie hereditarie iure successionis post nos ad Ser^mam dominam sororem nostram pertineant. His denique atque aliis racionibus quas prudencie Oratorum explicandas relinquimus. declaratis Ita res cum Commissariis transigatis ut ipsi sicut polliciti sunt et tenentur hoc negocium matrimoniale in persona Catholici Regis Caroli absolvant et conficiant. Matrimonio ante inter Ser^mum regem Carolum et Sororem nostram in tuto collocato tunc diligenter Oratores nostri una cum Oratore Ser^mi regis Polo:nie patris nostri char^mi tractent et omnibus viribus laborent ut primogenita eius Ser^mi patris nostri nuptui tradatur Ser^mo Principi Ferdinando ita ut inter eos matrimonium pro maiori utriusque domus coniunctione et unione constituatur

Si vero nulla via ac racione fieri poterit. ut Soror nostra Catolico

Regi nubat. Illud extremum erit. vt cum Ser^mo Principe Ferdinando nexus Matrimonialis firmetur, et corroboretur, in quo nullum dubium posse accidere arbitramur. tum quia in conuentu Vien: nen strictissime cautum, vt alter eorum. D. Annam Sororem nram ducat. Tum quia ante annum à Viennen Conuentu preteritum. Mg^cus dominus Cyprianus de Serenthain Cancellarius Imperii habens plenum ac sufficiens mandatum cum Sorore nra vltro citroque per verba de presenti nomine procuratorio Matrimonium sanxit. Insuper domini Commissarij, Oratoribus proxime missis responden: do opcionem dederunt vt vel expectaremus Aduentum Caroli in Germaniam. vel extunc in persona Ferdinandi formaretur ac corroboraretur Matrimonium. Ad quod affirmauerunt se nomine Principis Ferdinandi et Regis Catholici ac domine Margarethe vtriusque amite. habere plenissimum specialissimumque mandatum.

Erit tamen in hoc casu diligenter videndum quonam Dominio ac Principatu dominus Ferdinandus sit potiturus ne Soror nra Prin: cipi carenti Principatu, cogatur nubere: cum affirmauerint ipsi Co: missarij Oratoribus nris postremo missis, quicquid in Germania hereditarium ad Dominium Austrie spectat. id totum cessurum in Jus et potestatem domini Ferdinandi

Preterea quoniam quicquid pertinet ad Dominium Austrie maiori ex parte per Cesarem Maximilianum et alios predecessores Duces Austrie, est sub pignore et hippoteca alijs atque alijs obligatum opus erit ita tractare et concludere. vt bona ac dominia illa oppignorata, per Catholicum Regem eliberentur ex creditorum manibus et ita libera pleno Jure et sine vllo grauamine deueniant ad domini Ferdinandi Jus et arbitrium.

Postremo erit agendum de assecuratione dotis, contra dotis siue donacionis propter nuptias. et Castra, Ciuitates, ac Dominia que sunt libera et nulli debito obnoxia constituere, ex quibus sunt certi ac securi prouentus. se extendentes singulis Annis ad summam viginti quinque milium Ducatorum, que consignetur simulatque deducta erit in Matrimonium, Soror nostra domina Anna, in ipsius Jure ac potestate. ita, ut de Officialibus in his bonis constituendis plene ac pro arbitrio moderandis, eosque prouentus ad usus proprios ut libuerit conuertendi, omnimodam habeat potestatem.

Si Commissarij pecierint et voluerint ut Oratores Regij profisciscantur usque ad Carolum Regem. ut cum illa Maiestate hec eadem pertractent omnino volumus eos ire. ita tamen ut videantur ire ad congratulandum de felici Caroli Regis aduentu. Reliqua vero prudenter et pro dignitate nostra tractent

Si vero ipsi Commissarij nomine Regis Caroli vel ipse rex Carolus promitteret quidem Illustrissimam dominam Annam Nuptum iri ipsi Carolo. Tamen peterent ulteriores Inducias unius Anni aut plurium, et hoc tempore solum sponsalia per verba de futuro contrahere velint, differendo tamen contractum per verba de presenti et eius execucionem in tempus futurum. Si aliter non potest fieri ea quoque condicio admittatur. ita tamen ut vicissim ipsi Oratores nostri dominam Mariam quocumque quesito colore repetant huc ad Regnum atque in potestatem nostram quoadcelerius fieri potest. deducatur

SED si ita demum Rex Carolus vel eius Commissarij velint ac:
cedere ad hoc firmandum Matrimonium, vt vicissim nos dominam
Mariam eodem modo et eodem tempore in legittimam vxorem acci:
piamus eaq(ue) ad hoc Regnum deducatur, ad hec omnia consenciant
et ita concludant

SI autem dicat Rex Carolus nondum se liberum et immunem a
Matrimonio Gallico esse nec dispensacionem contrahendi cum
alia a Summo Pontifice adhuc impetrasse, iuxta fedus inter
Principes Vienne initum et prius q(uam) ad aliquem nexum vel
Matrimonij vel eciam sponsalium deueniatur id sibi temporis
spacium dari postulet, quoad apud Sedem Apostolicam op:
portunam dispensacionem assequatur: nostri Oratores ostendant
et declarent sponsalia illa Gallica etate prohibente fuisse
et esse nulla, propter defectum consensus Ideo non esse opus
dispensacione demum in hoc casu hanc dilacionem vt friuolam
et vanam diluant et reijciant.

SI vero ipse Carolus Rex censeret Matrimonium contractum
inter dominum Ferdinandum eius fratrem et dominam Annam im:
pedire quo minus dominam Annam in legittimam vxorem
ducere possit. affirment eum Commissarij et res omnino ita se
habet :, q(uod) Dominus Ciprianus de Serenthayn Cancellarius
Imperij habens ad hoc (vt asserunt) sufficiens et plenum man:
datum nomine procuratorio, superiori Triennio in Hispurg cum
domina Anna per verba de presenti contraxerit et domina
vicissim per eadem verba mediante ipso domino Cancellario cum
Principe Ferdinando, quoquidem tempore, vterq(ue) agebat ad ne:
xum Matrimonialem etatem legittimam, huic difficultati :, om

erit remedium, ut etiam Rex Carolus contrahat per verba
de pnti et mox per copulam carnalem Matrimonium confirmet
sequuta enim eiusmodi Matrimonij consumatione, facile erit po-
stea Regi Carolo a summo Pontifice dispensacionem obtinere
Et quoniam non minus cupimus honori et dignitati Sermi Regis
Polonie Patris nri charmi quam nris proprijs consulere, Ideo
volumus vos unacum Ore sue Mtis diligenter et accurate
agere, ut Matrimonium cum Rege Carolo et Sorore nra dna
Anna stabilito. Sermus Princeps Ferdinandus filiam primo-
genitam eiusdem Sermi Patris nri sibi despondeat, et Nexu
Matrimoniali deuinciat.

Si vero omni spe de Carolo sublata ad dominum Ferdinandum
veniendum erit, qui tamen ita se offeret ad dominam Annam
in legittimam uxorem accipiendam tempus quo et locum ad
solemnia Nupcialia peragenda prefigendum. si hec eadem vicis-
sim fient in persona nra et exigant ut oratores nri eodem modo
firment contractum cum domina Maria inceptum et prefigant
locum ac tempus ad eam deducendam et in Coniugem consumandam.
Hoc casu placet nobis, ut eadem pro domina Maria suscipiant
que in persona domine Anne erunt conclusa

* SED si cum domino Ferdinando sit quid facultas huius Coniugij per-
ficien sed status domini Ferdinandi sit adhuc dubius et incertus
licet enim Commissarij Oratoribus nris ultimo missis responde-
rint quicquid spectat ad domum Austrie cessurum in Jus
ac dicionem domini Ferdinandi: Tamen id non ex certa sciencia
sed potius ex tractatibus adhuc dubijs visi sunt affirmare, cum asse-
rerint eam concordiam inter fres per dominam Margaretham com-
Amitam fuisse interpositam. Et hoc adhuc ex futuro euentu pendet
Hoc casu omni industria studioque laborent, ut Status domini Ferdi-
nandi sit quam amplissimus. sed tamen qualemcumque statum sit habiturus
omnino cum eo Matrimonium firment.

Videtur autem difficultas de assecuratione dotis et de contradote
vel donatione propter nuptias/ in contractu enim Viennen. licet
nos quoad dominam Mariam arctissime simus obligati, Tamen
ex parte Regis Caroli vel domini Ferdinandi nichil cauetur,
sed dumtaxat Cesar Maximilianus affirmet se effecturum, ut si
alter Nepotum suorum ducat uxorem dominam Annam Rex
Hispanie qui superiori Triennio est defunctus, assecuret eam de
dote restituenda. et de contradote ac donatione propter nuptias.
In hoc igitur assecuratione dotis agant nri Oratores, ut in domi-
nijs liberis et nulli obligatis et quantum fieri potest propinquioribus,
fiat Dotis ac contradotis assecuratio, et ita status Ser.me Sororis
nre constituatur, ut ad minus habeat singulis annis de annuis
prouentibus in numerata pecunia summa viginti quinque Millium
flor. Hungaricalium sicuti nos licet in regno nro Hungarie
iuxta contractum Viennensem dominam Mariam assecurabimus.

SED si dominus Ferdinandus velit quidem cum domina Anna
firmare contractum Matrimonialem, sed ad aliquot tempus et
forte longissimum reliqua differre. hoc est solemnia Nuptialia,
et Matrimonij consumationem, illa quoque condicio si necesse fuerit acci-
piatur. Ita tamen ut domina Maria ad Regnum nrm in nramque
potestatem adducant. denique in omni casu et euentu hoc efficiant
nri Oratores, ut domina Maria mittatur ad hoc Regnum
et sit in nra potestate. hac enim sola ratione possumus omnes
difficultates euadere, et honori ac securitati nre ac Ser.me Sororis
nre plenius consulere.

SI vero (quod fieri vix credimus) Ores nri utrinque reijciantur
Quod et Carolus ducat Gallam et Ferdinandus Portugallam
nri Ores de iniuria protestentur et conuenientes minas adijciant

Si autem preter hec superius explicata aliquot tale exoriatur

dubium de quo nulla sit particulatim data instructio fidei Oratorum
nostrorum ac Industrie et tractanda et concludenda committimus .
damusque eis plenissimam facultatem agendi Tractandi et faciendi
prout eis melius et aptius videbitur .

Ludouicus Rex Vngarie
Sigismundo Regi Polonie

SERme Rex patrue nr charme atque honorandme. Quum
in hac etate nra, non satis adhuc matura, neminem habeamus
preter Mtem vram, qui nos et res nras curet: ex illa spe sin:
gulari, quam in sola Mte vra habemus, omnem statum reru
nrarum et Bohemicaru et Hungaricarum eidem per Magcum do:
minum Andream de Tanczin Palatinum Lublinen. eiusdem
apud nos Oratorem declarandu duximus. Nescimus profecto
hec ne an ille peius habeant. hic in Vngaria neglecti sumus
et ad turpem inopiam res nre sunt redacte: huc accedit perpetuus
hostium insultus: et certe veremur. ne per hominum Inuriam
ac dissensionem, ne dicamus ignauiam, huic regno nro extremum
malum quod Deus auertat eueniat. Bohemia discordiarum fla:
mmis tota succensa est, status omnes inter se digladiantur: non
deest illic, nec veneni, nec pestilencie suspicio: vocamur ab illis:
et nisi venerimus minantur sese Hungaris propediem non gra:
tos hospites futuros. vt Mtas vra ex lrarum Bohemicaru.
proxime ad nos datarum exemplo presentibus incluso perspi:
ciet. quasi Hungari sint in causa, quod profecti ad eos hucusque non
fuerimus: cum nihil aliud fuerit, quam quod hoc Regnum inordinate
relinquere, et illud ingredi ob causas premissas, tutum non fuit.
iam sumus Posonij a diebus quatuordecim, et heri tantummodo
accepimus lras ipsorum quibus ad nras responderunt: responderunt

autem nichil ad propositum. Optabamus enim ut Ores ad nos cum
pleno mandato huc mitterent ad componendas differencias eorum,
quo rebus paratis et honestius ac commodius ingrederemur
et ut de securitate eorum qui nobiscum apud eos futuri sunt
quique vel sequuntur nos vel remittentur a nobis iter tutum
esset. tum propter hostes publicos, qui nobis et toti Regno Hun:
garie diffidarunt, illic in Bohemia existentes, tum propter multa
alia providerent. de quibus nulla est in eorum lris facta mencio
hoc solum cupiunt, ut ingrediamur, et nisi usque ad festum Bar:
tholomei illuc nos contulerimus, scribunt sese coituros omnes
et ad nos non gratos Hungaris hospites venturos: Qua
ob rem indiximus eis Conventum, (nam ita visum nobis
fuit) ad festum predictum Bartholomei. ad quem missuri sumus
ad eos Oratores nros, et tentabimus si quid boni apud eos fa:
cere poterimus: eoque intentu. ut vel Oratores huc mittant
cum pleno mandato. vel ita domi inter se concordent. ut nos
et honestum et securum introitum, et unde nobis vivendum sit
habere possimus, Nam ita sunt omnes proventus nri, ita oia
Bona nra oppignorata. ut nihil nobis relictum videatur.
Tentabimus itaque hanc quoque viam si conveniunt, Si nihil effi:
cere hoc pacto poterimus, aliter tandem nobis erit cogitandum
Hec est Serme Rex patrue char^me, in pns racio rerum nrarum
de quibus prefatus dominus Andreas Palatinus Mti
vre scribere apercius poterit: Rogamus itaque magnopere
M. vram, velit nobis in hac rerum nrarum angustia et
necessitate consulere, quid facto sit opus, et iuvare prout in
Mte vra plurimum confidimus ne vel hic vel illic. neve
utrobique aliquid detrimenti patiamur. Deus Mtem vram
incolumem ad plurimos annos conservet et feliciissime:
Datum Posonij feria tercia proxima ante festum beati Lau:
rencij Martiris: Anno domini M°. D. XX°.

Ludouicus Rex Vngarie Sigismundo regi Polonie

SEr^me Princeps et domine patrue nr^e char^me atque honora^me Obsignatis aliis l(itte)ris n(ost)ris, quas ad M^tem v(est)ram vna cum presentibus dedimus, pro mittendo quopiam Ore(ator)e ad transigend(um) negocium Sororis n(ost)re char^me, apud Commissarios Ser^mi ac Catholici Regis Romanorum, egimus cum Mag^co domino Andrea de Tharczin Palatino Lublinen(si) M^tis v(est)re apud nos Oratore, de racione missionis huiusmodi Oratoris in Germaniam, et visum nobis est: tum quia res celeritatem desiderat, tum vt eciam sumptibus M^tis v(est)re, quos pro nobis maximos solet effundere, parceremus, vt prouincia agendi et tractandi res matrimoniales ex parte M^tis v(est)re, vel apud commissarios vel apud ipsum Romanorum Regem illi pocius Oratori quem nuper M^tas v(est)ra in Germaniam misit, committeretur quam vt alium quempiam iterum illuc mitteret: cicius enim vt nos arbitramur hoc fieret, et forte eciam cum minori Impensa Quippe quidem Orator iam missus, eciamsi absolueretur apud Cesarem, priusquam n(ost)ri vel ad Commissarios vel ad Cesarem peruenirent, posset ille retrocedere et dicere vbi opus foret Commissione M^tis v(est)re id factum esse: Nam veremur si M^tas v(est)ra alium miserit, vix poterit tempestiue illuc se conferre, N(ost)ri enim habito tractatu cum Commissariis de re Matrimoniali, etiam ad Cesaris Coronacionem: pro festo D(omi)ni Michaelis futuram: siue rem perficiant siue non proficisci debebunt, vt congratulentur bonis successibus sue M^tis, et intersint Coronacioni et si opus erit et si quid apud Commissarios imperfectum relinquetur id apud Cesarem

prout rerum racio postulabit per eosdem transigatur Quibus
in rebus quoad Oratorem M^tis vre licet nobis hoc agendu
videatur: arbitrio tamen M^tis vre singula relinquimus
que pro sua altissima prudencia melius novit. quid facto sit opus
et quid sibi pro dignitate sua facere conveniat. Quam nos
felicissime valere et triumphare optamus Dat Posonij
in vigilia Beati Laurencij Martiris Anno domini 1520.

Sig. I. Rex Polonie,
Luce de Gorca Castell.o Posnamien & Capit.o Maioris polonie

Mag.ce Sincere nobis dilecte. Intelleximus que nobis S. tua scripsit de gentibus que parari debent Mgro Prussie aduersum nos, miramur vero q per tantum tempus quo semper isti homines aduentare dicuntur, nichil tandem certi vnquam cognoscere possimus, sed varie varij de illis referunt, itaq volumus quod S. tua mittat aliquem hominem disertum et solertem in Germaniam, qui omnia sufficienter explorare possit, et qui non solu ex auditu sed visu eciam suo nos facere possit certiores, tam de Lancearijs quam alijs hominibus qui congregari deberent. nos vero impensam pro ipso exploratore prout de alijs fecimus resarciemus. Ad dominum Joachimum Marchionem Brandeburgen non visum fuit Nuncium mittere, pariter et ad dominum Regem Danie sed vtriq literis declarabimus causas quare bellum cum Mgro sumus orsi bene. Valeat tua S.

S. Rex. P.
Friderico Duci Legnicen

Ill.tris Princeps et domine affinis n.r charm.e Accepimus post discessum hinc vre J. non paruum numerum hominum congregatum esse in Germania, qui in subsidium domino Mgro Prussie venire deberent, cum vero infecta concordia vra J. cum alijs Oratoribus discessit, non culpa nra vt nouit, nam nos plus satis ex nobis prebuimus. postulamus ab J. vra, vt iuxta commissionem Ser.mi domini Ludouici Regis prouisionem faciat in Capitaneatu suo, vt homines sint parati ad resistendum et prohibendu iter gentibus aduersum nos transeuntibus, et in ea re habeat mutuum consilium et intelligentiam cum Ill.tri dno Casimiro Duce

Thessinen. et aduocato Lusacie, nobisqz declaret, qui erunt pro:
pensi ad hanc necessitatem nram, et qui non, vt et nos, et Serm^mus^ dnus
Rex Ludouicus, sciamus in quo plene confidere deberemus, faciet
Illtas vra rem virtute sua et affinitate sua dignam Que
Valeat feliciter.

Sigismundus Rex Polo^e^
Georgio Marchioni Brandeburgen

Illtris Princeps et domine Nepos nr charme. Accepimus lras
vre I. quibus nobis declarat sibi istic a quibusdam impingi
quod earum difficultatum, que Illtris dominus Mgr Prussie.
Nepos nr nobis ingerit, et de hominibus ex Germania aduersu
nos conductis, conscia et particeps esse deberet, refertqz hec et
alia pro excusacione sua in nros Oratores, quos in electione
Imperiali habuimus petens a nobis vt his sinistris de se rumo:
ribus et maliuolorum delacionibus fidem non haberemus. Con:
stat satis vre I. quo amore et beniuolencia sumus illam semper
complexi. quo studio quibus commendacionibus honorem et statu
eius promouere consueuimus, quaqz illi non obsuit fauor et
opera nra satis experiri potuit Et fuimus semper eius spei
quod nobis ab illa pari modo gra referri debuit, verum
edocti sumus cum fama tum argumentis non vulgaribus, quod
hec omnia que toto isto tempore dominus Mgr aduersum nos
molitus est, fuisse cum scientia, fauore et consilio vre I. acta sin:
gula, cuius eciam serui coram multis longe ante predicebant
qui apparatus fierent contra nos in Germania et quibus malis
et difficultatibus hoc anno obrui debuimus, preterea vise sunt
a consiliarijs nris lre precipuorum familiarium I. vre in
detrimentum nrm, et confirmacionem eorum omnium scripte, Nec
nos aliter nobis persuadere possumus, quam cum dominus Mgr
tanti non sit, vt nobis bellum inferre deberet, quod id quicqd
agit, in spem I. vre et aliorum fratrum suorum agit, et ea
fiducia tantopere se aduersus nos attollit, vtenimqz est, nos hactenus

michil deterruit, neqz vnq deterrebit, quo minus iustitiam et dignitatem nram tueri deberemus, neqz nobis iuuante domino Deo hec omnia indigna contra nos molimina officient, ex quibus quantum commodi dno Mgro accedet Exitus declarabit. felz valeat vra ·S·

S. Rex P.
Lucē de gorca Castellᵒ Posn Capitᵒ maioris Polonie

M

Magcē nobis Sincere dilecte. Ciues nri Gedanen qui multos exploratores habent in Germania retulerunt nobis hic ferme hec eadem de militibus Lancearijs mare ingressis, que tua S. perscripsit, hoc ipsum et Michael Spiss nuper significauit, cum igitur ex varijs locis comprobatur hec nouitas dubium nō est, illam veram et certam esse. verum explorator Gedanen narrat esse quinqz milia eorundem Lancearriorum, et non in Daciam, sed ad dominum Mgrum recta contendere, vtcuqz est, nos mare et loca eius omnia, per que gentes penetrare aduersum nos possent prouideri fecimus, et michil neglexirnus eorum, que ad impediendum transitum illarum attinent, tua aute S. sit intenta diligentemqz habeat custodiam, vt scire possit si qui homines huc perrumpere vellent, nosqz de omnibus que ad nos pertinere arbitrabitur tempestiue reddat certiores Et bene valeat · Dat ·

Sigismundus primus Rex Polonie Leoni X^mo. pontifici Maximo.

Sanctissime in Christo pater. Superioribus diebus descripsi vestre
Sanctitati causas que me diu multumque renitentem coegerint ad
tuendos subditos, et iura regni mei, arma contra Illustrem dominum Magistrum
ordinis Theutonicorum in Prussia sumere, et que condicio belli
huius, mea modestia et pietate in rem Christianam fuerit. Cum
enim dudum conficere illum ac ordinem ipsum, et quidem parvo
negocio potuissem, tractavi illum per hoc omne tempus lenius
quam hostem conveniebat, habita racione non solum necessitudinis nostre
et illius iuventutis, sed eciam vestre Sanctitatis que causam illius
nescio cur adeo complectendam sibi putat, cum nusquam appareat Or-
dinem istum, vel meritum esse aliquid de Ecclesia et religione
Christiana, vel unquam in hoc angulo mereri posse, qui ad hoc unum
institutus esse videtur, ut ubi ubi sit, misceat, et perturbet
omnia. Non ignorat vestra Sanctitas quomodo se gessit Ordo
ipse in regnis Anglie et Hispanie, et quid illi meritis suis
acciderit. Quo salutari exemplo possem quidem per facile insi-
stere, et me regnumque meum hac molestia et calamitate liberare
nisi esset maioris pensi apud me communis status rei Christiane, et
mea existimacio hactenus illibata, quam id quod cum motu et ex-
cidio alterius consultissimum michi et regno meo putarem. Quare
Beatissime pater, cum ut ante scripsi vestre Sanctitatis Oratores tam
Serenissimi Nepotis mei, domini Hungarie et Bohemie Regis quam etiam
Principum Germanorum, a me rebus infectis discessissent, quod
Magister nichil eorum acceptare voluit, que ipsis etiam Oratoribus ac-
ceptanda videbantur, et ego meum exercitum eius Sedi et
loco primario admoveri fecissem, quo ille consternatus peteret

facultatem tuto ad me veniendi non solum eam illi prebui sed etiā Inducias belli circiter vnum Mensem cum magno dispendio, et iactura temporis illi concessi, sperans eum hac mea benigni: tate, ad equam et honestam concordiam reduci posse, verum ille veniens ad me licet excessus sui veniam petierit, coniunctionē indignissimam cum Scysmatico, meo et Ecc^e Romane inimico confessus fuerit, et in summa licet post multos tractatus, quibus me co duxit vt interim subsidia aliqua nansceretur, Ad extremum pollicitus fuerit se facturum omnia, que ex federi: bus et pace perpetua deberet, tamen accepto Nuncio de adue: tu adse quarundam gentium ex Germania omnibus in irritu versis discessit, nichil spei michi relinquens eorum que michi et regno meo debet, et que vt missa faciam, nec licitum est michi, vllo modo nec integrum, vt post discessum suum, vt maius in: cendium belli excitet, et ceptum suum infestum et indignum per: ficiat, satagit in scribendo milite, in cogendis vndiqz suppetiis qui sibi palam cum in plerisqz aliis locis, tum maxime in Germa: nia colliguntur. Quapropter significare volui hanc rem totam vr̄e S. vt cognita illius pertinacia et hostilitate in me co: gnita, item tam longa tollerancia et modestia mea, quam etiam Nuncii eiusdem vr̄e Sanct^tis vt hic probe sunt experti, ita cora ipsi clarius referre poterunt, commendatam habere dignetur apud se magis hanc meā, et Regni mei causam, et si quid eius: modi accideret, quod adeo Magr̄ ipse et eius Ordo sibi stemit, et ego profecto non cupio, vr̄a Sanct^tas boni consulere dignetur, et michi merito adesse debebit. Cui etiam vt pri meo clementis^mo significandum duxi, qua me leticia, et consolacione, Deus Opti: Max: intra hanc turbam et molestiam bellicam affecit, quod natus sit michi commodum, Calendis p̄ntis Mensis filius optatissimus Quem si diuina benignitas superstitem esse voluerit, vt ve: stigiis maiorum suorum insistere possit, futurum spero, et obser: uantissimum Sedis vr̄e S. et Reipublice Chriane non vul: gare columen et ornamentum Quare comendo illum meum pariter Regnumqz et dominia mea vr̄e Sanct^ti. Quam diutissime sanā sos: pitem et felicem esse ex corde desydero Dat

S. Rex. Pol.

Cardinalibus Ro^ne^ Ecc^e^.

Rx^me^. Describimus Sanct^mo^ domino nro Statum modernu belli nri cum Ill^ri^ domino Mgro Ordinis Theutonicorum in Prussia. et quanta modestia et benignitate illum, ut Juvene et Nepotem nrm tractamus, ducentes bellum lemius, ut ille interim resipisceret, et ad concordiam reduceretur, quem alioqui si hostiliter agere vellemus iampridem sine multo negotio conficere potuissemus, Nam cum non pridem actum de rebus suis putavit et a nobis potestatem secure veniendi ad nos petiit, non ea solum sed et inducias belli cum summo dispendio nro illi concessimus, qui veniens ad nos utcunque humiliter se gessit erga nos, et fassus sit errorem suum, et societatem cum Moscovita Scysmatico, fuisseque pollicitus se omnia facturum, que nobis deberet, tamen accepto Nuncio de adventu gentium quarunda in subsidium suum, rebus omnibus infectis, et promissis suis post tergum relictis, discessit, Nuncque scribit militem, subsidia externa querit, et colligit, nihilque pretermittit quo ceptum suu ad effectum perducat, Quare rogamus vram Rx^mam^ P. tueri velit hanc causam meam coram Sanctis^mo^ dno nro ut quod ex hoc ludo sequetur non nobis sed illius temeritati ascribatur, Jam enim satis superque causa ipsius Sanct^mi^ domini nri hoc saxum volvimus, quod exemplo Salutari Regnoru Anglie et Hispanie dudum excutere potuissemus, que quidem Regna testimonio esse possent eius Sanct^ti^, q Ordo hic regularis sit, et utilis rei Chriane, pro qua nos ille assidue decernentes nonsolum impedit et perturbat, sed etiam secum Scysmaticis et infidelibus indignissima societate coniungit, Cognosce

patrocinii
vra Rma P. humus ~~precum~~ sui quod nobis in ea causa presta:
bit futuros nos perpetuo non immemores nec ingratos, Cui etiam
pro mutua beniuolencia significamus filium, nobis dei mu:
nere, natum esse Calendis presentis Mensis, quem speramus si super:
stes erit futurum olim, et isti Sancte Sedi reique publice Chri:
stiane vtilem et Serme familie nre, Regnoque et dominiis
nris incrementum non vulgare. felicissime valeat vra
R. P. Cui nos et negocia nra ex animo commendamus
Datum in Ciuitate nra Thorunnen die XXII Augusti
Anno domini Mo D. XXo.

S. Rex. P.

Nicolao Firley de Dambrowicza Palato
Sandomirien. Joanni Zeratinski Bohemo
Ducibus Exercitus in Prussia

MAgci. fecerunt nos certiores Ciues nri Gedanenses se certo
edoctos esse quod dominus Mgr cogitet Castrum et Ciuitatem Holland
quocunque modo possed intercipere habens forte nonnullos ibi
sibi fauentes ex popularibus. Quare mandamus S. vris
prouidere velint, vt locus ille qui magno labore et impendio
est conquisitus, bene ac diligenter custodiatur et conseruetur
quo neque vi, neque fraude aut dolo ab hostibus capi possit. mi:
ramur plurimum quod nre gentes que sunt vobiscum in exer:
citu, non sunt obedientes imperiis vrarum S. et quod maius
est abituras se, et Castra nra deserere minantur, non ad:
uertens hostem nrm se contra nos armare et auxilia sibi vn:
dequaque comparare, quibus cum nos parata pecunia semper
soluimus et non paruam in eas vim pecunie effundimus, debe:
rent merito aliam et honoris sui, et nre dignitatis, ac etiam
necessitatis racionem habere. Postulamus a vris S. contineant
eas ipsas gentes in officio et seruicio nro, et dilabi eas a se non

permittant, facere enim id citra iacturam fame ac honoris sui, ac fine nro et reipublice regni nri maximo incommodo et periculo non possent. Circumspiciant etiam vre S. et provideant, ut omnes centurie sue Comitive Equitum et peditum, integrum numerum militum et equorum suorum habeant. Audimus enim indies multos homines dilabi per obliquas vias ab exercitu et ob hoc verissimile non est integrum numerum Comitivarum esse. Nos vero integre omnibus pecuniam mittimus que nescimus quomodo distribuitur illis qui diffugerunt, et isthic non militant. Intra paucos dies, mittemus unum ex Consiliarys qui homines et milites isthic contineat in milita et Suias nro quem vre S. adiuvabunt, et quem modum in alloquendis illis et componendis illorum animis observare debebit id illi suggerent. Volumus preterea ut nos de successibus suis et cogitatibus hostis nri frequenter et q diligentissime vre S. edoceant.

S. Rex . P.

Nicolao Firley Palat^o Sandomirien Capitaneo Exercitus in Prussia

Mag^ce. Sincere dilecte. Commendat nobis S. tua Generosum Zbigneum Slupiecki, et postulat ut eum iusto stipendio provideamus. Miramur vehementer cur ipse hactenus non habuerit servicium super equos suos, cum potuit inscribere illos in Regestrum tue S. et in locum et numerum equorum quos habuit Generosus olim Stanislaus Doluski cuius ipse Comitivam habet. Quare volumus et mandamus, ut ille habeat servicium super equos suos. Nam nos semper integre pecuniam mittimus ad eius Comitivam et numerum equorum, quem olim Doluski habuit: qui forte iam sunt venditi, aut per fres illius recepti. Quod tumultuantur equites Bohemi et minantur se discessuros ab Exercitu nro, multum dolemus, simul et miramur. q homines huius seculi non sunt contenti eo stipendio, quod illis continue

solvimus et mittimus. Scimus enim quomodo alij Principes Christiani solvere solent stipendia suis militibus. Scimus quomodo predecessores quoque nostri illa solvebant Itaque oret tua S. animos eorumdem equitum Bohemorum et aliorum nostrorum militum reducere ad tranquilitatem et constantem perseverantiam in servicio nostro, nunquam enim negligemus providere illos parata et prompta pecunia, vim nobis inferentes, et cum magna difficultate illam conquirentes. Novit enim tua S. quod nos nullos Thesauros habemus. Et bene valeat tua S.

Responsum a Sigismundo primo Rege Polonie. Capitulo Varmiensi Datum.

Sacra Regia Maiestas Venerabiles domini. perpendit secum et cum dominis Consiliariis suis Legacionem et raciones vestras quibus docebatis tucius et utilius processurum negocium Electionis vestre ubi ea fieret iuxta veterem consuetudinem, non secundum concordiam et pacta cum Maiestate sua Serenissima per defunctum D. Episcopum et vos inita.

Verum intelligens Maiestas sua et compactata Germanie et quasvis alias firmissimas immunitates Rome infringi et labefactari solere ubi vi et potestate secularí, non manutenentur et defenduntur quemadmodum apparuit nuper in Electione D. episcopi Wratislavien. que per summum Pontificem violata et in gratiam Domini Marchionum a Principibus Germanie destituta, quibus difficultatibus acta sit satis novistis, ut nisi Maiestas sua Regia ipso domino Episcopo affuisset, omnino de ipsius Electione actum esse

Et proinde Mtas sua subuerens ne idem vobis accidat, et ne sibi occasio preciderctur tuendi vos et Ecclesiam vram aduersus dispositionem Aplicam, vbi secundum compactata Germanie que ad Mtem suam nihil attinent ipsa Electio fieret.

Consultius esse censet, hortaturqz vos ne a Caplis et pactis seruitiis vel latum digitum discedatis, vt in omni euentu Mtas sua vti verus Ecce vre patronus possit illi et vobis tanto decentius et efficatius adesse, nam non dubitat Mtas sua dominos Marchiones omnem conatum facturos quo ad voluntatem ipsorum fieret disposicio de ipso Epatu vro et Principes Germanie illis affuturos.

Quare vult Mtas sua Regia, et hortatur vos vt iam auspice domino Deo vnum ex quattuor vrm quos Mtas sua designabit eligat qui racione huius turbulenti temporis magis conduceret, magisqz idoneus et propensus esset ad gratiam et patrocinium Mtis sue, et eius regni sua fide demerendum, quo demum possit Eccam, et bona vra non solum ab his angustiis vindicare, sed eciam industria sua, et beneficentia eius Mtis auctiora reddere. Sua vero Mtas Serma pollicetur vobis et Ecce vre vbi vos ita gesseritis vt confidit, suo regio fauore, sua beneficencia, et tuicione pro viribus suis nunqz deesse

S. I. Rex. P.
Cesari Carolo Vto.

SERme. Accepimus lras Mtis Vre quibus nobis adventum suum faustissimum ad partes Germanie inferiores et tempus Coronacionis sue prestitutum declarare dignata est. Nos tametsi dudum ante compertum habuerimus illam eo feliciter appulisse, et ad salutandam eam miserimus istuc Oratorem nrm qui apud illam omnia nro nomine obiret, que amor et coniunctissima necessitudo nra expostulare videbr. tamen agimus immensas gras Vre Mti quod pro benivolencia sua erga nos nobis successus suos significarit, quibus etiam atque etiam gratulamur, optamusque ex intimo animo nro, ut hic eius adventus pariter et Sacre Ro: Corone susceptio sit felix et fausta illi et Reipublice Chriane, cum summo bonorum omnium et coniunctionis nre incremento. Ut autem vicissim Maiestatem vram Serma leticia et fausto successu nro impartiamur, eam certiorem faciendum duximus quod sub ipso tempore adventus illius in Germaniam natus nobis est filius qui pro nro mutuo amore et coniunctione, erit aliquando si dominus Deus illum superesse voluerit, ex usu et honore Mtis Vre et Reipublice Chriane commodo non mediocri. Agimus etiam non vulgares gratias Vre Celsitudini quod habita racione magni locorum intervalli et angustie temporis abstinuerit a vocando ad eam felicissimam Coronacionem suam. Sermo Nepote nro domino Hungarie et Bohemie Rege, gravissimis alioqui regnorum suorum negociis domi occupato, qui tamen non pretermittet ea

omnia que officii sui et honoris vre Mtis racão requirere videbitur Que ne felicissime valeat, et nos ac res nrãs commendatas sibi habere dignetur. Dat Thorunij die xv Augusti Anno domini Mº. D. XXº regni nri xiiijº

Sigis: Rex Polonie.
Bone regine vxori sue

SERma Princeps. Geminam et immensam leticiam ex lris Mtis vre accepimus q intelleximus illam ex partu incolumem esse. et nos suauissimo filio. et perpetuo pignore amoris nri mutui a domino Deo condonatos. Quare de tam fausto et iucundissimo Nunctio agimus vre Mti immensas grãs et quod nobis summe est cure, plurimum illam rogamus. vt valetudini quantum potest incumbat. nomenqz dulcissimo filio nro. Sigismundus. quemadmodum putes cum illa egimus leto et fausto omine impom faciat. Valeatqz felicissime et nos amet Dat

Sigis. I. Rex Polonie
Consiliariis Regni.

R[everen]d[issi]m[e] : Epis :

Me[orum] in Chr[ist]o p[at]r[e]. Significauit nobis Ser[enissi]ma domina Coniux n[ost]ra se gratia Dei salua & incolumi filium nobis suauissimu[m] produxisse. Que res cum non solum nobis immenso solacio Sed etiam regno n[ost]ro summe vtilitati sit futura, impartire v[est]ram P. hac leticia n[ost]ra voluimus, vt nobis et reipublice gratuletur & gaudeat Dominumq[ue] Deum vna cum Clero suo precetur, vt eandem prolem nostram suauissimam seruet & sospitem & superstitem.

S. Rex P
Ludouico Regi Vngarie et Bohemie

SER[enissi]me. Quod in n[ost]ris et in omnium subditorum n[ost]rorum votis erat precipue aucti sumus tandem a domino Deo filio suauissimo & M[aies]tas v[est]ra fidissimo et concordissimo fr[atr]e. que res cum ad incrementum Ser[enissi]me familie n[ost]re, et bonum statum n[ost]rum ac communium Regnorum nostrorum non vulgari accessione pertineat, gaudium hoc et consolacionem n[ost]ram futuram M[aies]ti v[est]re nobiscum eque communem ac suam ipsius propriam non dubitamus Que felicissime valeat & nos diligat Dat[um] Thorunij XV Augusti Anno M°. D. XX°

S. Rex P.

Isabelle Duci Barensi

Illma Princeps et domina mater nra charma. Doctorem
Nicolaum Catignanum de Brundusio Phisicum Serme dne
Coniugis nre propter eius virtutem et periciam ac etiam curam
sedulam, quam in custodienda sanitate eiusdem Serme Coniugis
nre adhibere consuevit, libentissime vidissemus diucius apud
nos immoratum, verum cum illum desyderium Coniugis
et liberorum suorum, a nobis retraxit commendamus eum
Illme dominacioni vre. Rogamusque illam ut pro eo quod hic
erga nos, et Serma Coniugem nram est optime meritus,
illum gratia et beneficentia sua complecti dignetur. Nos
etiamnum bello cum Ill: domino Magro Prussie destinemur
cuius exitus ut putamus non erit celer, eius pertinacia, nec
fieri poterit pax aliter quam ille hoc ludo sacietur. quod nobis
satis est molestum, qui profusionem Sanguinis Christiani semper
adhorruimus. Inter has autem molestias et tumultus bellicos
Accepimus a dno Deo donum, quod nos, et universum re-
gnum et dominia nra plurimum exhilaravit, filium vide-
licet dulcissimum, ut iam Illti vre constare potest, qui ut
erat nris et omnium votis expetitus, ita iuvante domino
Deo fiet perpetuum vinculum et incrementum amoris et con-
iunctionis nre, ac etiam regno Dominiisque suis, et toti reipublice
Christiane firmitas et accessio non vulgaris. Commendamus
nos materno amori vre Illti; quam dominus Deus servet
diutissime sospitem et incolumem. Dat. Thorunij xvij
Augusti . 1520.

Sigismund. I. Rex P.
Optimatibus regni Vngarie

Rme in Chro pr et domine amice nr charme ac honorand. Compertam habentes beniuolenciam et studium vre Rme P. erga nos et res nras, leticiam et consolacionem, quam a domino Deo cepimus illi significare voluimus. Aucti enim sumus commodum felicissima prole mascula, quam si diuina benignitas seruare dignaretur sospitem et superstitem, futuram speramus et magno incremento Serme familie nre, et rei publice Chriane, bono statui nro, et Sermi domini Ludouici Regis Nepotis nri charmi, ac communium Regnorum nrorum faustam et conducibilem. Et proinde vram P. que bonis vtrimusque nrm ex animo fauere consueuit, nichil dubitamus nobiscum inde parem leticiam et voluptatem habituram Que valeat feliciter et nos diligat.

Sigismundus primus Rex Pol.
Luce de Gorca Castell^o Posnamien
Capitaneo Maioris Polonie.

Mag^ce Sincere nobis dilecte. Intercepte sunt nuper a militibus nris multe lrē que ex Germania ad Ill: dominum Magrm̄ ferebantur ex quibus cognouimus multa millia peditum et equitum ei illic comparari, que huc aduersus nos mitti deberent si modo conquesierint pecuniam illi quibus ea res est commissa. Utcunq3 ante nos non speremus, tam cito et facile pecuniam mutuam in Germania inueniri posse, et presertim tantam qua multa millia militum co:duci possent: volumus tamen ut tua. S. diligenter explorari faciat. si que gentes illic in Germania congregarentur, et adfines regni bonam custodiam habeat, ne qua vis insperata illac penetret ad dominia nra. Dominus Magr hac forte fiducia fretus, q amici sui et confederati iuuare illum deberent perstat in pertinacia et duricia cordis sui, et solis verbis nos lactat, promittens se nobis ad ea que nuper eius nunctijs, quos apud nos post discessum huc tue. S. habuit, per Consiliarios nros erant proposita cum primum cum subditis et membris Ordinis sui consilium caperet responsurum, et postulans ut hec mora non esset nobis molesta. Que omnia eo tendunt. ut interim habere posset sperata et promissa sibi auxilia, aut exercitum meum fraude et dolo adoriri posset, in quo scit nullum esse bonum Ordinem, nullam militarem disciplinam. Ser^mus D^s Romanorum et Hispaniarum Rex scribit nobis querelam, cora se contra nos per Illtres dominos Fridericum Palatinum Rheni, et Joachimum Marchionem Brandeburgen deposita, eam vero

q nos absq ulla iusta causa et belli indictione Mgrm Prussie,
et eius Ordinem bello aggressi simus et terras ipsius ferro
et flamma vastaremus, declarans q sibi sit ea res molesta
et quod illi utpote Nobili membro Sacri Romani Imperij dees:
se non posset. Velle tamen se propediem Ores suos huc mittere
ad componendam inter illum et nos pacem perpetuam, qui cum ob
longinquitatem itineris venire tam cito non possint. Postulat ma:
gno studio ut interim arma deponeremus, Et exercitus ex terris
Ordinis deduceremus. Nos sciebamus eiusmodi querelas apud
illius Mtem per necessarios et amicos domini Mgri aduersus
nos futuras. et ob hoc satis tempestiue Oratorem nrm Genero:
sum Jaroslaum Laski Strenctorem mense nro ad illam misimus, et
miramur q tamdiu illuc non applicuerit, utcumq tamen est, res:
pondebimus nunc illius Mti ut res se habet, et declarabimus
q multiplicibus iniurijs domini Mgri coacti et nollentes iuribus
regni nri deesse, bellum hoc contra ipsum gerimus parati semper ab
eo desistere et arma nra deponere cum primum ipse officium et de:
bitum suum nobis et Regno nro fecerit. Bene Valeat Ma. S.
Datum Thorunij 1520

Sigism. i Rex Polonie Carolo vto. Romanor Imperatori.

SERme ac excellentissime Princeps etc. Reddite sunt nobis lre vre Mtis quibus nobis declarat, questos esse, de nobis coram se Illtres dominos Fridericum Comitem Palatinum Reni Ducem Bavarie et Jo: Marchionem Brandeburgen, q absq ulla digna et merita causa, belliq denunchatione terram Ill: domini Mgri Ordinis Theutonicorum in Prussia vi armorum premeremus, dicionem eius occuparemus, et omnia que ad eum Ordinem extinguendum, ipsumq Mgrm e finibus suis pellend pertinerent, conaremur, petiissetq illos a Mte vra, ut q primum eidem Mgro suppetias adversum nos ferret, et illi ac eius Ordini non deesset. vram vero Mtem studio communis pacis rei christiane et officiis quibus partim nobis partim ipsi Mgro afficitur, decrevisse Ores suos ad nos mittere, qui et bellum hoc extinguere, et firmam pacem inter nos componere curarent Postulans a nobis Mtas vra, ut interim a bello Cessari, et exercitum nrm e terra Ordinis deduci faciamus. Nos Serme Rex et amantissime fr nr pro comperto habentes, ipsum dominum Mgrm et eius Coniunctos, ut alias solitos esse, omnia mala nobis struere et famam ac existimationem nram illibatam suggillare, ita maxime in hoc eventu, querendo de nobis et quiritando cum apud omnes alios, tum vero apud Mtem vram nihil esse pretermissuros. Misimus iam pridem ad illam Nuncium nrm qui et venienti Mti vre ad Germaniam obvia gratulacione occurreret, illamq honoris gra co[n]mittaretur, et causas simul suscepti a nobis huius belli explicaret. Nam licet non dubitemus compertam esse satis Mti vre integritate

Sigism. Rex Po[illegible]

modestiam et equanimitatem nram erga omnes, tamen pro summo amore, et obseruancia nra qua eandem Mtem vram complectimur, nichil magis veriti sumus, q ne sinistris rumoribus et declaracionibus aliquid tale de nobis concipere posset quod ab animo nro, et a veritate ipsa longe esset alienum, Jam igr non ambigimus Mtem vram accepisse ab ipso Nuncio nro quid nos diu multumqz renitentes coegerit arma aduersus dictum. D. Mgrm sumere, vt non opus esse videatur illa in pns retexere, que alioqui lris ad plenum complecti nequeunt, tamen vt Mtas vra plane intelligat qui merito culpari debeat et in quo loco summa eius tragedie consistit Scire dignetur, nos ipsum dominum Mgrm permisisse ab inicio ad prefecturam eius Ordinis permotos cum spe et affectu consanguinitatis nre, domini Wladislai Hungarie et Bohemie regis q Illustrium Principum et dominorum Friderici patris et Casimiri fris sui Marchionum Brandeburgen q integrius et obsequencius se gerere deberet, erga nos, q alii eius predecessores. Qui tamen mox non solum non prestitit id quod nobis et regno nro debet, sed etiam omnia in nos hostilia moliri cepit, pressit varius et indignissimis modis subditos nros, arma, tormenta et alios apparatus et instrumenta bellica comparabat, delectus assidue domi faciebat societates indecentissimas, cum Scismaticis et infidelibus aduersus nos contra debitum, ac professionem suam inibat, que omnia tulimus et dissimulauimus toto isto tempore, vitantes modis omnibus cum Chriano Principe et consanguineo nro ad arma venire et Germanice nationi que nobis chara semper fuit, displicere, donec ille de compacto conuenit cum Moscis et Tartaris, nos simul adoriendi et cum iam illi partes suas validissimis exercitibus exequerentur, eduxit ex Germania magnum militum Lanceariorum numerum et tota re domi instructa, erat in procinctu et

[Marginal note: tum pribus et patruelis tam serm olim fris nostri]

itinere, terras nras Prussie occupandi, in quibus motu vehementi
facto, non licere nobis putauimus diutius dignitati et subditis nris
deesse. venimusq[ue] huc confestim, cum apparatu bellico, et abactis
cum multo discrimine predictis hostibus Moscis et Tartaris
expediebat vbi adhuc longius q[uam] cepto nro prestolati, vt ipse resipisceret
et debitum suum nobis prestaret, et Nichilominus videntes
illum in cepto et pertinacia sua persistere, neq[ue] hac benignitate nra
et suo dispendio permoueri, coacti fuimus exercitum ad compescend[um]
illum mittere, et bellum illi de more vtcumq[ue] id ille prior orsus
fuit per Capitaneos et duces militum indicere. Quoq[ue] in ipso bello
licet illum iampridem conficere potuissemus nulla equa vi nobis
respondente, et rerum omnium non magno negocio potiri, Nra
tamen benignitate illum, et Nepotem et Juuenem lenius tracta-
tes spe illius animi aliquando reducendi, hoc etiam in Saxum
voluimus, eiusq[ue] subditis et militibus quicumq[ue] in ptatem nram
venirent, omnem humanitatem et clemenciam exhibemus, cum ille
contra quoscumq[ue] ex nris nancisci potest, non solum diris et pu-
dendis suppliciis afficere solet, sed etiam eos cum leuissimis fi-
gmentis de victoria sua ad Scismaticos confederatos suos
in seruitutem mittere non veretur, quin vt Mtas vra clarius
benignitatem nram erga illum cognoscat: Quando Exerci-
tum nrm illius Sedi et loco primario admoueri fecimus, et
ille timore perculsus securitatem veniendi ad nos peciit ea
illi adeo non grauatim concessimus, vt etiam cum summo dis-
pendio nro, et iactura occasionis rei bene gerende, Indutias
belli circiter vnum mensem illi dedimus, qui veniens ad nos
et causas hec atq[ue] alia, quo minus certam pacem nobiscum fir-
maret, et debitum suum prestaret, tempus duntaxat aucupando
vt interim subsidia aliqua consequi potuisset, nec inter hec etia
negans indignissimam coniunctionem cum hoste nro Moscouita
Ad extremum tamen, victus modestia et equissimis argumentis
nris pollicitus fuit nobis se omnia que deberet ex federibus

et pace perpetua, prestiturum, sequenti autem die accepto Nuncio de nonnullis suppecijs sibi missis, re penitus infecta discessit. Unde Ser^me rex licet facile coniici potest reduci eum ad pacem et concordiam non posse, nisi bello quod tantopere concupiuit satietur, licet etiam inuictissimus olim Maximilianus Cesar Auus M^tis V^re. sepius nequicquam tentabat hoc bellum preri: pere, ac demum eo iam orto, tam summus Pontifex, et Ser^mus Nepos n^r dominus Hungarie et Bohemie Rex, quam nonnulli Germanie Principes per insignes Oratores suos, non vul: garem pro pace, sed manem operam impenderunt, non mea sed illius culpa, testibus ipsis Oratoribus. Tamen non cu: pientes Ordinem hunc extinctum iri, sed id solum ab illo re: quirentes, quod nobis et regno n^ro debetur: Cuius Juribus nullo modo deesse nobis licet, nec ea imminuere integrum est. Gratissimus erit nobis aduentus Oratorum V^re M^tis sperantes illos equam et honestam pacem, quam nos nunquam detractauimus melioribus auspicijs et efficaciori opera conficere posse auctoritate M^tis V^re Ser^me. Quam plurimum ro: gamus nobis et huic cause n^re pari fauore, si maiori ut equum esset, pro studio et obseruancia mea fieri nequit, adesse dignetur qui M^ti V^re, et rei Christiane plus expressum esse possumus quam decem eiusmodi Ordines, qui ad hoc unum fundatus esse vi: detur, ubi ubi sit omnia misceat, at perturbet. Sed cum illum olim regna Hispanie et Anglie ac nonnulle alie gen: tes, uti rem noxiam penitus exterminarent, nescimus quo fato n^ro fit, ut nos soli qui a tota re Christiana ingentem vim in: fidelium, solis viribus n^ris arcemus, nec unquam ab hoc labore et bello requiescere possumus, hunc obicem domestice pacis habere, et tantam eius insolenciam perpeti cogamur? nec li: ceat nobis, citra inuidiam quod licitum est alijs hanc cala: mitatem, vel excutere vel saltem compescere. Verum co: fidimus virtuti M^tis V^re, quod si n^ram et Ser^mi Nepotis n^ri

coniunctionem et officia cordi habet, si recte statui Christiano consultum iri, et cum ab infidelibus defendi cupit, cum quibus utcumque hic distinemur milites tamen nri, quos in illis finibus habemus, assidue et feliciter dimicant, operam et fauorem suum nobis prestabit, quo tandem hac molestia, et impedimento domestico carere, et arma nra pro commodo rei Christiane liberius exercere possimus. Commendamus nos ex corde Mti vre Serme. Quam dominus Deus augeat indies omni gloria et seruet diutissime sanam et felicem Datum in Ciuitate nra Thorunen' die xxviij Julij. M. D. xx.

S. Rex. P.

~~Luce de gorca Castell^o Posn Capit^o Maioris polonie~~

Ioanni Lubbranski Ep^o Posn

R^de in Chr^o p^r Sincere nobis dilecte, primsq lre P. v^re nobis allate fuissent iam ea fama de hominibus in Prussiam tendentibus ad nos peruenerat, et significauimus iam Pch^ti v^re et aliis Consiliarijs hunc euentum insperatum, et quid nobis in presens factu oportunum est visum, vt videlicet in Colo conueniatis nam nos hic itidem Conuentum habebimus, quicquid vero tum istic tum etiam hic consultum et visum salutare fuerit id totum cum omni diligentia et celeritate nos exequemur. Ciues n^ri Gedanen^ postularunt a nobis mitti sibi sexingentos pedites quos ilico ad illos expediemus nec vlla in parte illis et aliis subditis n^ris illarum terrarum deesse volumus Bene valeat v^ra P.

Luce de gorka Castell^o Posn Capit^o maioris Polo^e generali

Mag^ce Sincere nobis dilecte, grata est nobis plurimum tue S. cura quam adhibet, ne homines isti qui contra nos veniunt, terras n^ras pertranseant, faciatq omnem quam potest diligenciam, vt et transitus omnes occludantur et ipsi homines quantum fieri poterit vrgeantur quod totum virtuti et industrie S. tue committig reliqua que fieri deberent non videtur in presens aliud q vt in Colo prout ante scripsimus conueniatis, et nos hic cum his Consiliarijs etiam Conuentum habebimus, nam generalis Conuentus esset nobis in mora, quicquid autem et istic, et hic factu oportunum et salutare in tam repentino euentu videbi^r id cum omni di:

ligentia et celeritate exequemur. Ceterum intelleximus commu:
nes Cives Gedanen' non bene concordes esse cum Consulatu, nec
esse illic aliquem hominem rei militaris peritum. Quare mittend
illuc censuimus Generosum Thurek Laczki ut consulat
id quod presens necessitas exposcit, volumusque ut cu tua S.
q primum ire illuc iubeat cum decem equis. cui dabit Joannes
Gromaczki centum florenos pecuniarum, ad quem lras nras
in eare cum ptibus mittimus bene Valeat S. tua Dat

Restes contra copias ex Germania versus Prussiam tenden ad Magistru

V

Sigismundus primus Rex Polonie

Niversis et singulis etc. Licet per hoc omne tempus, q ad vin:
dicanda iura regni nri, et hostiles indignosque conatus Ill. doi
Mgri Ordinis Theutonicorum in Prussia reprimendos, bellum
cum illo gerere cepimus, crebro edocebamur gentes adversum
nos in Germania colligi, et subsidia eidem Mgro parari, tamen
ad rumores non usquequaque certos, noluimus hactenus ullas re:
stium lras emittere, ne frustra subditis nris molestiam, et dispe:
dium exhiberemus, Nunc autem omnino certiores facti, magnas
gentium Almanorum copias adversum nos tendere, et viter:
ras maiores Polonie penetrare velle, ne ceptum id suum per:
ducere possint, ex quo regnum in summum discrimen et vastationem
haud dubie veniret, omnisque actio nra cum ingenti iactura et de:
decore quod absit interciperetur, de oportuno in tali casu consilio, cu
nui aliter q communi motione tanto periculo occurri non posse iudica:
uimus, has ptes in vim primarum et secundarum restium emittere
decreuimus. Quibus, vobis universis, et singillatim unicuique
vrm mandamus, ut visis illis arma capiatis, et quilibet vrm

capiat, vosq[ue] ita preparetis, vt cum alijs l[itte]ris n[ost]ris fueritis requi:
siti, possetis absq[ue] vlla mora ad tempus et locum qui designab[itur]
adesse, et hostilem impetum cum Dei auxilio vna nobiscum ita
retundere, vt inde amplius resp[ublica] n[ost]ra nullum sentiat detrimentu[m]
vosq[ue] laudem et gloriam in re bellica pluribus victorijs iam ac:
quisitam, quoad fieri poterit, augere et ampliare valeatis.
Et ne quispiam v[est]r[u]m de hac preparatione bellica et mandato
n[ost]ro aliquam ignorantiam suam pretendat, volumus vt vnus
ad alium sibi vicimorem presentes l[itte]ras Rest[antia]rum, cum illas
perlegerit transmittat, vltimus vero easdem loci Capitaneo
reputet, sub bonorum suorum amissione aliter facere non
ausuri. Dat[um] Thorunij die Sanctorum Felicis et Audacti
Anno domini M° D. XX°. Regni n[ost]ri xiiij

Restes vltime.

VNiversis &c. Quemadmodum prioribus l[itte]ris n[ost]ris quas
in vim primarum et secundarum Restium nuper emitti fecimus
Declarauimus vobis magnas aduersum nos copias in Germania
parari, quibus et terre Prussie nobis eripi, et Regnum n[ost]r[u]m
vastari deberet: Nunc demum certiores facti easdem Copias
aduentare, et illas iam prope fines regni n[ost]ri esse, superareq[ue]
viginti millium numerum, nec illis nisi publica et communi om:
nium motione obstari posse intelligentes vobis omnibus sub:
ditis n[ost]ris bellicam expedicionem et seruicium debentibus sub
amissione omnium bonorum mandamus, vt mox visis p[rese]ntibus
arma capiatis, et ad diem festum S. Michaelis Archangeli
proximum circa oppidum Vengrowiecz, cum Palatino et

Castellanis viris armati mixta facultates bonorum vrorum expediti conueniatis, vbi et nos ipsi aderimus, non solum sumptum et laborem nrm̄ sed etiam personam nram̄ Regiam p defendendo regno et subditis nris exhibituri. Et ne quispiam vrm̄ de hac bellica expeditione et mandato nro vt supra etc. Datum Thorunij die exaltationis S. Crucis Anno domini M°. D. XX°. Regni nri xiiij°

S Rex. P.

Gdanensibus

Famati fideles dilecti. Cum fuisset apud nos Mgr Ambrosius Notarius et Nuncius vr, et commissa ac postulata vra nobis retulisset ei ad omnia respondimus, et edocuimus illum singula, que vobis de mente et voluntate nra referret. Et intelligetis ex illo omnia pro quibus et nunc nobis scripsistis. Gentes iste que veniunt in auxilium domino Mgro prosequuntur iter ad illud per dicionem domini Marchionis, nonnunquam etiam fines nros attingentes. verum ab hominibus nris quos ad illos vrgendos premisimus quottidie ceduntur et capiuntur iamque multos captiuos ex illis tam pedites, quam etiam equites habemus, ex quibus docemur magnam esse inter illos mediam et angustiam, vtcunque est vos diligenter omnia que ad tuicionem vram attinet curetis et prouideatis. Nos vero et mittemus vobis pedites quos petitis, et vbi necessitas postularet maioribus etiam presidijs vobis non deerimus. Jam enim recensebimus Exercitus nros, et auspice domino Deo ita aduersus hostes nros progrediemur vt et nobis ignominiam inferri et subditos nros opprimi non permittemus quod breui constabit.

S Rex P

Cardinalibus.

Rme. Quamuis et scribimus Sanctissimo domino Rmisque dominis Cardinalibus in comuni, et Nuncius hic eius Sanctitatis Magister Joannes de Thedaldis abunde refferret statum rerum nrarum, voluimus tamen Rme Dominationi vre ut singulari amico et fautori nro declarare, quanta procella regno nro immo uniuerse rei Christiane impendet. Tartarus enim vicinus nr, et idem Imperatori Turcarum socius deuicto altero Im:peratore scythico inimico suo, et illius gentibus in potestatem suam redactis, adeo vires suas auxit, ut super ducenta millia bella:torum conficere possit, cuius periculi causa, oportet nos ingentia presidia in finibus tenere, et alia in aliis finibus a Moscis habere Quam difficultatem considerantes Magister ordinis Theutonicorum in Prussia, et sui adherentes qui hucusque nos promissis de pace et concordia duxerunt tantum in Germania aduersum nos expeditionem fecerunt, quantam non fecerunt unquam aduersus Turcas ut his diebus nos ex improuiso et occupatos adoria:tur. Nos preterea presidia que seruamus alia in finibus Mos:corum in finibus Scytharum alia, et hic pariter in Prussia Exer:citum relinquere oportet, pro tuitione subditorum nrorum, licet cum summa difficultate adeo distracti, et in celeritate quam res exigit, quantum exercitum comparamus quo aduentantibus ex alia parte Germanorum copiis obsistamus, tamen freti iustitia nra, et diuino auxilio, quibus viribus fieri tumultuarie po:terit, nos et nros defendemus Quam iniuriam et vim indignam que nobis infertur vra Rma D. dignetur Sanctissimo domino nro declarare, rogareque illam ut nobis consilio et fauore suo

adesse dignetur, ne qui tantam molem infidelium solis humeris
nris sustinemus, etiam a tergo per Christianos impetiti desistere,
et priuate rei nrę citra pietatem Christianam consulere cogamur.
quod ab animo nro semper fuit alienum. Commendamus nos
et negotia nra vrę D. Rmę, quam sanam et sospitem
esse desyderamus Datum Thorunij xxiiii Septembris
Anno domini M° D XX. Regni nri xiiij°

Ludouicus Rex Vngarię et Bohemię Sigismundo primo Regi Polonię

SEr^me Princeps patrue nr̄ charmę. Accepimus lras
Mtis vrę ex eo cursore, qui has nras eidem reddidit,
cognouimusq difficultates omnes in quas in presentiarum, res
Mtis vrę propter varios potentesq hostes suos inciderint:
cognouimus etiam quid a nobis in hac sua necessitate cupiat
et q sit Mti vrę in pns opus, nro succursu: dolemus pro-
fecto vehementer, res Mtis vrę preter omnem expectationem
nram, ad has angustias esse redactas: magna deinde molestia
afficimur q Mti vrę tantum auxilij quantum vellemus, et
tam cito vt res postulat impartiri non possumus: Quod in-
tegrum nobis fuit libentissime fecimus, facturiq sumus. Nam
cum nuper Magens Dns Andreas de Tanczin Orator Mtis
vrę apud nos fuisset, declarassetq ex lris Mtis vrę, tunc ad
ipsum datis has difficultates in Mtem vram et regna sua in-
gruere, licet anteaq sepius ad prouincias nras, Regnis Mtis
vrę vicinores, proferendis eidem suppetijs in euentum si necesse
foret, scripserimus, tunc tamen Cubicularium nrm nomine Hoch
ad easdem prouincias, ad hanc rem curandam vrgendamq mi-
simus, mandauimusq illi vt ad Mtem postmodo vram peruolet, et
eidem quicquid in prouincijs actum fuerit, et in defensionem Re-
gnorum Mtis vrę Ordinatum, coram declaret, eaq faciat

que M^tas vra mandauerit. Qui licet in hoc ipso negocio
nunc versetur, ne quid tamen negligi contingat ipsum quoque Tre-
phia qui hoc biduo ad nos a M^te vra redijt ad predictas
prouincias misimus: eo mandato ut citatis axibus pergens
gentes earum Quas antea dudum paratas vbique esse inssig
citra mora leuandas mouendasque curet, ad regnorum M^tis
vre protectionem. Vtque pro voluntate et mandato M^tis vre
omnia, vel presens faciat, queuique M^tas vra iniunxerit. Et
hec quo ad prouincias: Etsi esset nobis hic paratus aliquis
Exercitus, vel Neruus, vnde comparari posset, auxilium
nrm. d. M^te vra desyderari certe non pateremur. Nouit
M^tas vra Statum rerum nrarum, nouit qua necessitate nos
quoque laboremus. Sed illam equiore ferremus animo si ea saltem sup-
peterent, quibus M^ti vre in hoc bellorum discrimine succurri a
nobis posset, dedimus autem mandatum ad quosdam officiales
nros. per quos Archiepatum Colocen. et Epatum Agrien.,
que nuper vacauerunt, pro constitucione Regnicolarum nrorum
occupari iussimus. ut gentes illarum Prelaturarum instau-
rare, expedireque in auxilium M^tis vre debeant, quos
continue et litteris et nunciis urgemus, ut citra moram ne-
gocium perficiant. Vellemus Ser^me Rex patrue amant^me
si desydero M^tis vre satisfacere cumulatius possemus, accipiat
quod possumus: Quod si tantum esset nobis virium, tantumque
facultatis: quantus est animus succurrendi, nichil laborare-
mus: Deus optimus Qui est exercituum dominus prosper-
ret res M^tis vre, et concedat ut de omnibus hostibus
suis M: vra gloriose Triumphare possit: Posonij xi
Octobris: Anno domini M^o. D. XX°.

Anno 1520 die decima Octobris, datus fuit Saluus Conductus Ill: Principi domino Friderico Legnicen' ad Illtem dominum Albertum Marchionem, Mgrm' Prussie generalem eunti, et ab eo redeunti. Et vt si visum illi fuerit, ac necessitas negociorum ab eo tractandorum id postulauerit, secum inde duos, tres, aut quatuor Consiliarios ac Ores' dicti Mgri' recipere, quibus etiam cum eorum familiaribus, seu Comitibus est securitas data ad decursum Sex Septimanarum a data futurum. Mandatumque Capitaneis Exercituum, et militibus, et omnibus regnis subditis, vt ab omni vi et iniuria palam vel occulte seu quouis colore et pretextu eis inferenda abstinerent

Joannes Laski Archieps Gnesnen'
Joanni Conarski Aepo Cracouien'

RME in Chro pr' et domine. Salutem. Sacra Mtas Regia in magna necessitate circa curam defendende reipublice constituta, quoniam nonsolum Mgr' Prussie a Regni ceruicibus arcendus est, sed etiam et Moschus et Tartarus eius conspirati, pecyt a nobis Ecclesiasticis subsidium, pecyt item, vt id reliquum pecuniarum quod Cracouie ex Contribucionibus depositum asseruatur, in hanc modernam et extremam necessitatem arcendam sue Mti Sacre mutuo daremus, promittens nobis se eandem soluturam pro certo termino Consultauimus itaque hic mutuo, prelatis qui modo in Curia sunt nobis adhibitis, quid de ea re decernendum esset, Et quid Sacre Mti Regie respondendum. Et quia pensata vero Reipublice necessitate que nequaquam negligenda est, pensata etiam gratia regia, cuius auctoritate Status nr' Ecclesiasticus ab emulorum fremencium

in nos frequentibus impetibus conseruatur, concorditer de:
creuimus mutuum eiusmodi sue Mti non negandum, tamen
quia quibusdam visum est, vt et Capitulis, eiusmodi re:
gia petitio, et necessitas communicaretur, et ab eisdem cō:
sensus de faciendo eiusmodi mutuo peteretur, noluimus
vra R. P. inconsulta, plene super ea re concludere, scie:
tes vtique nra Capitula domesticis Consilijs imbuta, et
ignorancia, quibus remedijs potissime Status Ecclesiasti:
cus nr tuendus et conseruandus est, et que nos sepenumero
ex vniuerse Nobilitatis suggilacione patimur, in ad:
uersum nris consilijs tendere. Nolentes autem Sacre Mtis
Regie in tanta necessitate constitute peticiones destituere.
vre P. R. fine hoc significandum putauimus, vt nobiscum
etiamsi Capitula renuerent, consentiret, in faciendum tale
mutuum, quo illius in Statum nrm Ecclesiasticum gratiam
obfirmemus, et detractoribus nris hac nra liberali mutua:
cione, suggilandi nos ora occludamus. Recipiemus a Mte
sua super tota summa iampridem mutuata et nunc mutuanda
inscriptionem sufficientem. vt a sua Mte nobis eiusmodi pec:
cunia soluatur, Non est enim visum nobis aliam securitatem
exigere a Mte sua. ne nobis contingat, sicut ante annos aliquot
dum hi qui cauere debuerunt pecuniam mutuo in ignomi:
niam nostram dederunt. Agat igitur vra R. P. cum suo Ca:
pitulo ea in re sicuti ei melius videtur, et nos etiam nris scribe:
mus. certo sperantes omnes in tanta reipublice necessitate id
mutuum non esse negaturos. Jamque vra R. P. pecuniam
extradi iubeat. De Contribucione prestanda rem reiecimus ad
Synodum que nobis videtur celebrari quarta hebdomada post Sa:
crum Pascha. si quoque idem vre R. P. videbitur, quam bene
valere desideramus. Datum Thorunij feria secunda proxima
post festum Sanctorum Trium Regum Anno dni Mo. D. XXo

Decreta Conuentus Bidgostien in Castris acti tempore belli Pruthenici. 4 Xbr 1520.

VNiuersis et Singulis tam Ecclesiasticis quam Secularibus, Prelatis Dignitarijs Capitaneis, Officialibus, Terrigenis, Ciuitatumque Status et conditionis cuiuslibet in regno nostro existen, et vbicunque constitutis subditis Sincere et fidelibus nostris gratiam Regiam. Sincere et fideles nostri dilecti. Quum ea ad laudem et gloriam nostram pertinere scimus, que ex liberali animo constituciones vetustas mantenen, aliqua peticionibus status militaris Ordinis Nobilibus Regni nostri concedimus, que ipsis optatos profectus sine nostro incommodo aferunt, Quibus quidem tanto libencius eadem tribuimus, quanto ipsos alacri studio in nostra desyderia propensius currere animaduertimus. Celebrantes itaque hunc generalem Conuentum, tam Consiliariorum nostrorum status quam Nunciorum terrestrium ad hoc deputatorum consensu, quedam sequentia Capitula ad eorum peticionem *utriusque* similem concepta et ab omnibus conseruanda patefaciendum putauimus et presentibus, ne cuipiam cuius scire interest, oculta sint et ignorantie culpam generent patefacimus.

Motio generalis belli

STatuimus et ordinauimus Quod dum bellum generale iuxta Statuta antiquiora, per nos et successores nostros indictum fuerit, extunc trine litere Regium seorsum siue successiue mit:

tantur, et in ultimis lris Restrum nominabitur dies Conuen: tionum particularium in Districtibus, pro quo tempore Castel: lani Districtuum tenebuntur cum Nobilitate conuenire, et cō: stituere inter se unanimiter diem et locum. ita q Nobiles Districtuum cum suis Castellanis ad locum generalis belli designatum procedant, et Castellanis in profectione de No: bilitate conquerentibus super damnis et iniurijs iustitiã faciat. inobedien autem nobis et successoribus nris deferat. Quodsi defferre neglexerit ex tunc damna passis persol: uet, Si vero idem Castellanus egritudine vel aliqua alia causa absens fuerit, vel transire non poterit, extunc in locum suum alium idoneum Nobilem deputabit ad pre: missa

Castellanorum facultas in conuentibus particularibus de profectione ad bellum.

Item statuimus q in eisdem Conuentibus particularibus licebit eisdem Castellanis egrotos ab bellum proficisci non valentes ad aliquibus Nobilibus reuidere, et tandem nobis et successo: ribus nris deferre, ac deinde coram nobis et successoribus nris nomine talis egroti testes quatuor Nobiles idonei no: minabuntur, qui testes quatuor vel alij electi Nobiles tes: tes nominandi iurare debent super vera infirmitate cum eodem egroto conualescente, sedsi ipse infirmus cum quatuor testibus non iurauerit super vera infirmitate, extunc talis egroti bona impetrata debent, secundum donationem meam vel meorum successorum suum effectum sortiri, et nihilominus talis egrotus expeditionem debitam faciet bellicam

De confirmandis Juribus & cōsuetudinibus regni

Diversitas constitutionum diversas inter homines contro:
versias generat, et diversi iudices causas diversas iudi:
cantes intelligere et sentire cogitur. Supplicationibus itaq;
crebris Nunciorum terrestrium moti, in proximo generali
Conuentu futuro, omnibus consuetudinibus, Iuribusq; et
statutis vetustis ex omnibus Palatinatibus congregatis,
reformationem omnium constitutionum per deputatos et
deputandos Iurisperitos regni nri fauente Deo agredie:
mur: Doctoribus etiam Iurispontificij et legum adhibitis,
qui a loco Conuentionis generalis proxime celebran', nō
discedant, donec eandem Regni Iurium et constitutionū
debitam emendationem fecerint, et tales per nos deputa:
tos et deputandos expensis nris prouidebimus, alios ante
Nobiles viros Iurisperitos quos Nobilitas ex Palatinatibus
adiunget, suis expensis prouidebit. Ita tamen q omnes Palatini
terrarum sub penis in constitutionibus nris expressis, consuetu:
tudines terrarum pro eadem proxima Conuentione nobis
present.

Modus agendi Conuentus generales.

Petiti a terrestribus Nunctiis celebraturi sumus generalem Cō:
uentum anno proxime futuro, tempore aliquo competenti, et pre:
mittimus particulares Conuentus, in omnibus districtibus omniū
Palatinatuū regni nri, in quibus ad generalem Conuentum pro:
ximum pro suo arbitrio deputabunt Nunctios, et suis impensis
ad generalem Conuentum mittent. Sex tamen Nunctijs ex Sin:
gulis Palatinatibus maioribus missis, Nos, de more seruato
antea, expensam pro arbitrio nrō dabimus. Ad Conuentum vero
particularem quilibet Nobilis illius Districtus vbi celebrabitur,
venire debet sub pena decem Marcarum irremissibiliter exigen'.

ab his, qui habent villas suas integras. Hy autem Nobiles qui integram villam non habent, vnius Sexagenę paena punientur, Infirmi autem et a Regno absen. vel alia legittima causa impediti, ab his exempti esse debent. Conuentus vero eiusce modi generales de anno quarto in quartum celebrari tenebuntur vsque ad duodecim annorum decursum, et eodem modo premittere particulares Conuentus in Districtibus.

Pœna in perturbantes Conuentus

STAtuto hoc præsenti etiam sancimus, Quicumqz in Conuentibus huiusmodi, rixas facientes, gladios euaginauerint, poena Marcarum viginti Polonicalium puniantur. Si vero aliquem vulnerauerint, ex tunc poena Statuti antea promulgati puniantur, et contra tales, Capitanei locorum locoru inquisitionem & execucionem facere debent, sub poena trium Marcarum Polonicalium, Qui vero crimine patrato aufugerint, e Regno Banniendi et infames pronunctiandi sunt, prout et infames eos declaramus

Poena in absentes a bello

Absentiam, innobedientium Nobilium a bello presenti, merito punire debuimus seuera et consueta punitione contra tales semper obseruari consueta, peticioni tamen terrestrium Nunctiorum supplici tribuentes, differre eandem decreuimus ad Conuentum generalem in proximo celebrandum et pntibus differrimus.

De Cmetonibus fugitiuis

Quoniam equitate dei suadente tenemur cuiuslibet iusticiæ et indępnitati prospicere, huius statuti decreto sancimus, vt nemo audeat profugum Cmethonem alicuius seu Ecclesiastici seu etiam Nobilis suscipere, qui a domino suo, ob pntis belli inflictam sibi calamitatem fugerit, sed sine strepitu Juris, quilibet teneatur ad requisitionem suo domino siue Ecclesiastico siue Seculari sponte illum restituere. Si vero requisitus quispiam talem Cmethonem profugum restituere

noblet, et se permiserit ad Iudicium Castren trahere, in primo termino cō=
uictus cum poena eundem restituere tenebitur, et Iudicio Castren lite=
bit in primo termino pro huiusmodi Cmethonibus iusticiam facere, et quod
iustum est decernere. Quae praesens constitutio de Cmethone fugitiuo. dum=
taxat ad unius anni decursum durabit

De laboribus Cmethonum

Statuimus et ordinauimus, quod omnes Cmethones omnium villarum no=
strarum Regalium Spiritualium et Secularium subditorum regni nostri secu=
dum constitutionem Conuentionis Thornnen generalis proximae praeteritae, debent dominis
suis unum diem omni septimana laborare exceptis villis nris desuper priuilegiatis quae
expresse speciali priuilegio docerent, quod loco laborum censum pecuniarum sol
uunt, tales dumtaxat priuilegiis gaudebunt, Alii ut premissum est laborabunt.

De Salario officialium Iudicii terrestris

Statum per nos Consiliariosque nros status utriusque et Nuncios terrestres, de
Salariis Iudicum, Subiudicum, et Notariorum terrestrium editum, in suo ro
bore permanere et in executionem deduci volumus, et praesenti constitucione distri=
ctius mandamus.

Prohibitio transitus in Marchiam

Constituimus etiam in eodem Conuentu occludendum esse transitum ta
uniuersis Regni subditis, quam etiam extraneis Mercatoribus in Marchiam,
omnesque negotiatores sub omnium bonorum ammissione qui extra regnum in
Germaniam cum quibuscunque mercibus, et bobus, via praefata per Marchiam
ire non debent, sed ea via per Glogouiam et per alia loca per quae antiquitus ire
solitum est,

Et quoniam in terra domini Ducis Stolpen per nouam Marchiam ire hinc in=
de solitum fuit. Nos autem nolentes nec nostris, nec ipsius domini Ducis Stol

pen subditis et aliis Mercatoribus negociationem hinc inde prohibere, volentesq quantum possibile fuerit prohibere, vt nemo tam in Regnum nrm veniens, quam etiam ex eo transiens, aliqua loca domini Marchionis attingeret, et hic scire non valentes debitam locorum posicionem, per quae transitus vtrimq commodius posset constitui: Committimus Mgco et famatis Luce de Gorca Castellano Posnamien et Capitaneo maioris Poloniae generali, cum Consulibus Posnamien, constituere et publicare transitum et loca per quae tam ex regno nro in terras et dominia ipsius Domini Ducis Stolpen, quam etiam ex eius terris et dominiis cum Mercibus (Sale tamen excepto et aliis rebus pro quibus ad vsum et necessitatem eorum, venire eos in Regnum nrm contigerit, eadem via et non aliis obliquis, transitus pateat, sub mercium et equorum si secus fecerint, priuatione, qui viam ipsam declinantes, vbiq locorum prohiberi et arestari poterint. Quam huiusmodi constitutionem praefato domino Duci Stolpen ipse Mgcus Lucas de Gorca literis suis declarare debebit, vt subditis suis haec publicari faciat precipiatq pro bona vicinitate, vt se in ea re, hoc modo gerant, et cum dominia sua attigerint, vt similiter eis per ipsa dominia sua via constituat et designet qua possent transire.

Prohibitio salis externi sub poena infrascripta

Etiam inuitentes veteri Statuto, de externo edito Sale, commodo fisci nri Regii et reipublicae prouidentes, prohibemus vsum Salis externi cuiuscumq, tam Hallen quam Grandinosi hoc est Crupiastei, quod per Mare adduci solet, in locis vniuersis terrarum maioris Poloniae, In quibus ex antiqua consuetudine vti solitum eodem Sale fuit. Deinceps vero Sale nro regio Ruthenico, loco extranei, subditi illi nri vtantur, Ruthenicique Salis depositorium Bidgostiae constituemus vt ex eodem Bidgostien Depositorio ad loca illa in quibus extraneo Sale vti solitum erat, porrigatur, de quo ita constituemus in eodem Depositorio, quod singulae tunnae salis, bene referte, tante quantitatis vt Sal nrum Regium Thoruniy vendi solet vna scilicet Polonicali Marca peccuniae vendantur et emantur.

Quia vero huiusmodi porrectio salis Ruthenici ad depositorium Bidgostien nō

potuit tam celeriter fieri, concedimus et permittimus, vt interim Sale illo solito extraneo vtantur, quoad illius tandem vsum vetare commiserimus et Capitaneis eum submoueri preceperimus, vt pote dum salis Ruthenici sufficientia ad Depositorium Bidgostien conuecta fuerit. Quod publicatum esse debebit Sex Septimanis anteq vsus salis illius extranei cessabit, vt illud omnes diuenderint, nec eo amplius vterentur. A die autem publicationis post decursum sex septimanarum, nemo illud in regnum inuehere debet sub omnium bonorum et Mercium suarum ammissione, Et nec quisquam eo vti audeat sub poena quatuordecim Marcarum pecuniarum per eos apud quos repertum fuerit irremissibiliter soluenda.

Etiam considerantes q licet constitutum fuerat vt in Krayna & Paluky vniuersi incole Sale de Suppis Cracouien vtantur, compertum tamen habentes raro vel potius nunquam sale ipso nro Cracouien sed extraneo vulgariter Crupiasta dicto vti, non sine incommodo nro et Supparum nrarum: Statuimus vt deinceps subditi nri de Paluky et Krayna sale nro Ruthenico ad instar aliorum subditorum nrorum, vbi sal Saxonicum vendi consueuerat, pro pretio superius expresso, vtantur, sub penis superius expressis. Actum & Datum in Conuentione generali Bidgostien feria tertia die ipso sancte Barbarae virginis Anno M° D° XX° Regni vero nri Anno XIIII

Contributio Poglowie Bidgostie in Castris instituta

Illustr Princeps & domine affinis nr charme. Accepimus lras vre Illtis, quibus nobis declarat beneuolentiam et obseruantiam suam erga nos. explicat q causas quibus coacta fuerit comeatum hostibus nris subministrare: in damnum et detrimentum nostru: et se nobis de hiis purgat. Nos, tametsi preter omnem spem nram euenit, q vra Illtas tam arcto affinitatis et amicicie vinculo nobis iuncta, adeo fauorabilem se prebere debuisset hostibus nris vt et victum suppeditare, et receptaculum in terra sua prebere illis voluerit: quod multi alii principes non adeo propinqui & necessarii nri, facere recusarunt, vt qui scientes quantum nobis negocii sit pro vniuersa Repca Christiana cum Infidelibus: et certiores nos de omnibus hostilibus conatibus in nos, facere, et fauore omni adesse nob consueuerunt, quibus hoc officium curabimus vicissim omni studio & fauore nro regio referre, doluimus vehementer I vram aliter se nobis nunc in hac necessitate nra exhibuisse: De cuius fauore multa multa nobis semper pollicebamur: Tamen cum ita se excusat, et timori suo quod miramur ascribit, boni consulimus eius hanc excusationem. hostes vero ipsi vt rebus magnifice propositis et iniuste cœptis, ita etiam infectis, repulsi per pauca præsidia nra, et neq gentes nras iam aduersum se præstolati discesserunt. Nos q auxilio diuino et iusticia nra tutati sumus nros, et tueri non desistemus. Ea etiam quæ a nobis defecerat, facili negocio iam recuperauimus: et quod reliquum faciendum erit, breui conficiemus. Quam vero decenter & vtiliter aliqui viam nostri nobis imeritis hoc damnum et difficultatem procurauerunt assistendo & iuuando hostes nostros ipsi viderint. Valeat feliciter Illtas vra et nos diligat.

Andreas Cricius: de Exercitu ex Germania a Principibus Germa[niae] misso, in auxilium Alberto Marchioni Brandeburgen[si], Magistro Cruciferorum in Prussia, contra Sigismundum primum regem polo[niae] Anno d[omi]ni 1520.

Lector mi copias illas Germanicas tanto studio a Magistro Prussie
coactas, tantoq[ue] impetu et contemptu sese in Polonos ferentes, ut potent[issi]mi
Regis invictas Legiones, spiritu se difflare posse crederent, eo redactas
vides, ut unis mille Equitibus, qui ad eas premendas erant consulto prae:
missi, adeo continuis insultibus fracte sunt et attrite: ut non expectato
regio exercitu, et proiectis illis orsis suis magnificis, turpiter et cum
magno dispendio suo, pedem referre sunt coacte. Q[uo]d vero invictissimus
Rex praelium evestigio committendum recusaverit, cum omnium suorum
arderent animi, pietati et solertie illius ascribito: ut qui eos hostes, qui
Christiani sunt: quiq[ue] postea in exigendo Stipendio suo, futuri essent ini:
micis suis, v[e]l regis q[uam] sibi graviores: maluit levioribus pugnis sensim exturbare:
q[uam] precipiti praelio, fortune que plurimum in bello dominatur, rem credere,
tantumq[ue] Sanguinis Chr[ist]iani profundi, etiam si perditum illos iri certo
sciret. Pietatem ergo regiam mi lector vel ex hoc cognosce, q[uod] recupe:
ratis vi oppidis, que ad hostes ut Germani ad Germanos defecerant
et parcitum est oppidanis omnibus, et presidiis hostilibus viaticum &
conductores, quo tuto abire possent sunt dati: ad eumq[ue] modum toto
isto bello nichil non actum est tractim, et clementer in hostem necessarium
et consanguineum, quem reduci ad cor, non perdi regia benignitas semper
voluit. Porro licet Poloni dudum tante existimationis ordinem subin:
garunt, et nunc illum invicta manu asserunt, non tamen ob id, que
ipsorum est modestia, negant Germanos cum omni alia laude, tum
ea que bellica est claros esse. Verum viderint illi vicissim, ne Polonos
deinceps ciuiles esse: ac turpe ab illis vinci putent, quorum victrices
manus, non ipsi modo, sed reliqui etiam omnes vicini populi sunt
sepius experti. Sed libet continere paululum.

Diuo Sigismundo primo regi Polonie

Andreas Cricius. Gerzeta ruib.

Quas tua non meruit Rex inuictissime laudes
Hec pietas: belli consilium qz tuũ ?
Expertus quid opus, quę congrua tempora bello
Quod duret, vires sustineatqz tuas.
Mitius insanum volens tractare nepotem
Et belli autores ense ferire suo:
Cedere vitasti, populo frendente, cohortes
Cogere quas scires vt tibi terga darent
Vt Lapitum se more secet coniunctio praua
Plus cœpti penas deinde datura sui
An tibi cui fuerant hominum tot millia Castris
Difficile has acies perdere posse fuit ?
Hectorea quas mille viri virtute fugarunt:
Insultu attritas nocte dieqz suo.
Sed placuit magis pietate tibi vincere et arte,
Qz̃ cæde. O rari principis officium.
At nunc i Germane crucem defende profanam
Et contemne armis, arma Polona, tuis.
Hem tibi magnificũs, tua verba minantia cœptis
Quo redeunt ? montes quid peperere tui ?
Millia qui Centum voluisti vincere nostro
Vi Speculatorum tam cito pressus abis ?
I qua signatus: pro qua pugnare coisti
In magnam atqz malam protinus ipse crucem ?
Tractandus melius fueras pro talibus ausis
Regia at in presens sit pietate satis.

In exercitum Germanicu[m]
polonos fugientem.

Quod Deus esse solet coeptis aduersus iniquis
Ex actis liquido temporis huius habe
Promissis fratus miles Germane rapinis
Sarmaticum fueras ausus inire solum.
Serica sperabas, nigra preciosa Sobelle
Vellera, que Tyriis sunt decorata togis.
Sperabas gemmis, auratis torquibus, armis,
Exuuiis et equis non sine laude frui
Iam q[ue] velut victor partitus es opida et agros
Spe q[ue] tumens super ... hiis scripta superba dabas.
Sigismundus at hec Rex inuictissimus apte
Cunctando, intrepido pectore cuncta tulit.
Imprimis q[ue] Deo, non vt Dux vester ad artes
Conuersus Magicas se q[ue] suos q[ue] dedit.
Nunquam deseruit iustos et recta petentes
Omnipotens, quem tu ledere sepe soles.
Quem tu tot probris, per viscera vulnera, mortem
Per q[ue] sacra illius singula membra notas
Solus hic ex nutu rerum moderatur habenas
Et fiunt subito que fieri ille iubet
Ille piis oculis partes respexit ad aequas
Et iustas placida pertulit aure preces.
Terruit inflatas subita formidine gentes.
Et turpi pressit corda superba metu
Nil vagus incessus, nil grande sonantia verba
Armaq[ue] profuerant: tela, minę q[ue] nichil.
Cesus es, es captus toties, et deinde repulsus,
Victus et a parua non sine clade manu.

Sic modo pro nigris, cutis est data nigra, sobellis
Quam dedit inclemens fumus et aura tibi
Proque auro et gemmis succurrit turpis egestas
Ex hac militia est quae nisi sola comes.
Et quod equo celeri Germana per oppida ferri
Sperabas, macer hinc vix pedes ire potes.
Exuviis que cares, pannosus, nudus, inopsque:
Absumptusque fame turpiter inde fugis.
Et modo qui terras fueras partitus et urbes
Iam profugo nusquam stat tibi certa domus.
Pellere cum quondam caelesti sede Gigantes.
Tentavere Iovem: quid retulere liquet.
Tu quoque iunxisti tumefactas Pelion Ossae,
Sed subito fractus fulmine ad ima cadis.
Quis dare te iussit tam paucis terga Polonis?
Quis te Prutheno iussit abire solo?
Esse Deum credas, iusta qui singula Lance
Librat: et elatis cepta secunda negat.
I nunc et iacta te Gallos teque Britannos
Ante que tot Latios te superasse Duces.
Que te Sarmaticas fugientem turpiter oras
Gloria? quod sequitur te fugitive decus?
Nosce viros hic qui gelidam nascuntur ad Arcton,
A te contempti namque fuere prius.
Hii toties Moscos stravere Scytasque Getasque
Cum quibus assidue Martia bella gerunt.
Teque procul tutum tranquilla per ocia reddunt.
Contra hostes prompti semper ad arma Crucis.
Quam modo qui merito deberent, nemo tuetur.
Sint etiam astricti religione licet.
Immo Crucis nuper iuncti sunt hostibus, illam
Quamvis veste gerant, non tamen intus habent.
Nunc igitur vindex scelerum Deus extitit aequus,
Te propere in turpem compulit ire fugam.

Wesele Zygmunta 79.

Wyrok Zygm. między [illegible] Panami i Szlachtą 147.

Rossya 397. 403. 405. 407. 413, 414. 415, 418, 420, 423. 430, 436. 439. 442. 448. 450.

Litwa 401. | 457. 460. 464. 468

z Radziwiłła. 463. 470.

Polska 519. 525

Litwa 551.

946

Въ сей рукописи
четыреста двадцать
(420) листовъ, не
считая бѣлыхъ. 18 I/23 97

XII/11 97











